


M F E



1 5 9 0

H. 6.

liber noster
in a. s. obidit
in v. noster
fons. #.
2. 61.

habent accuratam
situmque
Insp. in v. obidit
modum ad fort. s. h.
In v. s. s.

In controuersijs causarum Corporales
inimicitie oriuntur, fit amissio expen-
sarum, corpus quotidie defatigatur, labor
animi exercetur, multa & inbonesta
crimina deinde consequuntur. Bona et
utilia opera postponuntur, et qui fa-
se credunt obtinere, frequentius suc-
cumbunt, et si obtinent, computatis
laboribus et expensis nihil acquirunt.

I M P. C A E S.


IVSTINIANI
INSTITVTIONVM
LIBRI IIII.

Schmidl
...

*Adnotationibus ac Notis doctiss. Scri-
ptorum illustrati & adacti.*

H. C.

Quibus adiunximus Appendicis loco
LEGES XII. TAB. explicatas.
VLPIANI tit. XXIX. adnotatos.
CAII libros II. Institut.
TITVLOS tractatúsq; Iur. Ciu. studio in primis
necessarios.



Studio & opera Ioannis Crispini At.

Nouissimè accesserunt adnotationes, paragraphorum
argumenta, graduum descriptio, titulorum Institu-
tionum synopsis & methodus, IVL. PACIO I. C.
auctore.



Michäelis Fuch,
Sij & Elbingensis
Borüssi.
ao f. 90.
1300

*Vergl. die methodus
in fol. (in adnotat.)
(in sig. impensis)*

FRANCOVRTI

Excudebat Ioannes Wechelus, impensis
Sigismundi Feyrabendij.

M. D. LXXXIIL



702



010.6.11.3671



IVLIVS PA-
CIVS PETRO
SALETANO

S. D.



*V M Eustathius
Vignonius, nobilis
& diligens Typo-
graphus, Institu-
tiones Iuris ciuilibus,
multis annotationibus studio & o-
pera Joannis Crispini olim illu-
stratas, auideque à studiosis omni-
bus exceptas, proinde sapiùs edi-
tas, iterum edere statuisset: rogà-
uit me, ut errata, quæ tam in con-
textum, quàm in annotationes ir-
repserant, emendarem, & si quid
videretur deesse, quod ad interpre-*

E P I S T O L A.

tationem huius libri faceret , adiungerem. Itaque etsi quotidianis interpretationibus, & uniuersi iuris ciuilibus recognitione, quod opus iam sub prelo esse cepit , aliisque negotiis impeditus uerebar, ut satis huic rei suppeditare possem : tamen, qui meus est erga rem literariam & iuris studiosos amor, hoc opus nouis Iustinianæis utilissimum sum aggressus, & Dei beneficio, breuissimo tempore, hoc est, corrente prelo, perfeci. Errores autem tot sustuli, quot me reperturum ab initio minimè putavi. Nam qui in prima editione admissi fuerunt : in postrema quoque, partim operarum negligentia, partim corrigentium inscitia ad literam repetiti & aucti reperiuntur. Loca sunt innumera, qua restitui: ut facile intelliget cu-

EPISTOLA.

get curiosus lector, cui cura erit hanc editionem conferre cum superioribus. Præterea distinxi paragraphos: singulisque præfixi breuia argumenta, quæ scopum auctoris ostendant, & studiosorum memoriam adiuuent. Annotationes adieci, quatenus moles operis patiebatur, non paucas, sed more meo breues. Denique adieci nouas graduum descriptiones, quæ in hac manuali forma omnino desiderabantur: & tabulam, qua methodum horum librorum ita sum complexus, ut inde liceat. Ro. iuris ideam quandam animo concipere, & titulos Institutionum facile memorie mandare. His igitur studiosos interim frui cupio, dum uniuersi iuris editionem, non solum emendatam, sed etiam argumentis, obser-

Quib. hæc
† nota præ-
fixa est.

E P I S T O L A.

uationibus, summis, legibus, tabulis, indice, à nobis auctam & decoratam expectant. Iam verò cum quærerem, cui potissimum hos meos labores dicarem: profectò neminem inueni, quem tibi, P. SALETANE, præferrem. Sunt enim nostræ annotationes, quas hîc reperies, ex iis excerptæ, quas tu diligenter, cum hos libros tibi exponerem, collegisti: ut, si alij nunc eas offerrem, de alieno potius, quàm de meo liberalis viderer. Sed & si daretur mihi electio, neque ullum ius in his haberes: cui (obsecro) hæc potius dicarem, quàm tibi? qui nobilitate excellis,

Nec finis ingenium nobilitate premi:

& quem auditorem, unà cum IO. HENRICO fratre tuo, studiosissimo

E P I S T O L A.

sissimo & ornatissimo adolescente,
 me habuisse, quandoque gloriabor.
 Tu hæc studia colere cœpisti. quare
 hoc iuris compendium non solùm
 meam in te obseruantiam apud o-
 mnes testabitur: sed etiam te huius
 sanctissimæ disciplinæ admonebit,
 & in eius studio, quemadmodum
 spero & opto, retinebit. Sanctissi-
 mam disciplinam appello, quia te-
 cum loquor: cui non est ignota eius
 præstantia, & diuinitas. Dubita-
 rem sanè ita loqui, si cum iis sermo
 esset, qui, cùm artem sibi necessa-
 riam ignorent, eos odio prosequun-
 tur, à quibus intelligunt se eo nomi-
 ne superari: cupiuntque nulla esse
 iura, nullas leges, quo faciliùs arbi-
 trio suo belluino omnia turbent. Sed
 fremant, qui uolent: dicam, quod
 sentio. Præstat iudicandi scientia,

EPISTOLA.

iudicandi potestati : & dignus igitur, qui præsint iudicio, præstat iudici imperito. Hæc omnia tu optimè scis. Itaque ad te libenter venit ars illa, quæ iudicandi normam tradit, quæ diuinas & humanas res disponit, quæ omnes homines in officio continet, malos pœnis coercet, bonos præmiis afficit, & (ut uno verbo dicam) humanam societatem conseruat. Vale. Calend. Septemb. CI^o ID LXXVIII.

STV-





S T U D I O S I S
I N S T I T U T I O N U M
Iuris civilis,

IOANNES CRISPINVS

S. D.



VVM tot tamque illustria beneficia societas hominum ab vna Iurisprudencia accipiat, vt meritò etiam Ethnici fateantur inuentam esse à Deo, donatamque ad conseruanda vincula humanitatis & vitæ communis: mirum est plerosque eius cultores, & qui sanctissime rei Sacerdotes & dici & haberi volunt, præcipuam tantæ donationis dignitatem quæ in administrationibus politicis maximè elucet, non tenere. Ac quum initio harum Institutionum Iustinianus ipse Studiosis Iu-

Demosth.

*In Proæm.
Instit. ad fi.*

AD STUDIOſOS

ris Rerumpubl. gubernationem ſpondeat, quemadmodum & ante eum Alexander Seuerus, τὰς πολιτικάς (ait Herodianus) καὶ ἀρχαίους διοικήσεις τοῖς ἑπιλόγοις εὐδοκίμωντάτοις, καὶ νόμων ἐμπείροις. qui fit vt hodie è ſcholis domum reuerſi, tam inutiles ad vſus ciuium, quàm in feriis muti conſpiciantur? Præpoſterine ſtudij culpam verbis Ciceronis in ipſos Doctores transferemus, qui, ſiue erroris obiiciendi cauſſa, ſiue (quod veriſimilius eſt) ignorance docendi, ſæpe quod poſitum eſt in vna cognitione, id in infinita diſpertuntur? An ipſos potius Auditores accuſabimus, qui nec toto nec legitimo opere perfectò (vt verbis Iuſtinianèis vtar) ex vmbra in lucem frigidis tantùm argutiis legum inſtructi, ſine vſu & exercitatione, morùmque cognitione prodeunt? Habent quidem hæ accuſationes aliquid, ſed in his non ſunt omnia. Licebit bona ipſorum venia addere, quod ſæpenumero generoſis quibuſdam adoleſcentibus mihi ἑμοτεαπέροις dicere ſoleo, Et Doctores & Auditores pretium ob neglectam ſpretamque Iuriſpruden-

Herodiana de Seuero Imp.

ſtudio. Cui ſtudij ſi iuris non boni proficiunt
an p. dicit

Cic. de Legibus.

an p. ſcripſit

ſt. p. 1.

IVRIS CIVILIS.

prudentiæ primariam partem, ferre, *Primaria*
 diuinarum nempe rerum cognitio- *pars defini-*
 nem: quasi ea tantum ad Sacra populi *tionis Iuris-*
 Romani (quorum ius penes collegium *prudencia.*
 Pontificum erat) pertineret. Dicam
 amplius: fremant licet qui aliter sen-
 tiunt: Æternum Legislatorem hac Iu-
 risprudentiæ definitione, quam etiam
 ab ore & calamo cum Philosophorum
 tum Iurisconf. in summa diuinarum
 rerum ignoratione iam pridem verif-
 simam extorsit, commonefacere stu-
 diosos Iuris, in hac tanta luce ut altiùs
 assurgant: prioremque ac potissimam
 definitionis partem longiùs quam à
 Decemviralibus Tab. repetant, refe- *Tabula di-*
 rantque ad diuinas Tabulas, Decem *uina.*
 (inquam) Edicti perpetui verba, & que
 ab iis dependent, digito Omnipoten-
 te notata: vnde omnis æqui & boni ars
 & bibliothecæ promanant. Sed quor-
 sum istud in hac breui ad Institutio-
 nes præfatione? an ut nouum inuete-
 ratæ consuetudini iudiciû opponam?
 minimè sanè: verum ut Iurispruden-
 tiæ tanquam natalibus, restitutæ, sua
 constet ingenuitas: dignitasve & maie-

A D S T V D I O S O S

stas ab origine diuina commendetur. Ago verò magnas Deo O. M. gratias, qui ad meam vtilitatem, vtramque studij partem coniunctam dederit, ex quo adolescens à Patre iurisperito ad capiendum ingenij cultum Louanium missus, Gabrielem Mudæum Brechtanum Iurisconsultum, aliósq; Antecessores quinquennium totum ante aditam Galliam, audiui. Quocirca & cogito quotidie, & libenter persequor, ac industriam omnem impendo, qua honestam vitæ studiosæ commendationem, bonorumque virorum comprobationem tueri possim: non solùm vt hac assidua laboriosaque euulgandorum librorum ratione & opera, verùm etiam interiore facultate in literis posita (quoad possum) studia artium bonarum adiuuem. Qua in re nec vulgaribus solatiis me sustento: primum authoritate & voluntate eius qui huic me muneri præposuit: deinde professione præclaræ atque elegantistypographicæ ac literariæ exercitationis: à qua, tanquã Sparta quam & nacti sumus & ornauiumus, profectum

Gabriel Mudæus Louanensis Iurisconsf.

Euulgandorum, librorum labor.

Etum nunc damus hoc enchiridium *Institutionum*
 Institutionum Imperialium, annota- *num enchi-*
 tionibus illustratum ex nobilissimo- *ridum.*
 rum Auctorum monumentis, quo-
 rum nomina post τὰ προλεγόμενα pagi-
 na sextadecima, ingenuè expressa ex-
 tant. Id verò à nobis obseruatum est, *Quid in hac*
 quantum fieri potuit, vt singulæ inter- *editione ob-*
 pretationes ac maximè necessariæ, ita *seruandum*
sit.
 suo loco apponerentur, vt indices lite-
 ræ, quas superiores vocamus, tum in
 contextu, tum ad marginem, aptè in-
 ter se conuenirent. Arithmeti-
 cis notis diligenter expensis, in citandis le-
 gum librorumque allegationibus, vt
 breuitati consuleremus plurimum v-
 tendum fuit. Hæ porrò notæ [] sæpe-
 numero indicant deesse aut non re-
 periri quæ includuntur, in veteribus
 libris aut manuscriptis, aut impressis:
 quum id oppletis marginibus, notari
 commodè non potuit. Quid verò am-
 pliùs præstitum sit in hac editione, plu-
 ribus hîc præfari superuacaneû esset:
 malo alios quàm meipsum iudicare.
 Volui quidem certè studiis vestris, stu-
 diosi adolescentes, industria mea ali-

AD STVD. IVR. CIV.

qua,quam infra omnem mediocritatem esse agnosco, consulere. Itaque & maximum fructum me consequutum arbitror, si aliquid à me ergavos fuerit profectum in quo neque vos vestri studij, neque me laboris infumpti, vlla ex parte pœniteat.

Valete: & dum ampliùs de vestris studiis bene-mereri conor, æqui bonique hæc τὰ ῥη̄σῑσι consulite.

II P O.





ΠΡΟΛΟΓΟΜΕΝΟΝ

DE CÆS. IVSTINIANI CVM BELLICIS sudoribus, tum studiis ciuilibus, & librorum Iuris compositione & ordine.



MP. CÆS. Anicius Iustinianus August. Salona, quæ urbs Dalmatiæ est, natus, Imp. Iustini sororis filius, ipsius adoptione imperiũ adeptus est. Valuit consilio, & fuit eo felix quòd industrios & felices dũces habuit. Nam Belissario duce Persas in Oriente tumultuantes, ultra Tigrim, Euphratemq; profligauit. magna tunc gloria fuit Belissarij. Vandalos qui A-

Anno mundi 4490.
Romæ, 1278.
Christi 528.

Belissarius
dux.
Persæ.

Vandali.

fricã annos ferè XCVI. obtinuerãt, inde multis præliis fractos expulit:

Gotthi. *Gotthos præterea, qui Siciliam oc-*
 Hypatius. *cupabant, fudit ac dissipauit: Hy-*

Pompeius. *patium denique & Pompeium qui*
seditione commota, imperij insignia
sibi sumpserant, prælio in urbe Con-
stantinopoli facto oppressos, suppli-
cio affecit: quum in eo prælio ciuium
XXX. millia interiissent. Belissarij

Narces dux. *successor Narces Persamenius feli-*
citer ex Italia Gotthos expulit. Etsi
autem Iustiniano hæc gloriosa fue-
runt, expulsio Vandalorum ex A-
frica, & Gotthorum ex Italia: ta-
men clades alias in imperio magnas
accepit. Hunni vastarunt magnam
Thraciæ partem, & Pannoniam
recuperarunt, domitis ibi Gotthis.

TRIA pacis opera in Iustinia-
ni gubernatione Principi conueni-
entia

DE LIBRIS IVRIS.

entia, & digna laude sunt: Legum collectio: Synodus Constantinopolitana, quæ nominantur quinta οἰκουµενικὴ, in qua repetita est confirmatio Symboli Niceni, & condemnatio Samosatani, Arij, Nestorij & Eutychis: & ædificationes ad repressiones Barbarorum factæ.

IMMENS A legum volumina, Theophili, Dorothei, Theodori, Isidori, Thallelei, Cratini Antecessorum, id est, Iuris professorum, industria, quod infiniti laboris esse videbatur, in quinquaginta libros (Pandectas placuit appellari) con-

Pandectæ. 50 lib.

gessit. Illis ducibus hostes domuit: his verò Consulib. barbariem proscripsit: & civilis iuris disciplinam tot seculis oppressam, in lucem revocavit. Cuius ordinem, & compositionem intelligere, operæpretium



est: nam in dissoluendis αὐτονομῶν νο-
dis non paulum est momenti intelli-
gere, quæ priores, & quæ postero-
res leges sint^a. Justinianus igitur
imperij sui anno tertio sacrarum con-
stitutionum Codicem unum ex tri-
bus, Gregoriano, Hermogeniano,
Theodosiano, compositum 16. Kal.
Maij edi iubet, reiectis his quæ
superflua & minus moribus conue-
nientia videbantur: Consule De-

1. Non est
nouum. &
ill. seq. De le-
gibus.

1. Codex.

1. I. C. de
nouo Cod.

cio^b: & trium illorum Codicum
constitutiones abrogari voluit: &
aduocatis, ne ullas ex his constitu-
tiones in iudiciis nominarent, inter-
dixit^c. Sequenti deinceps anno^d va-
rias constitutiones protulit, cum
Lampadio^e & Oreste Coss. (patet
ex variis locis Codicis) tum post
eorum consulatum^f.

§. Hunc i-
gitur. C. De
Iustin. Cod.
confir.

^d V. C. 1283.

Reg. eiect.

1039. Chri-

sto nato, 533.

§. 1. Si quis &

l. seq. C. De

cond. indeb.

^f l. ult. C. De

hered. instit.

Idem tertium consul, & solus,
Pande-

DE LIBRIS IVRIS.

Pandectarum libros quinquaginta^a ex infinitis veterum Iurisconsultorum scriptis, & responsis collectos intra quadriennium, Theophilo, Dorotheo, & quos modò nominavimus, componi mandat, & in lucem emittit 17. Kal. Ianuar. quanquam velit Iustinianus annis tribus confectas^b.

Vbi primùm editæ sunt Pandectæ, non integræ illæ quidem, sed veluti naufragij tabulæ, vel ex mille centum & viginti librorum in urbe Constantinopoli Zenonis Imp. temporibus^c conflagratione, vel Gotthorum irruptionibus, ut fieri potuit, receptæ^d: idem Theophilo, Dorotheo, Triboniano, Institutiones componendas præscribit partim ex quinquaginta Pandectarum libris descriptas, partim

^a l. 2. §. Sed cum omnia: De vet. iur. enuc.

2 Pandectæ

^b §. Omnia gitor. C. De Iustin. Cod. confir. l. 2: De vet. iur. enuc.

^c Anno Christi 476.

^d Fac. l. vni. §. Ne autē. in fin. Cod. Decad. toll.

3 Instit.

ex. Caij commentariis selectas in
 §. Cumq; gratiam iuuentutis ^a: atque intra
 & §. Quos. in undecim menses anno imperij sui o-
 proce. Instit. ctavo, II. Kal. Decemb. in lucē exire:
 quas si cum Vlpiani, & Caij fra-
 gmentis studiosē conferat iuuentus,
 operam non luserit.

Proximo deinde anno Iustinia-
 nus quartum Consul priorem illum
 Codicem suum repetitæ lectionis,
 id est, constitutionum, recudit:
 (eum dico, quem ante quinque an-
 nos emiserat) cui constitutiones
 multorum Principum memoria di-
 gnas, & componendis Reipub. ne-
 gotiis magis idoneas ab Adriani
 temporibus inseruit^b: & quæ ali-
 quam habere *αὐτοκρατία* viderentur,
 sustulit: additis quinquaginta no-
 uis decisionibus^c, quas interea tem-
 poris condiderat.

^b l. 2. C. De
 vet. iur. enu.

^c §. Postea.
 Cod. De e-
 mend. C. lu-
 flinian. Hæc
 Mart. Tre-
 hetius de-
 scripsit.

DE LIBRIS IVRIS.

Postremò dum nouæ in dies
 controuersia, ut fit, ex negotiorum
 varietate emergerent: nouis legi-
 bus, ut nouis morbis medici, oc-
 currere oportuit. Græcas itaque
 constitutiones (*Nœgis* vocat, Ita-
 li prisci Antecessores ineptè No-
 uellas, seu Authenticas) edi-
 dit: quas imperij sui triginta octo
 annis, tot enim floruit eius Impe-
 rium, condiderat^a. Itaque eo,
 quo diximus modo, collectum ius
 ciuile, atque compositum excole-
 re cœpit Græcia, & magna con-
 tentione profiteri. Verùm, ut sunt
 rerum vices, quadraginta post
 annis ius illud sanctissimum sen-
 sim collabi permisit Phocas^b im-
 pius Imper. tam in conseruandis
 legibus ignauus, quàm repellen-
 dis hostium insultibus vecors: à

4 nouelle seu lois

^a §. Sed cum
 C. de emēd.
 Cod. Iustin.

*page 40. auant J. J. Jus-
 collig.*

^b An. Chri-
 sti 604.

quo ita oscitanter imperante, Germani, Hispani, Galli, Longobardi defecerunt: nec eius imperio, nec Imperij legibus pepercit Sarracenorum furor. Longo satis progressu temporis ^a vixisse Basilium ^b ferunt, cuius filius Leo Philosophus novas collegit Pandectas in libros sexaginta & sex volumina distinctos, ἐξάβιβλον appellarunt ^c.

An. Christi 880.

^b Videlib. 5.

Ann. Ioan.

Zonarae.

^c Vide Præf. Harmen. in leges suas. tit. 1. De ll.

Constantinus posthæc Harmenopulus, Thessalonica iudex primarius, Constantini Porphyrogeneta, Nicephori, Alexij Comneni, Manuelis ^d illustrissimorum Principum varias constitutiones complexus in iuris epitomen coniecit. Interea dum eam legum formam religiosè colit Constantinopolis, Hunnorum, Vandalorum,

^d Ex 3. Imper. Basilij, Constantini Leonis pro chiro suam confecisse Epitomen fatetur Harmenopulus.

DE LIBRIS IVRIS.

*dalorum, Longobardorum, Gothorum
barbarae leges^a in Italia grassabantur:
unde feudorum, &c. de conservandis
familiis leges fluxerunt.*

^a Vide Pachymerij & Nicephori commentarios. *fructa. i. d.*

★ ★ iiij



EX QVIBVS AVT
IVRISCONSULTIS,
AVT ALIIS SCRIPTO-
ribus hæ annotationes in
Institutiones colle-
ctæ sint.

<i>Theophilo.</i>	<i>G. Budeo.</i>
<i>I. Cuiacio.</i>	<i>A. ab Alexandro.</i>
<i>F. Connano.</i>	<i>M. Trehetio.</i>
<i>A. Contio.</i>	<i>L. Taurello.</i>
<i>E. Barone.</i>	<i>P. Victorio.</i>
<i>G. Brechtano.</i>	<i>A. Augustino.</i>
<i>F. Duareno.</i>	<i>Ioach. Mynsingero.</i>
<i>Mat. Wesembecio.</i>	<i>Iul. Pacio.</i>
<i>Isidoro Hispal.</i>	

LEG. XII. TAB.

<i>A. Gellio.</i>	<i>A. Macrobio.</i>
<i>F. Hotomano.</i>	<i>A. Riuallo.</i>
<i>I. Reuardo.</i>	<i>I. Oldendorpio.</i>
<i>Adr. Turnebo.</i>	<i>V. Forstero.</i>

Si cui legendo aliqua interpretatio minus arrideat, is authores ipsos ex quibus ferè ad verbum omnia breviter transcripta sunt, consulat.

DE NOMINE INSTITUTIONVM.

QVOD ad nomen *Institutionum* at-
tinet, subiicere hîc operæpre-
tium duximus, quæ A. Politianus ad-
notauit Miscel. c. 84. Institutiones hæ,
quæ vocantur in iure Ciuili, Iustiniani
principis nomine editæ, à Triboniano Instit. a quo compositæ
tamen doctisq; aliis viris compositæ, e-
tiam Græcè scripte sub eodem profus
intellectu reperiuntur : nisi quia ritus
quidam, consuetudinésq; Romanorû
veteres vberius aliquanto & latius in
Græco ipso, quàm in Latino Codice
referuntur, vt peregrinis hominibus,
atque à Romanorum more, consue-
tudinêq; alienis res tota penitus inno-
tesceret. *Institutionum* nomine pleriq;
veterum Iurisconsultorum, & Latino-
rum scriptorum libros suos inscripse-
runt. Theophilus tamen & Græci in-
terpretes vocant hunc librum Institu-
ta, idque exemplo Iustiniani in multis
constitutionibus. Sed & Probus & Ve-
getius eodem nomine, in eadem signi-
ficatione vtuntur.



PRO O E M I V M

de confirmatione Institutionum ^a.

IN NOMINE ^b DOMINI

NOSTRI IESV CHRISTI.

IMPERATOR ^c CÆSAR ^d FLA-

VIVS ^e IVSTINIANVS ^f, A-

LEMANICVS ^g, GOTTHI-

CVS ^h, FRANCICVS ⁱ, GER-

*Theop. sic
διάρaxis πε-
βουόσα τὰ
ἰνσιτοῦρα,
cōstitutio cō
firmās insti-
tuta: quod
his salicet
Sim legis at
tribuat.*

^b Hæc epigra

*phe in ed tione Halo. and. expuncta est: alibi tamē est frequenter,
l. 1. & 2. C. De offic. Præf. Afr. ^c Imperator priscorū Ducū nomē
erat: acclamari ab exercitu Ducibus, qui aliquot millia externo-
rum nostiū prostrauerant, solitū fuit: Cic. lib. 2. epist. 22. & Phi-
lipp. 14. Cornel. Tac. lib. 3. Post occupatā Remp. perpetuū Principis
nomen ex S. C. esse cæpit: Sueton. in Iul. Cæs. c. 76. & Dion. lib. 43.*

^d Cæsares post Iuliū Cæs. dici cæperunt nō qui rerū potirentur,
sed qui successores Augusto designati essent, l. Et si. 7. C. de mal. &
math. Suet. in V. spasi. Qui hodie in imperio Reges Romanorū: in
Gallia Delphini vocātur. Wes. ^e Flavius cognomē gentilitiū fa-
milia V. spasi: Suet. in eius Vita. ^f Iustinianus, nomē fuit illi
propriū a Iustini patris adoptiui nomine. ^g Alemanicus, &c.

*Hæc agnomina a deuictis hostib. sibi adsciuit. Vopis. in Vita Pro-
culi, Alemanos, inquit, qui tūc adhuc Germani dicebātur, nō sine
gloria splēdore cōtriuuit. Dictos autē esse Agathius ex Asinij Qua-
drati autoritate docet, quod collectitia esset diuersorū hominū
multitudo: allerley mā, Vel allen landē man. Myns. ^h Gotthi pro-
priē dicti sunt, qui Germanici maris insulā Scandiā incoluerunt,
& insignē ex Romanis victoriā retulere circiter annum Christi
256 superato Decio Imp. Hi postea duce Alarico circa annū 407.
Urbe Roma potiti, quos Iustinianus, anno 560. per suū ducē Nar-
setem profligauit, occiso eorum duce Totila. ⁱ Franci ita dicti,
quod suam tuerentur libertatem: primas sedes supra Coloniā*

MANI-

PROOEM. INSTIT.

MANICVS^a, ANTCIVS^b, ALANICVS^c, VANDALICVS^d, AFRICANVS^e, PIVS^f, FELIX, INCLYTVS, VICTOR AC TRIUMPHATOR^g, SEMPER AVGVSTVS^h, cupidæ legum iuventuti, S.

habuerūt in ea regione quam Catti tenuere, que nūc est Hassia. Superati tandē à Narsete prope Tarē-

rum circa annum 558. ^a Germanicus Herodianus hunc titulum refert inter Imperatorios. Mynsingero non alia videtur esse Germanorum quàm Alemanorum significatio: utrunque enim Verbum significat gentem prorsus virilem Alleman, & German. Vide Alc. lib. 10. p. cap. 20. ^b Anticus (falsò Anticus.) Antia Histri fluminis accola, quos Iustin. per Childibium ducem repulit. Alc. p. cap. lib. 5. cap. 3. ^c Alanicum Vandalis iuncti erant. Lucanus lib. 8. Vocat duos aterni Martis Alanos. ^d Vaudali, populi Europa Septentrionalis, duce Genserico Romani vastarunt: cui successit Gilericus, qui in Africa à Belisario victus, & in triumphum Constantinopolin ductus est. ^e Africanus, quia ex Africa Vandalos pepulit. ^f Pius, Felix, &c. Ha appellationes Augustus pro bono omine inaugurationis tempore acclamabantur: quas postea in literarum inscriptionibus usurparunt: ut Vita Imp. & Nouell. 78. ostendunt. Wes. ^g Triumphator, Triumphasse legitur de Persis & Vandalis, modum triumphandi describit hic Myns. ^h Augustus, Cognomen hoc primum Octavio est impositum auctore Suetonio: inde successoribus usurpatum: ductum ab augurio quòd auspiciato & diuinitus eligerentur. Wesemb.

¶ Ut Plato legislationis tres vult esse partes, Prooemium, Legem & Sanctionem: ita huius Constitutionis eadem deprehenduntur membra. I. Prooemium: quo suum legislationis studium commendat, usque ad §. 3. II. legislatio usque ad §. penult. III. Sanctio. Wesemb. hic.

^a *Id est, Princeps Romanum, & j.*

^b *Vet. Cod. a. lio ordine, & Princeps Romanus*

victor existat, non solum in hostilibus praeliis, sed etiam per leg. tram. cal. iniq. expellens: *hoc sensu, Imperatorem non ex armistatu, sed etiam ex legib. gloriosam sibi victoriam comparare. Imperatores Romanos olim dictos fuisse Prin-*

¶ *De usu armorum & legum.*



IMPERATORIAM maiestatem non solum armis decoratam, sed etiam legib. oportet esse armatam. ut utrunque tempus, & bellorum & pacis, recte possit gubernari: &

Princeps Romanus non solum in hostilibus praeliis victor existat, sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat: & fiat tam Iuris religiosissimus, quam victis hostibus triumphator [magnificus.]

¶ *De bellis, & legibus Iustiniani.*

scribit. Tacit. lib. 1. Annal.

I Quorum utramque viam cum summis vigiliis, summaque providentia annuente Deo, perfecimus. Et bellicos quidem sudores nostros Barbaricæ gentes sub iuga nostra redactas cognoscunt: & tam Africa, quam aliæ innumeræ provincie, post tanta temporum spatia, nostris victoriis à caelestium numine præ-

scribit. Tacit. lib. 1. Annal. ^c *Legum prescripto seu per ipsarum legum remedia. Theop. νομιμοῖς ἐπινοίας.* ^d *Calumniantium, id est, delinquentium, Myns. Verbum calumniari generale est, omnem ingenij malitiam complectens. Cic. de Republ. 2. Ut Carneadi respondeatis, qui saepe optimas causas ingenij calumnia ludificari solet. Horom.* ^e *Theop. habet, ἐν νόμοις σεβασίμοις. sic Pappin. Imperatorem Marcum vocat. in l. unum, 67. §. 8. De leg. 2.*

^f *Abeſt à veteribus libris. & Vet. Cod. deducta.* ^h *Al. numerosa. sic enim loquuti sunt Oroſius, Eutropius, & alij σύγγραφοντες scriptores.* ⁱ *Tanta: annos sc. 95. quibus Vandali Africam tenuerunt, l. 1. in princ. C. de o; sic. pref. prat. Afr. Procop. Et 69. quibus Gotths in Italia erant dominati.*

stitis,

stitis, iterum ditioni Romanæ, nostroq; ad-
ditæ Imperio protestantur. Omnes verò po-
puli legibus tam à nobis promulgatis^a, quam
compositis reguntur.

*Promul-
gamus no-
stras: cõpo-
nimus alie-
nas. Quidã*

¶ *De compositione Codicis, &
Pandectarum.*

*Quidã
Codices ha-
bent, iam à
nobis pro-
mulgatis vel
compositis.*

2 Et cum sacratissimas constitutiones an-
tea confusas in luculentam ereximus conso-
nantiam^b, tunc nostram extendimus curam
ad immensã^c veteris prudentiæ volumina,
& opus desperatũ^d, quasi per mediũ profun-
dũ euntes^e, cælesti favore iã adimpleuimus.

*Intelligit
priorẽm Co-
dicem à se
compositũ:
quem nõ ha-
bemus: cu-
ius prima
editio facta
est an. 529.*

¶ *De tempore, auctoribus, fine & utili-
tate compositionis Institutionum.*

*secundo im-
perij Iusti-
niani anno.*

3 Cumq; hoc Deo propitio peractum est,
Triboniano viro magnifico f, Magistro g,
& h† Exquæstore i sacri palatij nostri, & Ex-

Immensã, innumera Iurisconsultorum Veterum scripta, qua
in duo millia librorum & tricies centena millia versusum propa-
gata habebantur, l. 2. §. Postea verò. C. de Vet. iur. enucl. ^d Nam
Cic. Casur, Seruius Sulpit. & plerique alij instituerant Iurispru-
dentiam in certum corpus contrahere. ^e Metaph. per medias
difficultates & impedimenta. ^f Plus est quàm si dixisset Il-
lustris: Cont. ^g Magistro, scilicet officiorum, cura sunt schola
fabricsensium & agentium in rebus: disciplina palatij, cursus
vehicularis. ^h † Quæstor est, qui quæsturam gerit. Ex qua-
store, is qui quæstura functus est: Quæstorius, qui vel functus est
quæstura, vel donatus à principe dignitate quæstoria. Similis est
interpretatio vocum Consul, Exconsule, & Consularis. ⁱ Quæ-
stori cura sunt leges, preces, laterculum munus, & est in Nouell.
Theod. de hom. ca. fac. Quæstor custos est iustitia. ex Quæstorib.
sunt Codicillares, aut qui verè Quæstores fuerunt. I. C. Quæstura
functi. l. 1. C. de nouo. Cod. fac. l. 2. C. de Vet. iur. enucl. Crim. l. 10.
cap. 12. Alc. Disp. lib. 4. cap. 3.

^a Hoc est, doctoribus & interpresibus. Nam ex Iuriconsultis, qui sequebatur forum, Rogati: qui scholas, Antecessores dicebantur: ut l. i. π. de concep. Digest. Vox videtur efficta imitatione Graecorum, apud quos πρῶτον γὰρ δειχθῆναι per metaph. est docendo deducere discipulum in alicuius artis penetralia. Isocrati ad Demonicum est ἀνοργῆσαι νεωτέροις. ^b Tria προσκείμενα compositorum iuris: Solertia, legum scientia, & fides. ^c Ius obsoletum & antiquatum Theophil. significare videtur: puta frag. Vlpiani, & Caij Institut. Ammian. Marcell. lib. 30. Iuris periti, ait, & alius videantur iura callere, Cascellium, & Alfenum, & Auruncorum Sicanorumque, tam diu leges ignotas, cum Euandri matre ab hinc seculis obrutas multis. ^d Argumentum est ratio quae res dubias facit fidem, Cic. in Topic. Pro rei probatione accipitur infra de empt. & vend. §. i. in verbo argumentum emptionis. Quod & sureceptum est, Theoph. hic: & l. ult. C. de in. dom. impet. §. per. infra de satisfd. ^e Iuris scilicet studiosis. ^f Exstantes in C. Theodos. & deinceps in Iustiniano. ^g Primordium vocat Institutiones, quibus Constitutionum robur attribuit infra eodem §. penult. ^h Theoph. pro digni, vertit ἀξιωθέντες, id est, dignati, id est, reperti digni tanto honore: ne pro reperti, referti legimus. ut Theoph. ἀπολαύοντες.

nore,

nore, tantaq; reperti felicitate, vt & initium^a vobis, & finis legum eruditionis à voce principali procedat.

¶ *Diuisio Institutionum.*

4 Igitur post libros^b quinquaginta Digestorum, seu Pandectarum, in quibus omne ius antiquum collectum^c est, quod per eundem virum excelsum Tribonianum, necnon ceteros^d viros illustres & facundissimos cōfecimus: in quatuor libros eadem Institutiones partiri iussimus, vt sint totius legitime scientiæ prima elementa.

¶ *Quid in Institutionibus contineatur.*

5 In quibus breuiter expositum est, & quod antea^e † obtinebat^f, & quod postea defuetudines inumbratum, Imperiali remedio illuminatum est.

¶ *Ex quibus libris compositæ sunt Institutiones: atque earum recognitio, & confirmatio.*

6 Quas ex omnibus antiquorum Institutionibus, & præcipuè ex Commentariis Caij nostri, ^b tam Institutionū, quàm rerum quotidianarum, aliisque multis Commentariis compositas, cùm tres viri prudentes

In Prooemio Digesti. in quo ordinem & gradus studiorum describit.

Instit. dicitur dari operam primo anno

legendis Institutionibus: deinde

quatuor prioribus Digesti. libri,

qui tunc vocantur, & toto illo

anno appellari Iustinianeos nouos.

Libros, cōfectos, nõdum tamen edi. os.

Alias, collatū. Theop.

Quos recenset Inst. in inscript.

proem. Dig. † & in l. 2.

§. qua omnia. C. de vet. iur. enucl. ^c † Hoc est ante Institutiones compositas: vt leges quoq; promulgatas cōplectatur. ^d Obtinebat, *ius vetus: vt j. antit. De liber. De testam. De exher. lib. De succ. sub. & c.* ^e ἀνωθεν, & οὐκ ἀδέν. Theoph. ^f Beneuolentiæ significatio: ac si plerunq; prædecessores qui nostra fuerunt professionis appellamus: Hic vero Caius fuit: Adriani Imp. temporibus, l. vtrum. D. de rebus dubiis. Meminit eiusdem Caij §. telum. De pub. iud. & vide l. Si calumniatur. π. De verb. signif. 433. Ant. Aug. lib. 3. cap. 7.

prædicti nobis obtulerunt: & legimus, & recognouimus, & plenissimum nostrarum constitutionum robur eis accommodauimus.

^a *Alias, perlecto.*

^b *Gubernari.*

Aristot.

lib. I. Ethic.

loquens de

hac civili

philosophia,

τὸ τέλος οὐ

γῶσις, ἀλλὰ

πρᾶξις. ἐοῖ

nomine Vi-

psian. in l. I.

π. de Iust. &

Iur. ait hanc

etiam esse

veram, nec

simulatam

philosophiam.

^c *D. CP. hoc est,*

Data Constantinopoli,

(Urbe Thraciæ ad Pro-

pontidem, ubi olim fuit

sedes Imperatorum

Orientis) XI. Ka-

lend. Decemb. Domino

Iustiniano perpetuò

Augusto, (non Patre

Patriæ & ex Pandect.

Florent. præfationib. in-

telegi potest) Ter-

tium Cōsule: qui annus

est Iustiniani septimus.

Non erubescerent

olim & ipsi Principes

ambire & gerere

consulatus, sicut & alia

publica munera. Statuit

autem Iustinianus in

¶ *Adhortatio ad studium iuris.*

7 Summa itaque ope, & alacri studio has

leges nostras accipite: & vosmetipsos sic e-

ruditos ostendite, ut spes vos pulcherrima

foueat, toto legitimo opere perfecto^a, pos-

se etiam nostram Rempublicam in partibus

cuius vobis credendis gubernari^b. D. C P.

^c XI. Kal. Decemb. D. IUSTINIANO

PP. A. III. COS. *q. f. s. ann. r. l.*

Iur. ait hanc etiam esse veram, nec simulatam philosophiam.

^c *D. CP. hoc est, Data Constantinopoli, (Urbe Thraciæ ad Pro-*

pontidem, ubi olim fuit sedes Imperatorum

Orientis) XI. Ka-

lend. Decemb. Domino Iustiniano perpetuò

Augusto, (non Patre

Patriæ & ex Pandect. Florent. præfationib. in-

telegi potest) Ter-

tium Cōsule: qui annus est Iustiniani septimus.

Non erubescerent olim & ipsi Principes

ambire & gerere consulatus, sicut & alia

publica munera. Statuit autem Iustinianus in

Novell. & præponeretur nomen Imp. & annotarentur tempora per Imperatores.

sicut olim per Consules. † Nouell. constit. 47.



INSTITVTIO- NVM SEV ELEMEN- TORVM D. IVSTINIANI

SACRATISSIMI
PRINCIPIS,

LIBER I.

DE IVSTITIA ET IVRE^a.

TITVLVS I.

¶ *Definitio iustitie.*

^a *Id est Iuris, siue iustitie arte.*

^b *Hac definitio est ex l.*

io. eo. Is deum iustus est, qui sic ab animo cōparatus est,

ut perpetuo τὸ ἀνάλογον.

id est, ius cuiq; suum velit tribue



IVSTITIA^b est constans & perpetua^c † voluntas ius suū cuique tribuendi.^d

¶ *Definitio iurisprudentia.*

Iurisprudentia^e est diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.

re. I. C. Constans, &c. Hoc est certis illis & immutabilibus notitiis humana menti diuinitus impressis præditæ, rationisq; iudicio & lumine gubernata. Voluntas, Id est, habitus animi volentis & incitatus ad agendum id quod ei præscripsit constans & perpetua ratio. ^c † Non est enim iustus, nisi qui βεβαίως καὶ ἀμετακινήτως ἔχων πράττει. 2. Ethic. 4. ^d Tribuens, Theoph. Vide Gell. lib. 14. cap. 4. ^e Ex d. l. 10. Bud. D. hoc est. Alc. lib. 2. Disp. cap. 8.

¶ De iuris methodo.

^a Id est, Obi-
ter. Fab. in
proc. lib. 8.

^b † Qua ha-
ctenus do-
cuit, quod
etiam doce-
bit. §. seq. ge-
neralia sunt
id est, omni-
um hominū
communia:
quæ verò de-
inceps dice-
tur, propria
sunt civiū
Rom.

^c Fab. Instit.
orat. lib. I.
cap. 2. §. 3.

^d Tull. 3. Of-
fic. §. 3. De
finibus.

^e Ex Vlp. l. I.
§. I. cod. Fab.
lib. 2. cap. 4.
sacrum publi-
cum, & pri-
vatum ponit.
publico con-
tinetur sa-
crum. Bud.
hic. Alc. l. pu-

pillus. §. Munus. De verbor. signif. ^f † *In naturale. & gentium sunt partes iuris Ro. non item ius Atheniense, aut La. onicū: neque enim hac nomina in iure nostro retinemus: neque, ut natura & ratio, ita Solon aut Lycurgus nobis leges dederunt, etsi ad exemplum legum ab eis latarū populus Rom. iura quadam condidit. §. & non ineleganter, infra hoc tit.*

2 His igitur^a generaliter^b † cognitis, & incipientib. nobis exponere iura populi Ro-
mani, ita videntur posse tradi commodissi-
mè, si primò leui ac simplici via, post deinde
diligentissima atque exactissima interpreta-
tione singula tradantur. alioqui si statim ab
initio rudem^c adhuc & infirmum animum
studiosi, multitudine ac varietate rerū one-
rauerimus: duorū alterum, aut desertorem
studiorum efficiemus, aut cum magno labo-
re, sæpe etiam cum diffidentia (quæ plerunq;
iuuenes auertit) seriùs ad id perducemus, ad
quod, leuiore via ductus, sine magno labore,
& sine vlla diffidentia, maturiùs perducì po-
tuisset.

¶ Iurispræcepta.

3 Iurispræcepta sunt hæc: Honestè viuere,
^d alterum non lædere, suum cuiq; tribuere.

¶ De iure publico, & priuato.

4 Huius studij due sunt positiones^e, Publi-
cum, & Priuatum. Publicum Ius est, quod ad
statum rei Romanæ spectat. Priuatum, quod
ad singulorum vtilitatē pertinet. Dicendum
est igitur de Iure priuato: quod triperitum
est: collectum est enim ex naturalibus præ-
ceptis, aut gentium, aut ciuilibus †.

DE IVRE NATVRALI, gentium, & ciuili.

TITVLVS II

¶ De iure naturali.

Ius ^a naturale est, ^b quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud, non humani generis propriū est: sed omnium animalium, quæ in cælo ^c, quæ in terra, quæ in mari nascuntur. Hinc descendit maris atq; feminæ coniunctio, quam nos *Matrimonium* appellamus. hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cetera quoq; animalia istius Iuris peritia censerī.^d

¶ *Distinctio iuris gentium & ciuilis à definitione. & etymologia.*

Ius autem ciuile à Iure gentium distinguitur: quòd omnes populi, qui legibus &

naturali: ea si homines ratione faciant, iure naturali faciunt. Quæ bruta non faciunt, ea si omnes homines ratione faciant, iure gentiū faciunt. quod & ipsum Ius naturale dicitur, & bonum & æquum, & naturalis æquitas, & naturalis ratio, & lex naturalis, & natura. Quæ nō omnes, sed quadam hominū congregata in & num locum, multitudo & utilitatis publicæ causā facit, ea verò sunt iure ciuili. Cuiac. † Hoc idem sensit Goueanus lib. 1. variar. lection. cap. 19. Quæ tamen doctissimorum Virorum interpretatio & videtur mihi & verbis legis manifestè aduersari. Videamus ergo, ne dicendū sit, animalia bruta. neq; iuris neq; iniuriæ omnino expertia esse. argu. l. 2. §. cum arietes. D. si quad. sed & in, & iniuriam, quatenus in bruta cadunt, minus propriè dici. Calum hic pro aere. & in §. Fera. Derer. diuis. ^d Plin. lib. 33. cap. 12. Fab. instit. orat. 2. cap. 17. in fi. Theoph. Videmus nō homines modò, sed cetera quoque animalia his, qui legem hanc obseruant, adscribi. Bud. hic. Cuiac. maule perita quàm peritia.

^a Ex leg. 1. §. ius. De iust. & in.

^b Ius in bruta nō cadit. nam nec iniuria cadit. l. 1. D. Si quis drup. paup. fec. dic. denique & ratio nis, ita & iniuria ex-
pertia sunt. At qua bruta faciunt incitatione

moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium civitatis est: vocaturque ius civile, quasi ius proprium ipsius civitatis. Quod verò naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos per æquè custoditur: vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utantur. Et populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utitur. Quæ singula qualia sint, suis locis proponemus.

¶ *Ab appellatione, & effectibus.*

2 Sed ius quidem civile ex vnaquaque civitate appellatur veluti Atheniensium. nam si quis velit Solonis^a, vel Draconis leges appellare ius civile Atheniensium, non erraverit. sic enim & ius, quo Romanus populus utitur, ius civile Romanorum appellamus, vel ius Quiritum, quo Quirites utuntur. Romani enim à Romulo, Quirites à^b Quirino appellatur. Sed quoties non addimus nomen, cuius sit civitatis, nostrum^c ius^d significamus: sicuti quum poëtam dicimus, nec addimus nomē, subauditur apud Græcos egregius Homerus^e: apud nos Virgilius. Ius^f autem gentium omni humano generi commune est. Nam usu exigente, & humanis necessitatibus, gentes humanæ iura quædam sibi constituerunt. Bella etenim orta sunt, & captivitates sequuntur, & servitutes quæ sunt naturali

^a *Gell. lib. II. cap. 18.*

^b *Varr. lib. 4. De ling. Lat. Cic. 1.*

De Legibus Ouid. 2. Fa- stor. Dionys. lib. 2.

^c *† al. Romani enim à Quirino Quirites appellatur.*

^d *κατ' ἐξο- χήν.*

^e *Huius meminert sepe Prudentes, l. Aut facta. Depænis. l. Qui venenum. 236. De verb. signific.*

^f *Ex Hermogeniano. l. 5. De Iustitia, & iure.*

naturali Iuri contraria. Iure enim naturali omnes homines ab initio liberi nascebantur. Et ex hoc iure gentium omnes penè ^a contractus introducti sunt, ut emptio & venditio, locatio & cōductio, societas, depositum, mutuum, & alij innumerabiles.

^a Cōtractus, omnes obligationes: *quoniam enim obligatio pro cōtractu habetur. l. omnē. D. De iudic. atque ideo in l. Ex hoc iure, D. De Iust. & Iur. Hermo. obligatio- nes dixit, nō contractus.*

¶ *Diuisio iuris in scriptum, & non scriptum: & subdiuisio iuris scripti.*

3 Constat ^b autem ius nostrum, quo utimur ^c†, aut scripto, aut sine scripto: ut apud Græcos, ^d† πῶς ἰούρον οἱ μὴ ἔμεγαφοι, οἱ δὲ ἄγεαφοι. Scriptum ^e autem Ius est, Lex, Plebiscitum, Senatusconsultum, Principum placita, Magistratum edicta, responsa ^f† Prudentum.

Cur autem ait pgnē? nēpe quia sunt quadā conuentiones & obligationes legitima. l. Conuentionum, l. Legi

¶ *De lege, & plebiscito.*

4 Lex est, quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante (veluti Consule) constituebat. Plebiscitum ^e est, quod plebs plebeio magistratu interrogante ^b (veluti Tribuno) constituebat. Plebs autem à populo eò differt, quo ^f species à genere. nam ap-

ait pgnē? nēpe quia sunt quadā conuentiones & obligationes legitima. l. Conuentionum, l. Legi

tima. D. De pact. ^b Ex Vlp. l. 6. & 7. De Iust. & Iur. ^c† Non ergo diuidit ius civile, sed ius quo utimur, id est, compositū ex præceptis naturalibus, gentium, & civilibus. ^d† A quibus Romani iura acceperunt. §. & non ineleganter infrā h. t. ^e Quod hic scriptum Ius Iustinian. Papinianus Ius civile vocat. l. 7. De Iust. & Iur.† Immo Papinianus opponit ius civile iuri prætorio, quod est species iuris scripti. ^f† Hæc dicuntur constare sine scripto. l. 2. §. his legibus. & §. ita in ciuitate. D. de orig. iur. quia non incidebantur in tabulis æreis, & leges, & senatusconsulta. ^g Quæ plebisciti fuerit origo, & id. l. 2. De orig. iur. Cel. lib. 10. cap. 20. & lib. 15. cap. 27. ^h Quidam, rogante.

^a *Liv. lib. I.*
^b *Cu. Lege Hortensia*
primū: de inde lege Horatia. illa, quā plebs in I. unculū secessisset:

hac, quā in Auentinū. Authores sunt Livius & Plinius.

An hac causa fuerit, an potest? Caesarū ambitio, & iderit Tribonianus, Tacit. l. I. Suet. in Tib. cap. 30.

Ideo dicitur lex Imperij. l. Ex imperfecto. C. De testament.

l. I. §. Quā enim. C. De vet. iur. e. nucl. Livius lib. 44.

Id est, vicem suam. Cu. Theophil. habet, dē Staus. § Vlp. princeps dicitur, l. I. De const. Princ. Unde hic locus petitus est. ^h † al. Hæ. ⁱ Privilegia sunt Latinis. Gell. lib. 10. cap. 20. Ius singulare prouertibus. l. Ius singulare. De leg.

pellatione populi, vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam Patriciis^a & Senatoribus. Plebis autem appellatione, sine Patriciis & Senatoribus cæteri ciues significantur. Sed & plebiscita lege Hortensia^b lata, nō minū valere quā leges cœperunt.^{in iudiciis a fundamentis 2169}

¶ De senatusconsulto.

5 Senatusconsultum est, quod Senatus iubet atque constituit. Nam quum auctus^c esset populus Romanus in eum modum, vt difficile esset in vnum eum conuocari legis faciendę causa: æquum visum est, Senatum vice populi consuli.

¶ De constitutione, ^{principi} ^{si populus Rom.}

6 Sed & quod Principi placuit, legis habet vigorem: quum lege Regia, quæ de eius imperio^d lata est, populus ei^e, & in eū omne imperium suum & potestatem^f concedat. Quodcunque ergo Imperator & per epistolam constituit, vel cognoscens decreuit, vel edicto præcepit, legem esse constat. Hæc^h † sunt quæ Constitutiones appellantur. Planè ex his quædam sunt personales, quæ nec ad exemplum trahuntur: quoniam non hoc Princeps vult. nam quod alicui ob meritum indulgit, vel si quam pœnam irrogauit, vel si cui sine exemplo subuenit, personam non

si a supphicis abhinc. p.

trans-

transgreditur^a. Aliæ autem, quum generales sint, omnes proculdubio tenent.

¶ *De iure honorario.*

7 Prætorum quoque edicta non modicam obtinent Iuris auctoritatem. Hoc etiam Ius honorarium^b solemus appellare: quod qui honores gerunt, id est, magistratus, auctoritatem huic Iuri dederunt. Proponebant & Aediles Curules edictū^c de quibusdam causis, quod & ipsum Iuris honorarij^{From} portio est.

¶ *De responsis prudentum.*

8 Responsa^d prudentum sunt sententiæ & opiniones eorum, quibus permissum erat de Iure respondere^e. nam antiquitus constitutum^f erat, ut essent, qui Iura publicè interpretarentur, quibus à Cæsare ius respondendi datum est, qui Iurisconsulti appellabantur: quorum omnium sententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut iudici recedere à responsis^g eorum non liceret, ut est constitutum^h.

¶ *De iure non scripto.*

9 Sine scripto Ius venit, quod vsus approbavit. nam diuturni mores consensu utentium comprobati, legem imitanturⁱ.

¶ *Ratio superioris diuisionis.*

10 Et non ineleganter in duas species Ius

^a Ut Aeditium edictum. l. 2. §. Eodem tempore. De orig. iur. ^d l. 2. §. Primus. De orig. iur. ^e Veteres lib. habent, Iura condere: νομοθετεῖν: id verò rectè ait Theoph. fieri κατὰ πρῶτον, καὶ ἀπόκρισιν. ^f Aliàs, institutum. ^g Alc. Responsio. ^h Extat hac const. tit. De respons. Prudent. in Cod. Theod. ⁱ l. 32. §. seq. De leg.

^a Paul. habet. Ad consequentias non producantur. leg. Quod verò. eod.

^b Aliud est Ius Prætorium, aliud Ius honorarium. Ius Aeditium

aut Tribunitium, Ius honorarium est, ius prætorium non est. Cuiac.

† Sub iure prætorio continetur etiam Aeditium. §. prætoria. infra de diuis. stip. vocaturque prætorium à parte præcipua, quod de quibusdā tantum causis aediles ius dicerent.

ij. l. 7. v. 7.

^a *Liu. lib. 3. Halicarn. lib. 10. d. l. 2. De or. Iur.*
^b *Plutarch. in Lycurg. Leges ne scribuntor Cic. pro Flacco.*
 ei uile distributum esse uidetur. nam origo eius ab institutis ^a duarum ciuitatum, Athenarum scilicet & Lacedæmoniorum, fluxisse uidetur. In his enim ciuitatibus ita agi solitum erat, ut Lacedæmonij quidem magis ea, quæ pro legibus obseruabant, memoria mandarent ^b: Athenienses uero ea, quæ in legibus scripta comprehendissent, custodirent.

¶ *Diuisio iuris in immutabile & mutabile.*

^c *† His Verbis intelligit*
Et ius naturale, Et ius gentium primauum, nam ius gentium secundarium, à quo ortum ducunt bella, captiuitates, seruitutes, mutatio potest.

I 1 Sed naturalia ^c quidem Iura, quæ apud omnes gentes peræquè obseruantur, diuina quadam prouidentia ^d constituta, semper firma atque immutabilia permanent. ea uero, quæ ipsa sibi quæque ciuitas constituit, sæpe mutari solent vel tacito ^e consensu populi, uel alia postea lege lata.

¶ *De obiectis iuris.*

^d *Rerum naturam uocat Ius in §. Singularum in §. De rer. diuis.*

I 2. Omne autem Ius, quo utimur, uel [†] ad personas pertinet, uel ad res, uel ad actiones. Et prius & de personis uideamus. nam parum est Ius nosse, si personæ, quarum causa constitutum est, ignorentur.

Hic §. est iuris diuisio in naturalem & positivam. Naturale est quod ab ipso deo est, positivum est quod ab hominibus est.

^e *Exemplum*

est de secando debitorum corpore ex leg. 12. tabul. Gell. lib. 10. cap. 1.

^f *† Iudiciorum, circa quæ uersatur hæc facultas, quatuor sunt cause, quæ sequuntur: efficiens, persona: materia, res, id est, dominium & obligatio: forma, actiones finis iustitia. De hac supra dictum fuit: de reliquis igitur dicendum est. Ex Vlp. leg. 1. de sta. hom.*

DE IVRE PERSONARVM^a.

TITVLVS III.

¶ *Prior diuifio personarum.*

SUMMA^b † itaque diuifio^c de iure personarum hæc est: quòd omnes homines aut liberi sũnt, aut serui.

¶ *Definitio libertatis.*

I. Et libertas^d quidem (ex qua^e † etiam liberi vocantur) est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi^f aut iure^g † prohibetur.

¶ *Definitio seruitutis.*

2 Seruitus autẽ est constitutio Iuris gentium^b †, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur.

¶ *Serui, & mancipij etymologia.*

3 Serui autem ex eo appellati sunt, quòd Imperatoresⁱ captiuos vendere^k, ac per hoc seruare, nec occidere solent, qui etiam mancipia dicti sunt, eò quòd ab hostibus manu^t capiuntur.

¶ *Quibus modis serui constituuntur.*

4 Serui autem aut nascuntur, aut fiunt, nascuntur^m ex ancillisⁿ † nostris, fiunt aut Iure gentium, id est, ex captiuitate; aut Iure ci-

seruus est iuris ciu. §. pe. infra h. t. ⁱ Id est, belli duces. Theoph. τῶν πολέμων ἡγεμόνας vocat, πῶ αυτοκράτορας. ^k Sub corona Gell. lib. 7. cap. 4. *Plautus in Pers. l. Pupillus 239. §. 1. De Verb. sign. Hælic. lib. 4.* ^l Varro De ling. Lat. Macrob. Satur. l. 3. cap. 7. ^m Prudentes, Vernas vocant. l. Titia. 36. De legat. 1. Vide Festũ lib. 19. & Nonium. ⁿ † Nam partus ventrem sequitur. l. 7. C. de rei vindic.

^a Caius l. Inst. cap. 3.

^b † Id est prima & breuissima.

^c Hæc diuif. ex Cato l. 3. de sta. hom.

^d Hæc definit. ex Flor.

l. 4. illo tit. & l. 4. De Inst. & iur.

^e † His verbis excludit libertatem naturalem, que est in seruis.

^f Herm. lib. 1. tit. 18.

^g † Seruis etiam timor domini obstat, quò minus agant quod volũt. Theoph.

^h † Seruitus in genere in troducta est iure gentiũ, etsi quedam

^a S. C. Claudio uili^a, cum liber homo maior viginti annis ad pretium participandum^b sese venundari passus est.^c

D. Quibus ad lib. procl. non li.
^b Cuiac. ad pretiū partiendū. Ergo sola pretij partitio seruorum facit.

¶ De liberorum & seruorum diuisione.

⁵ In seruorum^d conditione^e ¶ nulla est differentia: in liberis autem multæ. aut enim sunt ingenui, aut libertini.

DE INGENVIS.

TITVLVS IIII.

¶ De ingenui definitione.

INGENVVS est is,^f qui statim, vt natus est, liber est: siue ex duob. ingenuis matrimonio editus est, siue ex libertinis duob., siue ex altero libertino, & altero ingenuo. Sed & si quis ex matre nascitur libera, patre verò seruo, ingenuus nihilominus nascitur: quem admodum qui ex matre libera, & incerto patre natus est: quoniam^g ¶ vulgò conceptus est. Sufficit^h autem liberam fuisse matrem eo tempore quo nascitur, licet ancilla conceperit. Et è contrario si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat: placuitⁱ eum qui nati

apud Accur. hic repetes, & l. 4. De remilit. Vlp. in frag. titul. 9. Cod. Quib. ad lib. procl. leg. 6. §. Irritum. De iniust. rupt. Nihil inter est & trum quis natus an factus sit seruus: at & e rō multū refert & trum quis natus, an factus sit liber. ° Id est, omnes sunt æque serui, etsi alius alij præstat, iuxta vetus illud verbum, δούλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότης. I. Polit. 4. § Hic totus tit. ex Mart. petitus est, l. 5. De stat. hom. Vlp. in frag. titul. 5. Caius 1. Instit. titul. 3. Paul. lib. 2. Sent. cap. 25. ¶ Quidam legit, id est, qui vulgò. sed à recepta lectione non est recedendum, & his verbis asseratur ratio, cur pater dicatur incertus. ¶ Facit l. emancipatū. §. Si quis conceptus. De Senato. ¶ Placuit Adriano, & D. Pio. l. Imp. 2. D. de stat. hom. l. Si ante. C. de pænis.

scitur,

scitur, liberum nasci: quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre est. Ex his illud quæsitum est, si ancilla prægnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta peperit, liberum an seruum pariat? Et Martianus probat liberum nasci. sufficit enim ei qui in utero est, liberam matrem vel medio tempore habuisse, ut liber nascatur. quod & verum est.

¶ De seruitute & manumissione facti.

I Quum autem ingenuus aliquis natus sit, non officit^a ei in seruitute^b fuisse, & postea manumissum esse: sæpissimè enim constitutum est, natalibus^c non officere^d manumissionem^e †.

DE LIBERTINIS.

TITVLVS V.

¶ Definitio & origo libertinorum, & manumissionis.

LIBERTINI sunt^f qui ex iustas † seruitute manumissi sunt. Manumissio autè est^h de manu datio. nam quandiu aliquis in seruitute est, manui & potestati suppositus est: & manumissus liberatur à dominiⁱ potestate.

ex iusta seruitute, inf. titul. prox. p. Libertinus quid à libero differat. Vlp. l. Slt. Si lib. ing. esse dicatur. Val. lib. 4. cap. 1. Vlp. Instit. titul. 1. † Addit Theoph. & legitima: sed perperam meo iudicio. h Leg. Manumissio autem est de manu missio, id est, datio libertatis. Cetera etiam authoribus libris Vet. ita scribenda sunt, ut in P. Flor. scripta est l. manumissiones. D. de Iust. & Iur. Abundat, à domini.

^a l. 2. C. De ing. manu. l. 21. De capt. ^b Seruū esse, & in seruitute diuersa sunt: uno proprietas, altero possessio significatur. Cuiac. ^c Ingenuitatis: Inde Paulus lib. 5. Sent. Veritatis, inquit, & origini ingenuitatis manumissio quocūq; modo facta, non præiudicat. Cuiac. ^d Nō inure re notam libertina conditionis, Paulus lib. 5. Sent. ^e † Nisi sit manumissio

¹² *Ex Mart. l.*

5. De stat. hom. Quæ^a res à iure gentium originem sumpfit: utpote quum iure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, cum seruitus esset incognita. sed postquam^b iure

Ex Vlp. l. 4. De Inst. & Jur.

^c *† al. naturalinomine.* gentium seruitus ingenuitatem inuasit, sequitur est beneficium manumissionis: & cum vno communi^c *†* nomine omnes *Hominines* appellarentur, iure gentium tria hominum genera esse cœperunt: liberi,^d *†* & his contrarium, *serui*, & tertium genus, *libertini*, qui desierant esse serui.

At qui Aristot. in libello p^o d^o è quibus veteras ostendit nulla esse nomina naturalia.

Sed nomen dici potest naturale, quod imponitur ab hominibus inspecto iure naturali.

^a *† Id est, ingenui. nam libertini nominis liberi sunt.*

^c *l. 1. & 2. C. De his qui in sac. Ecc. manu. Histor. tribert. lib. 1. cap. 9.*

§ l. 1. Cod. de Lat. libert. s. l.

^e *Cornel. Tac. l. 13. Politia. Miscell. Cent. 98. Sigo. l. 1. de antiquo iure ciuili Ro. c. 6.* ^b *† l. 5. n. §. sed § si quis. C. de Lat. libert. toll.* ^d *l. 4. C. de Prapo. sac. cubic. l. Nemins. C. de Episc. audiend.* ^k *Theoph. cum iter facit, πειρίοντος.* ^k *Vlp. in frag. tit. 1. § 3.*

¶ Quibus modis manumittitur.

1 Multis autem modis manumissio procedit: aut enim ex sacris constitutionibus in sacrosanctis Ecclesiis^e, aut vindicta^f, aut inter amicos^g *†* aut per epistolam, aut per testamentum, aut per aliam quamlibet vltimam voluntatem. Sed & aliis multis modis libertas seruo competere potest, qui tam ex veteribus, quam ex nostris constitutionibus^h introducti sunt.

¶ Vbi & quando manumitti potest.

2 Serui verò à dominis semper manumittuntur: aded vt vel in transituⁱ manumittantur: veluti cum Prætor, aut Præses, aut Proconsul in balneum, vel in theatrum eant.

¶ De libertinorum diuisione sublata.

3 Libertinorum^k autem status tripertitus

antea fuerat . nam qui manumittebantur, modò maiorem & iustam^a libertatem con-
 fequebantur, & fiebant ciues Romani: mo-
 dò minorem, & Latini, ex lege Iunia^b † Nor-
 bana fiebant: modò inferiorem, & fiebant
 ex lege Ælia Sentia^c † dedititij^d. Sed quoniam
 dedititorum quidem pessima conditio iam
 ex multis temporib. in desuetudinem abie-
 rat: Latinorum verò nomen non frequenta-
 batur: ideoque nostra pietas omnia augere,
 & in meliorem statum reducere desiderans,
 duabus constitutionibus^e hoc emendauit, &
 in pristinum statum reduxit: quia & à primis
 vrbs Romæ cunabulis vna atq; simplex^f li-
 bertas competeat, id est, eadem quam ha-
 bebat manumissor: nisi quòd, scilicet, liberti-
 nus^g † sit,^h qui manumittitur, licet manumif-
 sor ingenuus sit. Et dedititiosⁱ quidem per
 constitutionem nostram expulimus, quam
 promulgauimus inter nostras decisiones:
 per quas, suggerente nobis Triboniano viro
 excelso Quæstore^k nostro, antiqui Iuris al-
 tercationes placauimus. Latinos^l autem Iu-
 nianos, & omnem quæ circa eos fuerat ob-

^a Censu, Vin-
 dicta, Testa-
 mento. Cai-
 us 1. Instit.
 titul. 1.

^b † Tulero.
 M. Iunius Si-
 lanus, L.
 Norbanus
 Balbus Coss.
 imperante
 Tiberio.

^c † Tulero
 Sex. Ælius,
 C. Sentius
 Coss. impe-
 rante Augu-
 sto.

^d Alc. lib. 1.
 nap. c. 16.

Quia se de-
 didiſſet, ita
 vocati, The-
 ophil. & id.
 Liu. libr. 8.
 Cuiac. con-
 tendit hic le-
 gendum esse
 dedititorū

numero, ex his quæ scripsit ad fragm. Vlpiani. ^e l. 1. C. De dedit.
 lib. toll. l. 1. C. De Lat. l. toll. ^f Cic. pro Balbo. Haricar. l. 4. ^g † Iu-
 renouissimo est ingenuus, saluo tamen iure patronatus. non. 78.
^h Quidam, sit, habent. ⁱ De his Vlp. in frag. tit. De libert. & Po-
 lit. Miscell. 1. Cent. Caius lib. 1. tit. 1. ^k Sic dicitur in l. Maximum.
 Deliber. prat. ^l Eos colonarios vocat Vlp. in fragm. tit. 19. Vid.
 ex Athen. lib. 6. & varia manumissorum seu libertorum genera a-
 pud Lacedæm. quosdam à φέτας, quosdam à δεσπότης, alios ἐπου-
 ρήτας, alios νεοδαμώδεις: postremo δεσποσιονάτας.

^a Teoph. ha-
bet, dominiij
Anton. Au-
gust. Eméd.
lib. 3. cap. 7.
l. Vnsc. C. De
nud. iudic.
Quir. toll.
Vid. Vlpian.
in frag. tit. I.
^b † id est, nō
inspecto, v-
trum iure
gentium, an
iure Quiri-
tum domi-
nus esset.

seruantiam, alia constitutione per eiusdem
Quæstoris ^{Trayan} suggestionem correximus, quæ
inter Imperiales radiat sanctiones. Et omnes
libertos (nullo nec ætatis manumissi, nec do-
mini^a manumittentis ^b †, nec in manumif-
sionis modo discrimine habito, sicut iam an-
tea obseruabatur) ciuitate Romana decora-
uimus: multis modis additis, per quos possit
libertas seruis cum ciuitate Romana, quæ so-
la est in præsentī, præstari.

QVI, ET EX QVIBVS
caussis manumittere non
possunt^c.

TITVLVS VI.

¶ Prius caput legis Ælia Sentia. §. Re-
gula de manumittente in frau-
dem creditorum.

^c Huc perti-
net tit. Qui,
& à quibus
manum. &
tit. Quæ in
fraud. cred.
ff.

NON tamen cuiunque volenti manu-
mittere licet. nam is, qui in fraudem
creditorum manumittit, nihil^d agit^e †: quia
lex Ælia^f Sentia^g † impedit libertatem.

¶ Exceptio dictæ regula. De seruo in-
stituto cum libertate.

I Licet autem^h domino, qui soluendo

uocatur. l. i. C. qui man. non poss. rescinditur. l. 5. §. si Titius. D. qui
& à quibus interpellatur. l. 7. eod. retrahitur. l. si quis. 24. eod. non
ab ipso manumisso, neque ab eius herede, sed à creditoribus,
quibus non est satisf. actum. l. 5. C. de ser. pigno. da. ma. ^f Conna.
lib. 1. cap. 5. Vlp. in frag. tit. I. ^g † Lata temporibus Augusti, Se-
nto Ælio, C. Sentio Coss. ^h Continus legit, licet tamen, & sit par-
ticula exceptionis, & apud Theoph. hic.

non est,

non est, in testamento seruum suum cum libertate heredem instituere, vt liber fiat, heresque ei solus, & necessarius: si modò ei nemo alius ^a† ex eo testamento heres extiterit: aut quia nemo heres scriptus sit, aut quia is, qui scriptus est, qualibet ex causa heres ei nò extiterit. Idque eadem lege Ælia Sentia prouisum est. & rectè. Valde enim prospiciendū erat, vt egentes homines, quibus alius heres extiturus non esset, vel seruum suum necessarium heredem haberent, qui satisfactorius esset creditoribus: aut hoc eo non faciente, creditores res hereditarias serui nomine vendant ^b, ne iniuria ^c defunctus adficiatur ^d.

^a† *Et substitutus seruo instituto praefertur, l. 57. de hered. instit.*

^b *Heredem nullo relicto, res hereditatis venduntur defuncti nomine l. 4. De rebus auct. Iud. poss.*

^c *Pro ignominia accipe, § l. 1. De minor.*

^d *Tullius pro Quint. Cuius bona ex edicto, § c. l. Curator. De cura. furio. C. l. 3. De inoff. test. in C. Theodos. l. 23. Quae in fraudem.*

^e *Id est, nulla habituali libertatis mentione, quae nominatim prohibita, nò est institutio.*

¶ *De seruo instituto sine libertate.*

2 Idemque; iuris est, etsi sine libertate ^e seruus heres institutus est. Quod nostra constitutio ^f† non solum in domino qui soluendo non est, sed generaliter constituit, noua humanitatis ratione: vt ex ipsa scriptura institutionis etiam libertas ei competere videatur: quum non sit verisimile, eum quem heredem sibi elegit, si praetermiserit libertatis dationem seruum remanere voluisse, & neminem sibi heredem fore.

¶ *Quid sit in fraudem creditorum manumittere.*

3 In fraudem ^g autem creditorum manu-

rationis locus. ^h† *l. pe. C. de necess. ser. her. instit.* ⁱ *Qui & à quibus.*

ⁱ *Ex Casio l. 10.*

^a *l. Aut pra-*
tor. §. l. Quae
in fraud.
cred.

^b † *Directa.*
in fideicom-
missaria tā-
tum exētus
inspicitur. l.
l. l. §. l. C.
qui man. nō
pos.

^c *Veluti qui*
trans mari-
nas negotia
tionēs, & in
alienis regi-
onibus exer-
cent. d. l. 10.
Qui & à
quibus.

^d *Idē in mi-*
norum favo-
rē, ne à ser-
uis circum-
uentis facul-
tates minu-
ant.

^e *Quidā ha-*
bent, quā-
si dicta.

^f *Cōsiliū ex-*
ercere quid
sit, Theoph.

hic, & Vlp. in frag. tit. l. Alcia. l. l. nap. c. 41. Anton. Aug. c. 2. l. l.
Emend. & Ex Modest. l. Matrimonij. Qui & à quibus, & Vlp. l.
Si collataneus. De manu. vind. ^h Procuratores vel ad agendū
constituuntur, vel ad administrandū: ad agendū, liberi & ma-
iores ann. 16. ad administrandum etiam serui & minores.

mittere videtur, qui vel iam eo tempore quo manumittit, soluendo non est: vel qui datis libertatibus, desiturus est soluendo esse. Præualuisse tamen videtur, nisi animum quoq; fraudandi^a manumissor habuerit, non impediri libertatem^b †, quamuis bona eius creditoribus non sufficiant: sæpe enim de facultatibus suis amplius, quàm in his est, sperant^c homines. Itaque tunc intelligimus impediri libertatem, cum utroque modo fraudantur creditores, id est, & consilio manumittentis, & ipsa re, eò quod eius bona non sunt suffectura creditoribus.

¶ *Alterum caput legis Ælia Sentia*
de minore viginti annis.

4 Eadem lege Ælia Sentia domino minori^d viginti annis non aliter manumittere permittitur, quàm si vindicta^e apud consiliuum^f, iusta causa manumissionis adprobata, fuerint manumissi.

Quæ sunt iustæ causæ manumittendi.

5 Iustæ autē manumissionis causæ hæ sunt: veluti si quis patrem, aut matrē, filium, filiamve, aut fratres, sororesve naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnū alumnāmvē, aut collataneum manumittat, aut seruum procuratoris^h ha-

bendi

bendi gratia, aut ancillam matrimonij habendi caussa^a: dum tamen intra sex menses & seruus, qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem & septem^b annis manumittatur.

De caussa semel probata.

6 Semel autem caussa ad probata, siue vera sit, siue falsa, non retractetur^c.

¶ *Abrogatio posterioris capituli legis Alia Sentia.*


7 Quum ergo certus modus manumittendi minoribus xx. annis dominis per legē Aliam Sentiam constitutus esset: eueniebat, vt qui xiiii. annos expleuerat, licet testamentum facere, & in eo sibi heredem instituere, legataque relinquere posset, tamen si adhuc minor esset x. annis, libertatem seruo dare non posset. Quod non erat ferendum. nam cui totorum^d suorum bonorum in testamento dispositio data erat: quare nō similiter ei, quemadmodum alias res, ita & de seruis suis in vltima voluntate disponere, quemadmodum voluerit, permittimus, vt & libertatem eis possit præstare? Sed quum libertas inæstimabilis res sit,^e & propter hoc ante xx. ætatis annum antiquitas libertatem seruo dare prohibebat: ideo nos median quodammodo viam eligentes, nō aliter minori xx. annis libertatem in testamento dare seruo suo concedimus, nisi xvii. annum impleuerit^f, & xviii. attigerit. Quum enim

^a *Exacto tamen prius in re iur. d. l. Si collat.*

^b *† al. decem & octo, & in l. 13. D. de man. vind. & in Basil. c. l. 4. & l. 9. De manu. vind. l. 1. 2. 3. C. Si aduers. lib.*

^d *Cui plus licet, minus licet. l. Cum in substitutione. De leg. 3.*

^e *l. Non est. §. Infinita. De regul. iur. §. Novell. 119. §. Sed & hoc. ann. 14. dari potest libertas.*



Nerva filius publicè de iurereſpon- dit. l. i. §. Po- ſtulare. De poſtul.

antiquitas huiusmodi ætati^a & pro aliis po- ſtulare conceſſerit: cur non etiam ſui iudicij ſtabilitas ita eos adiuuare credatur, vt ad li- bertatem dandam ſeruis ſuis poſſint perue- nire?

^b *Vet. l. Fuf- fia.*

^c *Caſ. i. Inſt.*

^d *Fl. Vopiſc.*

in Vita Ta-

citi, Seruos,

ait, omnes

Urbanos ma-

numiſit &

triusque ſe-

xus: in tra cē

tum tamen,

ne Caniniã

trãſire vide

retur. Vlp.

in frag. tit. i.

^e *† l. Vn. C.*

h. r.

^f *Familia hic*

ſignificatio-

ne & ruſta

turbam ſer-

uorũ ſigni-

ficat: à fa-

mulis enim

familia di-

citur. Mynſ.

ex Feſto.

Theoph. ha-

bet, πάντας τοὺς οἰκίας. Videl. 2. §. Familia. π. Vi bon. rapt. § l. i.

C. de ſacroſ. Eccleſ. ^b † Sed ratio l. Fuſia & videtur fuiſſe, quia

facilius in teſtamento manumittunt quàm inter ſeruos. ſac. l. 4.

f. D. ad Velleia.

D E L E G E F U S I A

^b *Caninia^c tollenda.*

T I T V L V S V I I.

** Ex hoc titulo regula ducitur, Quidquid conceditur inter viuos, multò magis concedendum eſſe in vltimis voluntatibus.*

L E G E ^{*} *Fuſia Caninia certus modus con-* ſtitutus^d erat in ſeruis teſtamento ma- numittendis: quam, quaſi libertates impe- dientem, & quodammodo inuidam, tollen- dam eſſe cenſuimus^e †: quum ſatis fuerat in- humanum, viuos quidem licentiam habere totam ſuam familiam ſ libertate donare, ni- ſi alia cauſſa impediatur libertatem: morienti- bus^g autẽ huiusmodi licentiam adimere^b †.

D E H I S, Q V I S V I
vel alieni iuris ſunt.

T I T V L V S V I I I.

¶ *Alter a diuiſio perſonarum.*

S E Q V I-

SEQUITUR de iure personarum ^a alia di-
 uisio ^b. Nam quædam personæ sui iuris sunt,
 quædam alieno iuri subiectæ. Rursus earum,
 quæ alieno iuri subiectæ sunt, aliæ sunt in po-
 testate parentum, aliæ in potestate domino-
 rum. Videamus itaque de his, quæ alieno iu-
 ri subiectæ sunt. nam si cognouerimus, quæ
 istæ personæ sunt: simul intelligemus, quæ
 sui iuris sunt. ac priùs inspiciamus de his, quæ
 in potestate ^c dominorum sunt.

^a Theoph habet, δευτέρα διαίρεσις.

^b Hac diuisio ex I. lib. Inst. Caij, § l. i. hoc titul.

^c Potestatem hic accipe

non quamlibet, sed summam

αὐγὰν, & definit Theop.

aliter enim plerumq; sumitur, & l.

potestatis, 215. De verb.

signif.

^d Genes. 16. 6.

Abrahâ ad

Sarâ inquit

Ancilla tua

in manu

tua est, & te

illa & l. lu-

bet, & c.

^e † al. esse.

^f Nam quâ

seruus possi-

deatur, ipse

aliquid possi-

dere non

potest.

^g Vide Seneca-

cam. lib. 3.

¶ De iure gentium in seruos.

1 In potestate itaque dominorum sunt
 serui. quæ quidem potestas, iuris gentiû est.
 nam apud omnes ^d peræquè gentes animad-
 uertere possumus, dominis in seruos vitæ ne-
 cisque potestatem fuisse ^e †: & quodcunque
 per seruum acquiritur ^f, id domino adquiri.

¶ De iure ciuium Ro. in seruos.

2 Sed hoc tempore nullis hominibus,
 qui sub imperio nostro sunt, licet sine causâ
 legibus cognita, in seruos suos supra modum
 sæuire. Nam ex ^g constitutione ^h † Diui An-
 tonini, qui sine causâ seruum suum occide-
 rit, non minùs puniri iubetur, quàm si alienû
 seruum occiderit. Sed & maior ⁱ asperitas do-
 minorum ^k, eiusdem Principis constitutione
 coercetur. nã Antoninus cōsultus à quibus-
 dam Præsilibus prouinciarum de his seruis

De benef. ^h † Non extat. ⁱ Hic. §. & seq. descripti sunt ex Vlp.
 l. 2. h. t. ^k Macrobius. lib. 1. Satur. cap. 7.

^a Vide Novell. constit. 17. Ita Iudæis ciuitates sex pro asylis constituta erant. Numer. 35. Dent. 19. & Iosue 20.

^b Asyla ser. uoru tit. C. nec cuiquam hominum ius suum detrahit. sed De his qui ad Eccl. conf. & De his qui ad stat. ^c + Modica castigatio seruus permittitur. l. Sn. C. de emen. derata sa- uis iaculpa- tur. l. si con- stante. 25. §. si mar. D. sol. mat. in- tolerabilis punitur, hic. ^d + Domino, ut accipiat iustum pretium: & seruo, ne pactū aliquod in fraudem rescripti à domino adijciatur venditioni. ^e In isto pretio, ut Vlp. l. 12. De relig. ^f Ne à Principe quidem. l. meminere, 6. C. & de vi. Wes. ^g Ut pudoris violati. Vid. l. fin. C. de spect. lib. II. ^h q. d. exitum aliquem inuenias tua cognitionis, ne sit inanis. Myns. ⁱ Est similis locus in l. 1. §. Si quis vltro. De question. ^k Id est, animaduersurum, s. pœna arbitraria: cuiusmodi semper subintelligitur, & ubi nulla est disertè à lege expressa: gl. in l. 3. C. de sacrosanct. Eccl. Wes. ^l Vide sigon. de iur. ant. civ. Rom. lib. 3. cap. 10.

qui ad ædem sacram^a, vel ad statuam Principum confugiunt^b, præcepit, vt si intolerabilis^c † videatur sæuitia dominorum, cogantur seruos suos bonis^d † conditionibus^e vendere, vt pretium dominis daretur. & rectè: expedit enim Reipublicæ, ne sua re quis malè vtatur. Cuius rescripti ad Ælium Martianum missi verba sunt hæc: *Dominorum quidem potestatem in seruos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahit. sed dominorum interest, ne auxilium contra sæuitiã, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur iis, qui iustè deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad sacram statuam confugerunt, & si vel durius habitos, quam æquum est, vel iniuria adfectos esse cognoueris: venire inube^b, ita vt in potestatem domini non reuerferu. immo tantur.ⁱ Quod si mea constitutioni fraudem fecerit, sciat me hoc ad missum aduersus se seuerius exequuturum^k.*

DE PATRIA POTESTATE.

TIT V-

TITVLVS IX.

¶ Summa tituli.

IN potestate nostra^a sunt liberi nostri^b,
quos ex iustis nuptiis procreauimus.

¶ Definitio nuptiarum.

1 Nuptiæ autem, siue matrimonium^c, est viri & mulieris coniunctio^d †, indiuiduam^e † vitæ consuetudinem^f continens.

¶ Qui habent in potestate.

2 Ius autem potestatis, quod in liberos habemus, proprium est & ciuium Romanorum: nulli enim alij sunt homines, qui talem^h † in liberosⁱ habeant potestatem, qualem nos habemus.

¶ Qui sunt in potestate.

3 Qui igitur ex te & vxore tua nascitur, in tua potestate est. Item qui ex filio tuo & vxore eius nascitur, id est, nepos tuus & neptis, & quæ in tua sunt potestate: & pronepos, & proneptis, & deinceps ceteri. Qui autem ex filia tua nascuntur, in potestate tua non sunt, sed in patris eorum,

et consuetudinem indiuiduam. quod Modest. expressit his verbis, consortium omnis vitæ, in l. i. D. de rit. nupt. & ibi addit huic definitioni diuini & humani iuris communicatio. ^f Hac est societatem domesticam, & communitatem, in quibus est forma huius coniunctionis. ^g Iam inde à Romulo moribus receptum. Vide Alciat. 2. Dissunct. cap. 12. & seq. Val. Max. lib. 5. cap. 8. de Cassio. Hodie D. Antonini constitutione in l. Qui in orbe. π. de sta. hom. omnes qui in orbe Rom. sunt, ciues Rom. esse dicuntur. ^h † Patria potestas simpliciter est iuris gentium. l. 7. D. de iust. & in. sed talis potestas est iuris ciuiliis. ⁱ Conna. not. lib. 2. cap. 13. Vide Hælic. lib. 2. facit Vlp. l. 8. de his qui sunt sui.

Quidā Cod. **D E N V P T I I S**
De iustis nu-
ptiis.
T I T V L V S X.

¶ Qui possunt nuptias contrahere.

I V S T A S autem nuptias inter ^b se ciues Ro-
mani ^c contrahunt, qui secundum præce-
pta legum coeunt, masculi quidem puberes,
feminae autem viri potentes: siue patres fa-
miliarum sint, siue filij familiarum. dum ta-
men si filij familiarum sint, consensum ^d ha-
beant parentum, quorum in potestate sunt:
nam hoc fieri debere, & ciuilis, & naturalis
ratio suadet ^e, in tantum, vt iustus ^f parentis
præcedere debeat. Vnde quæsitum est, an fu-
riose filia iubere, aut furiose filius uxorem du-
cere possit. Quumq; super filio variabatur ^g,
nostra processit decisio ^h †, qua permissum
est ad exemplum filia furiose, filium quoque
furiose posse & sine patris interuentu mati-
monium sibi copulare, secundum datum ex
nostra constitutione ⁱ modum ^k †.

quo videlicet comparatum id est, vt parentibus ^g patria paream-
mus. ^f iustus pro voluntas: vt in l. Si suspecta. §. Quoniam. π. De
iust. test. † Immo iustus est species voluntatis distincta ab aucto-
ritate, & rati habitio nec. iustus præcedit, auctoritas in ipso actu
interponitur, rati habitio sequitur. Quod autem ait debeat, signi-
ficat honestatem, non necessitatem. etenim rati habitio sufficit. l.
5. C. h. r. ^g Dubitabatur, in l. Si furiose. 25. C. eod. ^h † d. l. si fu-
riose. ⁱ l. Tam dementis. C. De Epis. aud. l. Si furiose. C. eod. Fru-
stra enim expectatur patris consensus, qui nullus est. l. Furiose. De
reg. iur. ^k † Auctoritate magistratus vel Episcopi, & curatoris
furiose, presentibus etiam nobilioribus ex genere furiose.

¶ Qua

¶ *Quæ uxores duci possunt, vel non. §.*
De cognatis: ac primum de paren-
tibus & liberis.

1 Ergo non omnes nobis uxores ducere licet: nam à quarundam nuptiis abstinendum est. inter eas enim personas, quæ parentum liberorumve locum inter se obtinent, contrahi nuptiæ non possunt: veluti inter patrem & filiam, vel avum & neptem, vel matrem & filium, vel aviam & nepotem: & usque in infinitum^b. Et si tales personæ inter se coierint, nefarias atq; incestas^c nuptias^d contraxisse dicuntur. Et hæc adeò vera sunt, vt quamvis per adoptionem^e parentum liberorumve loco sibi esse cœperint, non possint inter se matrimonio iungi, in tantum, vt etiam dissoluta adoptione, idem iuris maneat. Itaq; eam, quæ tibi per adoptionem filia, vel neptis esse cœperit, non poteris uxorem ducere, quamvis eam emancipaveris.

De fratribus & sororibus.

2 Inter eas quoq; personas, quæ ex transverso gradu cognationis iunguntur, est quædam similis observatio, sed non tanta &. Sanè enim inter fratrem sororemq;^b nuptiæ prohibita sunt: siue ab eodem patre eademque matre nati fuerint, siue ab altero eorumⁱ.

^a Vlp. in frag. titul. 5.

^b l. 55. Derit. nuptiarum.

^c Incestum Nonio pollentium est. ues os, cingulum pudoris quo ornabantur

spōsa. Quare Ancesto vocant Graeci turpe facinus: nostri flagitium in propinquos commissum incestum dicunt, Wes.

^d Vide l. Fratris. l. pen. & l. C. hoc titul.

^e l. 55. π. de rit. nupt.

^f Propter pudorem & Singulæ civile.

^g Non enim in infinitum porrigitur.

^h nec manet prohibitio,

adoptione per emancipationem dissoluta, vt in linea recta, Etiam vulgò quaesitam. l. 54. Derit. nupt. i Ver. siue alterutro eorum. puta consanguineis eodem patre, sed diuersis matribus procreatis: Solon ὁμοπατρεις: vel uterini, quos ὁμοπατρεις vocat, eadem matre, sed alio patre, usdemq; coniugium permittebat.

Ex Caiol. Sed si^a qua per adoptionem soror tibi esse
 17. *De rit.* cœperit: quædiu quidem constat adoptio,
nupt. sanè inter te & eam nuptiæ consistere non
 b † *Alioqui* possunt. quum verò per emâncipationem ad-
soluetur ma adoptio sit dissoluta, poteris eam uxorem ducere. Sed & si tu emancipatus fueris, nihil est
trimonium, impedimento nuptiis. Et ideo constat si quis
Theoph. hic, generum adoptare velit, debere eum antea
l. non solùm. filiam suam emancipare: & si quis velit nu-
 67. §. sed vi- rum adoptare, debere eum antea filiũ suum
deamus. D. emancipare^b †.
h. t.

l. 17. C. eod.
l. 12. de rit.
nupt.

d † *Fratris*
vel sororis.
nam hæc re-
gula solum
saliter intel-
lecta, falsu
esset.

c † *Nec pro-*
neptẽ. l. 39.
D. l. tit.

i † *Idem in*
nepte, ex re-
gula supra
scripta.

g *Consobri-*
num nuptia
lege primũ
sunt^h.

Nosarica per
missa, Gen.
cap. 29. §
Iure civiti,

hic: § l. 78.
§. Filiam ad

Tre. l. 19. C. eod. t.

¶ *De fratris vel sororis filia vel nepte.*

3 *Fratris verò, vel sororis^c filiam, uxorem*
 ducere non licet: sed nec neptem fratris, vel
 sororis quis ducere potest, quanvis quarto
 gradu sint. cuius^d † enim filiam uxorem du-
 cere non licet, neque eius neptem^e † permit-
 titur. Eius verò mulieris, quam pater tuus ad-
 optavit, filiam^f † non videris impediri vxor-
 em ducere: quia neque naturali, neque ci-
 uili iure tibi coniungitur.

¶ *De consobrinis.*

4 Duorum^g autem fratrum, vel sororum
 liberi, vel fratris & sororis, coniungi pos-
 sunt^h.

¶ *De amita, matertera, amita magna,*
matertera magna.

5 Item amitam, licèt adoptiuam, ducere
 uxorem nõ licet. item nec materteram: quia

h Theoph. habet negationem, & δὴ ἄντα ἰσχυ-

ἀνέσαι, † sed perperam.

parentum

parentum loco habentur. Qua ratione verum est, magnam quoque amitam^a, & materteram magnam prohiberi vxorem ducere.

¶ *De affinibus & primùm de priuigna vel nuru.*

6 Adfirmitatis quoque veneratione à quarundam nuptiis abstinere necesse est: vt ecce priuignam^b, aut nurum vxorem ducere non licet: quia vtræque filia loco sunt. Quod ita, scilicet, accipi debet, si fuit nurus, aut priuigna tua. Nam si adhuc nurus tua est, id est, si adhuc nupta est filio tuo: alia ratione vxorem eam ducere non poteris: quia eadem duobus nupta esse non potest. Item si adhuc priuigna tua est, id est, si mater eius tibi nupta est: ideo eam vxorem ducere non poteris, quia duas^c vxores eodem tempore habere non licet.

¶ *De focru, vel nouerca.*

7 Socrum quoque, & nouercam prohibitum est vxorem ducere: quia matris loco sunt. Quod & ipsum dissoluta demum affinitate^d procedit, alioquin si adhuc nouerca est, id est, si adhuc patri tuo nupta est: communi iure impeditur tibi nubere, quia eadē duobus nupta esse non potest. Item si adhuc focrus est, id est, si adhuc filia eius tibi nupta est: ideo impediuntur tibi nuptia, quia duas vxores habere non potes.

¶ *De compriuignis.*

^a Quia matris loco sūt, §. 9.

^b Sic dicta, quod sit genita antequā mater secundò nuberet. Fest.

^c l. 1. §. & l. 1. 13. §. 2. De his qui not. infra. Imò ne duas quidē sponsas: nec vxorē snā, & sponsam alteram. l. 5. C. de donat. ant. nupt.

De duabus vxoribus dū cēdis legem tulit Valentin. Histor. tripart. lib. 8. cap. 11.

^d Id est, dissolutus nuptiis quib. contrahitur affinitas. l. 54. De rit. nupt. l. Semper in. De reg. iur.

^a *Ex Papin.* 8 Mariti^a tamen^b filius ex alia vxore, &
^{l. 34. §. Inter.} vxoris filia ex alio marito, vel contrà, matri-
^{Derit. nupt.} monium rectè cōtrahunt: licèt habeant fra-
^{l. Titiaque.} trem, sororémve, ex matrimonio postea cō-
^{De Verb.} tracto, natos^c.
^{oblig.}

^b *Alias verò.*

^c *Nam affi-*

nitas sctra

personas in-

ctas non ex-

terditur.

Wes.

^d *Ex l. 12. §. 2.*

derit. nup.

^e *Nata spon-*

sam proprie

vxorem nō

esse, Bar. &

Dd. in l. 1. C.

Vnde Si.

^f *Ex Vlp. d. l.*

12. §. 1.

^g *Ex l. 14. §.*

1. ill. tit.

^h *Qua in i-*

psa seruitu-

te contracta

sunt, d. l. 14.

§. 1.

ⁱ *Repete ex*

tit. De rit.

nupt. & Ac-

cur. hic.

^k *Qua sine*

iusto matri-

monio esse

non potest. l.

3. de iur. dot.

¶ *De quasi priuigna, quasi nuru, & quasi nouerca.*

9 Si vxor^d tua post diuortium ex alio fi-
liam procreauerit, hæc non est quidem pri-
uignatua: sed Iulianus ab huiusmodi nuptiis
abstinere debere ait. Nam constat nec spon-
sam filij, nurum^e esse, nec patris sponsam^f,
nouercam esse: rectius tamen, & iure factu-
ros eos, qui ab huiusmodi nuptiis abstinue-
runt.

¶ *De seruilicognitione.*

10 Illud certum est^g, seruiles^h quoq; co-
gnationes impedimento nuptiis esse: si for-
tè pater & filia, aut frater & soror manumif-
si fuerint.

¶ *De reliquis prohibitionibus.*

11 Sunt & alia personæⁱ, quæ propter di-
uerfas rationes, nuptias contrahere prohi-
bentur, quas in libris Digestorum seu Pandec-
tarum ex iure vetere collectarum enume-
rari permisimus.

¶ *De pœnis iniustarum nuptiarum.*

12 Si aduersus ea, quæ diximus, aliqui co-
ierint: nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec ma-
trimonium, nec dos^k intelligitur. Itaque ij,
qui ex eo coitu nascuntur, in potestate patris
non sunt: sed tales sunt (quantū ad patriam
potesta-

potestatem pertinet) quales sunt ij, quos mater vulgò concepit. nam nec hi patrem habere intelliguntur^a, quum & iis pater incertus^b sit. vnde solètur *Spurij* appellari *πατρὸς τῶν αἰμάτων* *ἐστὶν*,^c & *ἀπατρῆς* quasi sine patre filij. Sequitur ergo, vt dissoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis^d exactio^e † locus sit. Qui autem prohibitas nuptias contrahunt, & alias pœnas patiuntur, quæ sacris constitutionibus^f continentur.

¶ De legitimatione.

13 Aliquando autem euenit, vt liberi, qui statim, vt nati sunt, in potestate parentum non sunt, postea redigantur in potestatem patris. qualis est is, qui dum naturalis fuerat, postea curiæ & datus, potestati patris subiicitur. nec non is, qui à muliere libera^h procreatus, cuius matrimoniumⁱ minimè legibus interdictum fuerat, sed ad quam pater consuetudinem habuerat, postea ex nostra constitutione dotalibus^k instrumentis^l † compositis, in potestate patris efficitur. Quod & aliis liberis, qui ex eodem matrimonio postea fuerint procreati, similiter nostra constitutio^m præbuit.

Nouell. constit. 12. ^g *Hic modus faciendi legitimi manat ex constitutione Theodosii in l. 3. C. de nat. lib. & Leonis in l. 4. eod. in qua & exemplum Philocali ponitur, à patre oblato curiæ Bostre ciuitatis, &c.* ^h *Libera, id est, ingenua. l. Diu. l. Cum quis. C. de natur. lib. Idem tamen est, si ex libertina, & ancilla, ex Nou. 18. §. Vlt. & Nou. 89.* ⁱ *Vid. Alc. lib. 3. Parad. cap. 16.* ^k *l. 10. C. De nat. lib. Iust. in. habet, nuptialibus.* ^l † *Speciale est in huiusmodi nuptiis, vt dotalia seu nuptialia instrumenta requirantur.* ^m *l. super. II. C. de nat. lib.*

^a *Nec patrè certò possunt demonstrare, ex Mod. l. 23. De stat. hō.*

^b *Cuiac. ita legit. quū is etiā incertus est. Vide Dio gen. in Apoph. in scortū.*

^c *Plutarch. in Probl.*

Theoph.

αρεγὸς δὲ ἄλλο, id est sparsim, vulgò, promiscuè.

^d *Hæc Verba nō agnoscit Theoph.*

^e † *Sed & indicatur totum fisco. l. 4*

C. de inc. nupt.

^f *Tot. tit. C. De incest.*

nupt. leg. 38.

Ad leg. Iul. De adult.

DE ADOPTIONIBVS.

TITVLVS XI.

¶ Continuatio.

^a Caius 1. In-
stit. c. 5. Vlp.
in frag. tit. 8.

^b Duobus ca-
sib. adoptio

filios facit, si
femina ad-
optauerit

iussum Principis: si extra-

neus à patre

filium in ado-
ptione acce-

perit: cate-
ris filios fa-

miliæ. Cu-
iac.

^c Ex Caiol. 2.
ff. eod.

^d l. 2. C. eod.

^e † Hæc, dum
Roma libe-

ra fuit, coram
populo fe-

bat comitiis
curiatis.

^f Gell. libro
5. cap. 19.

^g Extrat in l.
pen. C. eod.

^h † & legiti-
mo.

ⁱ † Extraneum
hic vocat eum
qui est extra

lineam pa-
rentum. ^k

agitur. ^l Adoptiuo scilicet filio, in bonis patris adoptiui intestato

NON solùm autem naturales ^b liberi, se-
cundum ea quæ diximus, in potestate
nostra sunt, verùm etiam ij, quos adopta-
mus.

¶ Diuisio adoptionis.

I Adoptio ^c autem duobus modis fit: aut
principaliter ^d rescripto ^e †, aut imperio magi-
stratus. Imperatoris autoritate adoptare
quis potest eos, eaque, qui, quæve sui iuris sũt.
quæ species adoptionis dicitur Adrogatio.
Imperio magistratus adoptamus eos, eaque,
qui, quæve in potestate parentum sunt: siue
primum gradum liberorum obtineant, qua-
lis est filius, filia: siue inferiorem, qualis est
nepos, neptis, pronepos, proneptis.

¶ Qui possunt adoptare filium fami-
liæ vel non.

2 Sed hodie ex nostra constitutione,
cùm filius familias à patre naturali ^b † extra-
neus ⁱ † personæ in adoptionem datur, iura
patris naturalis minimè dissoluantur: nec
quicquam ^k ad patrem adoptiuum transit,
nec in potestate eius est: licet ab intestato iura
successionis ei ^l à nobis tributa sint. Si verò

^k iuris scilicet & potestatis patria, de qua hoc loco
agitur. ^l Adoptiuo scilicet filio, in bonis patris adoptiui intestato

mortui: d. l. pen. §. sed ne. & §. sed ea omnia j. de her. qua ab intest.

pater

pater naturalis non extraneo, sed auo filij sui materno, vel, si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, etiam auo^a vel proauo simili modo paterno vel materno filium suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia concurrunt in vnam personam & naturalia, & adoptionis iura^b †, manet stabile ius patris adoptiui & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo constitutum^c, vt & in familia^d, & in potestate huiusmodi patris adoptiui fit.

¶ De adrogatione impuberis.

3 Quum autem impubes per principale rescriptum adrogatur, causa^e cognita adrogatio fieri permittitur: & exquiritur causa adrogationis, an honesta sit expediatque pupillo. & cum quibusdam conditionibus adrogatio fit: iam est, vt caueat[†] adrogator personæ publicæ^b, si intra pūbertatem pupillus decesserit, restitutum se bona illis, qui, si adoptio facta non esset, ad successionem eius venturi essent.

Item non aliter emancipare eum potest adrogator, nisi causa cognita, dignus emancipatione fuerit: & tunc sua bona ei reddat. Sed & si decedens pater eum exheredauerit,

^a Etiam auo paterno, legendum est, restibus lib. scriptis.

^b † Patria sci licet.

^c Legendum Nodo constitutum.

^d Cic. pro domo sua c. li.

2. De legib.

Dion. lib. 40

§ 46.

^e Causas, ob quas nō potest adrogari. Vid. l. 15.

§ seq. hic.

^f Ex constitutione Antonini Pij, auctore Vlp. in frag. tit. 9.

G. l. lib. 5. c.

19. Paul. l.

§ l. Si quid

in fraud. patr. Pl. Epist.

8. epist. 18.

[†] Id est, satisfactio. l. nec ei. f. § seq. D. h. t. l. 2. C. eod. ^h Restitutum in lib. scriptis personæ publicæ, hoc est, tabulatio, vt in l. Orphanotrophos. C. De Epis. & Cleri. ne subaudiatur Magistratus. §. pen. infra de Attit. tut. ⁱ Id est, ipsius adrogati. sua, abusiue accipiuntur, vt alibi saepe. l. 2. Qui satisfactio. cog. l. Ant. §. §. l. De legat. 2. §. l. 17. Ad Trebell.

^a† Non vniuersorū bonorū, sed legitima portionis, secundum glo. & doct. vel viuus sine iusta causa emancipauerit, iudicetur quartam partem ^a† ei bonorum suorum relinquere ^b†, videlicet præter bona, quæ ad patrem adoptiuum transtulit, & quorum commodum ei postea adquisiuit.

^b† Hoc Verbum est nota vltima voluntatis. l. i. f. D. de tabul. exhib. c. l. 15. §. vlt. cum. l. seq. ff. eod.

¶ De etate adoptantis & adoptati.

4 Minorem natu, maiorem non posse adoptare placet. adoptio enim ^d naturam ^e† imitatur: & pro monstro est, vt maior sit filius, quàm pater. Debet itaque is qui sibi filium per adoptionem, vel adrogationem facit, plena pubertate ^f†, id est, decem & octo annis præcedere.

^d Adoptionē naturæ imaginē vocat Papin. l. 23. De lib. & posth. her. in fit. §. l. 43. hic & id. Sueton. in Tiber. cap. 2. Cic. pro domo sua.

¶ De adoptione in locum nepotis, vel neptis, vel deinceps.

5 Licet & autem & in locum nepotis, vel neptis, pronepotis, vel proneptis, vel deinceps, adoptare, quamuis filium quis non habeat.

^e† Inspicitur autem naturalis potestas, nõ a. c. §. prox. j. f. Pubertas

¶ De adoptione filij alieni in locum nepotis, vel nepotis in locum filij.

6 Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare potest, quàm ^b† nepotem in locum filij.

^f† Pubertas est duodecimo vel quarto decimo anno cōpleto. j. Quib. modis tut. fi. p. plen. pubertas, cū quis decimū septimū annū compleuit, & decimum octauum attingit. l. 40. D. h. t. Quod verò dicitur in l. Mel. 14. de alim. leg. speciale est. § Ex Paul. leg. 27. § 43. hic.

¶ De adoptione in locum nepotis, & de nepote in adoptionem dando.

7 Sed si quis nepotis loco adoptet vel qua-

si ex

^b† Disiunctim, non coniunctim, ne aduersetur natura.

si ex filio, quem habet iam adoptatum, vel quasi ex illo, quem naturalem in sua potestate habet: eo casu & filius consentire debet^a, ne ei invito suus heres^b adgnascatur. Sed ex contrario, si auus ex filio nepotem det in adoptionem, nō est necesse filium consentire.

¶ *Qui dari possunt in adoptionem.*

8 In plurimis autem causis^c adsimilatur is qui adoptatus, vel adrogatus est, ei, qui ex legitimo matrimonio natus est, & ideo si quis per Imperatorem, vel apud Prætorem, vel Præsidentem provinciae non extraneum^d adoptauerit: potest eundem in adoptionem alij dare^e.

¶ *Si is, qui generare non potest, adoptet.*

9 Sed^f & illud utriusq; adoptionis commune est, quod & ij, qui generare non possunt, quales sunt spadones^g, adoptare possunt: castrati^h autem non possunt.

¶ *Si femina adoptet.*

10 Feminae quoque adoptare non possunt, quia nec naturales liberos in sua potestate habent, sed ex indulgentia Principis ad solatium liberorumⁱ amissorum adoptare possunt.

¶ *De liberis arrogati.*

11 Illud proprium est adoptionis illius, quae per sacrum oraculum^k fit, quod is, qui liberos in potestate habet, si se adrogandū derit, non solum ipse potestati adrogatoris

^a Ex Paul. l.

6. & 11. hic.

^b Suius heres

quis dica-

tur, Hotom.

in commēt.

Verb. Iur.

^c Fac. §. Ado-

ptius. De

exhered. lib.

^d Hoc addit

ob l. penult.

C. eod.

^e Velut pa-

ter natura-

lis filiū ad-

optandū da-

re potest. W.

^f Ex Casio. l.

2. hic. De ca-

stratis, spa-

donib. thli-

biis, Anton.

Aug. Emēd.

lib. 3. cap. 5.

Alc. in leg.

Spadonum.

De Verb.

signif.

^g In quibus

vitium est

sanabile.

^h Quia nulla

spe parentes

esse possunt.

ⁱ Triū vide-

licet. l. 5. C. eod. Ius enim trium liberorum multis praerogatius fuit honoratum. ^k Cuius habet per Principem, d. l. 2.

^a *Al. Veni-* subiicitur, sed etiam liberi eius in eiusdem
unt. *funt* ^a potestate, tanquam nepotes. Sic ete-
^b *Suet. in* niam diuus Augustus non ^b antè Tiberium ad-
Aug. cap. 19. optauit, quàm is Germanicum ^c adoptasset:
^c *Drusifra-* vt protinus adoptione facta inciperet Ger-
tris filiam. manicus Augusti nepos esse.
Idem in Au-

gusto. c. 15.

^d *Meminit*
Pompon. l. 2.

§. Post hos.

De orig. iur.

Greg. Cato.

l. 4. §. Cato.

De Ser. obl.

Gell. lib. 13.

cap. 18.

^e *Gell. lib. 5.*

cap. 19.

^f *l. vni §. Si-*

miliaq; mo-

do. C. de Lat.

lib. col.

^g *Apud acta:*

testato co-

ram magi-

stratu, vide

hic Wes.

^h *Id est, ad-*

optio, vel

nominatio.

ⁱ *Quidã vo-*

lunt verbis

patriæ expū

gendū, quia

hic non solū

de patria, sed herili potestate loquatur. Exempla tamē, qua post-

ea subiecta sunt, ad dissolutionem patriæ pot. congruunt. ^k *Ca-*

ius 1. Inst. tit. 6. Vlp. tit. 10. fragm.

¶ *De seruo adoptato, vel filio no-*
minato à domino.

12 Apud Catonem ^d bene scriptum refert
antiquitas, seruos, si à domino adoptati sint,
ex hoc ipso posse liberari ^e. Vnde & nos eru-
diti in nostra constitutione ^f etiam eum ser-
uum, quem dominus actis interuenientibus
& filium suum nominauerit, liberum esse cō-
stituiimus: licet hoc ^b † ad ius filij accipiendū
ei non sufficiat.

Q V I B V S M O D I S I V S
patriæ ⁱ potestatis soluitur ^k.

T I T V L V S X I I.

¶ *Scopus & nexus.* ¶ *De morte.*

V I D E A M V S nunc, quibus modis ij quia-
lieno iuri sunt subiecti, eo iure liberen-
tur. Et quidem quemadmodum liberentur
serui à potestate dominorum, ex iis intelli-
gere possumus, quæ de seruis manumittēdis
superiùs exposuimus. Hi verò, qui in pote-
state parentis sunt, mortuo eo, sui iuris fi-
unt ^o.

1. Inst. tit. 6. Vlp. tit. 10. fragm.

unt ^o.

unt. Sed hoc distinctionē recipit. nā mortuo
patre, sanè omnimodò filij, filia ve sui iuris
efficiuntur. mortuo verò auo, nō omnimo-
 dō nepotes, neptē ve sui iuris fiunt: sed ita, si
 post mortem aui in potestate patris sui ^d re-
 casuri ^e non sunt. Itaq; si moriente auo pater
 eorum viuit, & in potestate patris sui est ^f †:
 tunc post obitum aui in potestate patris sui
 fiunt. Si verò is, quo tēpore auus moritur, aut
 iam mortuus est, aut per emancipationem
 exiit de potestate patris: tunc ij, qui in pote-
 state eius cadere nō possunt, sui iuris ^g fiunt.

^a l. 15. *Quan-*
do dies leg.
vel fid. ced.
potestas e-
nim patriæ
personalis.
est, quia ex
generatione
existit: eoq;
ad heredem
non transit.
Wesf.

^b *In cuius po-*
testate erāt
filij.

^c *Al. Omni-*
no.

^d *Vlp in frag.*
titul. 10.

^e *l. 4. §. 6.*

De his qui
sunt sui vel
al. iur.

^f † *Adde, &*
semper fuit.

leg. 41. D. de
adopt.

et si pater fi-

¶ *De deportatione.*

1 Cūm autem is, qui ob aliquod malefi-
 cium in insulam deportatur ^b †, ciuitatem ⁱ
 amittit: sequitur, vt qui eo modo ex nume-
 ro ciuium Romanorum tollitur, perinde
 quasi eo mortuo, desinant liberi in potesta-
te eius esse. Pariratione & si is, qui in potesta-
te parentis sit, in insulam deportatus fuerit,
 desinit esse in potestate parentis. Sed si ex
 indulgentia Principis restituti ^k fuerint per

lium. 41. π. De adopt. h † Hac quasi mors dicitur. l. verum §. so-
cietas. D. profoc. i Vlp. deportati dicuntur ἀπόλιδες, l. 1. §. Hi, quib.
De leg. 3. Antonino, peregr. in. l. 1. C. de her. inst. k Theoph. habet
ciuitati redditi, ἀναλάβη τῶν πολιτείαν. Cuiac. not. Aut specialis est
restitutio, aut generalis. hac stricte accipienda est, vt pæne tan-
tum gratiam faciat, & reditum in patriam restituat. l. Tutor. l.
Si ademptis. l. Generalis. C. de sen. en. pass. l. 4. C. de bon. proficr. Illa
si concepta sit in infinitum, nempe hoc modo, Restituo te in in-
tegrum, plenissima & latissima est. l. 1. l. ult. §. ult. C. de sen. pass.
l. 1. D. ead. & ideo patriam potestatem cateraque omnia resti-
tuit, secus est si finita sit, vt in specie l. 2. & l. in insulam. C. eod.
 & l. 2. D. eod.

omnia, pristinum statum^a recipiunt.

¶ De relegatione.

2 Relegati autem patres in insulam, in potestate liberos retinent. Et ex contrario, liberi relegati, in potestate parentum remanent.

¶ De seruitute pœne.

3 Pœna^b seruus effectus, filios in potestate habere desinit. Serui autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum^c damnantur, & qui bestiis subiiciuntur.

¶ De dignitate.

4 Filius familias si militauerit, vel si Senator, vel Consul^d factus fuerit, remanet in potestate patris. militia enim, vel consularis dignitas, de patris potestate filium non liberat. Sed ex Constitutione nostra summa^e Patricius dignitas illico imperialibus codicillis præstitis, filium à patria potestate liberat. quis enim patiat, patrem quidem posse per emancipationis modum, potestatis suæ nexibus filium liberare: imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem^h elegit, ab aliena eximere potestate?

A. Cont. ^f Sunt diplomata collatum à Principe beneficium continentia. l. 4. De excus. tut. Nouell. 81. Sueton. in Claud. cap. 29. ^g Cuiac. notat. omnes Vet. Cod. habere relaxare. ^h Non loquitur hic de patriciatu illo Rom. quem sibi olim à primis Senatoribus orundi ascribebant: sed de illo, qui sub Augustis præcipuo ordini fuit attributus. l. 3. C. de Consul. lib. 10. in quem electi, veluti parentes censebantur principes. l. 1. §. C. de Consul. Hic. §. iure nouiss. correctus est à Iustin. in Auth. constit. qua dignit. & §. l. constit. lib. 10. C. Wesf. & Mynf.

¶ De capti-

¶ De captiuitate & postliminio.

+ postlim.

¶ Si ab hostib. captus fuerit parens, quan-
uis seruus hostium fiat, tamen pender ius li-
berorum, propter ius postliminij: quia hi, qui
ab hostibus capti sunt, si reuersi fuerint, o-
mnia pristina iura^a recipiunt: idcirco re-
uersus etiam liberos habebit in potestate:
quia postliminium fingit eum, qui captus est
in ciuitate semper fuisse. Si uerò ibi decesse-
rit, exinde ex quo captus est pater, filius sui
iuris fuisse uidetur. Ipse quoque filius, nepos
si ab hostibus captus fuerit: similiter dici-
mus propter ius postliminij, ius quoque po-
testatis parentis in suspenso esse. Dictum est
autem postliminium^b à limine & post. Vnde
eum, qui ab hostibus captus est, & in fines
nostros postea peruenit, postliminio reuer-
sus rectè dicimus. Nam limina, sicut in do-
mo finem quendam faciunt: sic & imperij fi-
nem esse limen, veteres uoluerunt. Hinc &
limen^c dictum est, quasi finis quidam &
terminus. ab eo postliminium dictum est,
quia ad idem limen reuerterebatur, quò da-
miserat. Sed &^d qui captus uictis hostibus
recuperatur, postliminio rediisse existima-
tur.

^a † Non est,
qua sunt fa-
cti. l. deniq;
& l. seq. D.
ex quibus
cau. ma. l. cū
heredes. 23.
§. 1. de acq.
poss. leg. si is
qui. 15. pro
empt.

^b Cic. in To-
pic. Varias
referthuius
Serbi etymo-
logias.

^c Vide Cic. in
Topic. Alij
legunt, li-
mes dictus
est. Siculus
Flaccus, De
cōd. agr. Hy-
ginus de li-
mitibus.

^d Ex Flor. l.
26. De capt.

¶ De emancipatione: & primùm de
modis emancipandi, & effecti-
bus emancipationis.

6 Præterea emancipatione quoque de-
finiunt liberi in potestate parentum esse. sed

Legis 12. tab. quæ quidem, & Halyarn. scribit, ἐστὶν ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν λεγομένων δώδεκα δελτῶν ἄς ἐνέθεσαν ἐν ἀγορᾷ. est ergo alia emancipatio legitima, alia Anastasiana, quæ fit ex Imperatoris rescripto, alia Justiniana.

De emancipationis & teriritu, Caius. 1. Instit. tit. 6. Paul. l. 3. §. 1. De cap. dimin. Nonell. 81. Boet. in Top. l. pen. Et Slt. De emancipat. libero. d. l. 3. De cap. minut.

Magistra-

tus populi Romani.

emancipatio antea quidē vel per antiquam ^a legis obseruationem procedebat, quæ per imaginarias ^b venditiones, & intercedentes manumissiones celebrabatur: vel ex imperiali rescripto. Nostra autē prouidētia etiam hoc in melius per constitutionem reformauit: vt fictione pristina explosa, recta via ad competentes iudices ^c, vel magistratus ^d, parentes inrent: & filios suos, vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps, à sua manu dimittant. Et tunc ex edicto Prætoris in bonis eiusmodi filij, vel filia, vel nepotis, vel neptis, qui, quæve à parente manumissus, vel manumissa fuerit, eadem iura præstantur ^e parenti, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti. Et præterea si impubes sit filius, vel filia, vel ceteri: ipse parēs ex manumissione tutelam ^f † eius nanciscitur.

¶ *Si alij emancipentur, alij retineantur in potestate.*

7 Admonendi ^g autem sumus, liberum arbitrium esse ei, qui filium, & ex eo nepotem vel neptem in potestate habet, filium quidem de potestate dimittere, nepotem vero vel neptem retinere: & e conuerso filium quidem in potestate retinere, nepotem vero vel neptem manumittere: vel omnes sui iuris efficere. Eadem & de pronepote &

^c *Magistratus populi Romani.* ^d *Municipales.* ^e *Ex fiducia contractus scilicet, alioquin extraneus, cui vendebatur filius, manumittebat, non pater. Cont.* ^f † *De qua J. tit. 18.* ^g *Ex Caio. l. 28. De adopt.*

pronc-

pronepte dicta esse intelligantur.

¶ *De adoptione.*

8 Sed & si pater filium, quem in potestate habet, auo, vel proauo naturali secundum nostras constitutiones^a † super his habitas, in adoptionem dederit, id est, si hoc ipsum actis in eracientibus apud competentem iudicem manifestauerit. præsente eo qui adoptatur, & non contradicente^b, nec non eo præsente, qui adoptat: soluitur quidem ius potestatis patris naturalis: transit autem in huiusmodi parentem adoptiuum, in cuius persona & adoptionem esse plenissimam antea diximus.

^a † l. pen. § ult. C. de adopt.

^b *In adoptione, adoptantis § adoptati spectatur voluntas. l. 5. De adopt.*

¶ *De nepote nato post filium emancipatum, vel in adoptionem datum.*

9 Illud autem scire^c oportet, quòd si nurus tua ex filio tuo conceperit, & filium postea emancipaueris, vel in adoptionem dederis prægante nuru tua, nihilominus quod ex ea nascitur, in potestate tua nascitur. Quòd si post emancipationem, vel adoptionem conceptus fuerit: patris sui emancipati, vel aui adoptiui potestati subiicitur.

^c *Vide Harmeno. lib. 1. titul. 17.*

^d *Ex Mart. l. 31. De adop. § † § legitimi.*

^e *Hoc ideo addidit, quia quibusdam casibus filium emancipare cogitur pater. Accur. hic, vid. l. 32. de adopt.*

¶ *Virum parentes cogantur liberos suos de potestate dimittere.*

10 Et quidem^d neque naturales^e † liberi, neque adoptiui vllò penes modo possunt cogere parentes, de potestate sua eos dimittere.

DE TUTELIS.

TITVLVS XIII.

¶ De personis sui iuris.

^a *Causa I. In-*
stit. titul. 7.

Vlp. titul. II.

§ Sigo. lib.

I. cap. 13. De

Iur. antiq.

ciu. Rom.

^b *Conna. no-*

tat. li. 2. c. 1.

^c *Ex Paul. l.*

1. eod.

^d *Theophil.*

habet, ius,

ἰσπιτροπή ἐ-

σι δικαίον τι

καὶ ἐξουσία.

¶ melius.

[†] *Placet mi-*

hi lectio Lat.

qua confir-

matur §.

prox. j. illis

verbis, eam

vim.

^e [†] *In tutore*

§. prox. infra

cum tutore

sufficiat li-

berū esse j.

titul. prox. p.

pupillum

verò non tantum liberum,

sed etiam sui iuris esse oport-

teat. §. in prin. tit. f

Pro, in caput liberum, Gell. lib. 5. cap. 19. Vlp.

in frag. tit. II. §

Lege duodecim tab. † Malim latius accipere,

Et complectatur etiam legem Attiliam, necnō Iuliam, & Titiam.

Datur autem legitima: permittitur testamentaria, & datiuā.

Definitio igitur perfecta est. h

Datur legitima: permittitur

testamentaria. Datiuā ex aliis legibus descendit. i

Scauola vo-

cat ἰσρωφύλακα. leg. 20. §. 1. De ann. legat. Plin. lib. 14. cap. 7. Tutel-

TRANSEAMVS nunc ad aliam diuisionem^b personarum. Nam ex his personis, quæ in potestate non sunt, quædam vel in tutela sunt, vel in curatione, quædam^c neutro iure tenentur. Videamus ergo de his, quæ in tutela, vel curatione sunt. Ita enim intelligemus cæteras personas, quæ neutro iure tenentur. Ac prius dispiciamus de his quæ in tutela sunt.

¶ Definitio tutela.

1 Est autem^c tutela (vt Seruius definiuit) vis^d ac potestas in capite^e † libero^f, ad tuendum eum qui per ætatem se ipse defendere nequit, Iure ciuiliſ data ac permissa^h.

¶ Definitio, & etymologia tutoris.

2 Tutores autem sunt, qui eam vim ac potestatem habent, ex quæ ipsa re nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quasi tutores atq; defensores: sicut ædituiⁱ dicuntur qui ædes tuentur.

verò non tantum liberum, sed etiam sui iuris esse oporteat. §. in prin. tit. f Pro, in caput liberum, Gell. lib. 5. cap. 19. Vlp. in frag. tit. II. § Lege duodecim tab. † Malim latius accipere, Et complectatur etiam legem Attiliam, necnō Iuliam, & Titiam. Datur autem legitima: permittitur testamentaria, & datiuā. Definitio igitur perfecta est. h Datur legitima: permittitur testamentaria. Datiuā ex aliis legibus descendit. i Scauola vocat ἰσρωφύλακα. leg. 20. §. 1. De ann. legat. Plin. lib. 14. cap. 7. Tutelarium. Gell. lib. 12. cap. 10.

¶ Quibus

¶ *Quibus testamento tutor datur, & primum de liberis in potestate.*

3 Permissum est itaque parentibus^a, liberis^b impuberibus, quos in potestate habent, testamento tutores dare. Et hoc in filios filiasque procedit omnimodò. nepotibus verò neptibusque ita demum parentes possunt testamento tutores dare, si post mortem eorum in potestatem patris sui non sunt recasuri. Itaque si filius tuus mortis tuæ tempore in potestate tua sit, nepotes ex eo non poterunt ex testamēto tuo tutores habere, quavis in potestate tua fuerint: scilicet quia mortuo te, in potestatem patris sui recusati sunt.

¶ *De posthumis.*

4 Quum autem in compluribus aliis causis posthumi pro iam natis habeantur: & in hac causa placuit non minus posthumis, quàm iam natis testamento tutores dari posse: si modò in ea causa sint, ut si viuis parentibus nascerentur, sui heredes^d, & in potestate eorum fierent.

¶ *De emancipatis.*

5 Sed & si emancipato filio tutor à patre datus fuerit testamento, confirmandus est ex sententia Præsidis omnimodò, id est, ^e† sine inquisitione †.

seq. eod. l. 4. ff. de test. tut. † A patre tutor emancipato datus sine inquisitione confirmatur: naturali datus nō item, nisi et aliquid relictum sit. A matre nunquā datur, nisi instituto. l. Pater. D. De test. tut. Ex qua in l. 4. C. eod. tit. tollenda est negatio in illo loco, Quando autē eos, & is quidē ex inquisitione etiam confirmādus est. Cu. † & sine satisd. j. de satisd. tut. p.

^a l. i. De test. tut. l. 2. De suig.

^b Etiam in iuris. leg. 6. De tutor. Item exheredatis l. 4. De test. tut. Plat. II. De leg. Liu. de Anco Martio.

^c Vbicunque de eorū comodo agitur. † l. pen. D. de stat. hom. l. quod dicimus. 231 de Verb. sig.

^d Horom. sui & in potestate nascerentur.

^e † Non inquiritur, an idoneus tutor sit l. i. D. de confirm. tut. sed an pater eū dare voluerit. l. in confirmando. &

QVI TESTAMENTO

tutores dari possunt.

TITVLVS XIII.

¶ Qui tutores dari possunt. De patre,
vel filio familias.DARI autem tutor potest testamento
nō solum pater familias, sed etiam filius-
familias.

¶ De seruo.

I Sed & seruus proprius testamento.
cum libertate, rectè tutor dari potest. Sed sci-
endum est, eum & sine libertate d^r tutorem
datum, tacitè libertatem directam accepisse
videri: & per hoc rectè tutorem esse. Planè
si per errorem, quasi liber, tutor datus sit:
aliud dicendum est. Seruus autè alienus purè
& inutiliter testamento datur tutor: sed ita,
Quam liber erit, vtiliter datur. Proprius au-¶ *Stichus
seruus tutor
esto.*¶ *Amo fidei-
commissaria,
l. Et si nō ad-
scripta. C. de*

*fid. lib. l. Si hereditas. §. Vlt. D. De testam. tut. l. Generaliter. §. Si
quis tutorem. D. De fid. lib. idq. Seruum est, sine institutus sit pu-
pillus, siue exheredatus. nam pupillo instituto, perinde libertas
ex S. C. Dasumiano competit, atque si ut oportet, is ex causa fi-
deicommissi manumissus esset. Et hoc Paulus sentit lib. 4. Sen-
tent. tit. de fideic. lib. Iustinianus verò, Et ex hereditatis, ita
Et ex tutela institutione hoc in loco directam libertatem tri-
buit innita Iurisprudencia. Caterum videtur Et in hac specie
Paulus directam libertatem tribuere, in l. Quaro. §. Vltim. D. De
testam. tutel. id autem ideo, quia testator seruum quasi libe-
rum duplici nomine L. Erotem appellauit. l. 22. D. De te-
stam. tut. ¶ Intellige quoad verba Et sententiam. nam illa
datio, Stichus tutor esto, non est pura quoad sententiam: cum
subaudiatur conditio, Cum liber erit: Et sic Comius conciliat.
l. 10. §. Vltim. De testam. tut.*

tem ser

tem feruus inutiliter^a eo modo tutor datur. ² Nam quod

¶ De furioso, & minore xxv. annis.

2 Furiosus, vel minor viginti quinque; an-
nistutor testamento datus, tutor tunc erit,
quum compos^b mentis, aut maior viginti-
quinque annis fuerit factus.

¶ Quibus modis tutores dantur.

3 Ad certum tempus, vel ex certo tempo-
re, vel^c † sub conditione^d, vel ante heredis
institutionem posse dari tutorem, non du-
bitatur.

¶ Cuidantur.

4 Certæ^e autem rei, vel causæ tutor da-
ri non potest^f†: quia personæ & non causæ,
vel rei tutor datur.

¶ De tutore dato filiabus, vel filiis, vel
liberis, vel nepotibus.

5 Si quis^h filiabus suis, vel filiis tutores de-
derit, etiam posthumæ, vel posthumo dedif-
se videtur: quia filij, vel filiæ appellatione, &
posthumus & posthuma continenturⁱ. Quod
si nepotes sint, an appellatione filiorum & i-
psis tutores dati sint? Dicendum est, vt & ipsis
quoque dati videantur, si modò liberos di-
xerit. Caterùm si filios, non continebuntur.

Aliter enim filij, aliter nepotes appellantur.
Planè si posterisk dederit: tam filij posthumi,
quàm cæteri liberi^l † continebuntur.

ut. l. propter litem. 21. §. licet. de excus. & Principaliter scz.

^h Ex Vlp. l. 5. & seq. l. 16. ibid. ⁱ Gell. lib. 2. cap. 13. ^k Aliàs post-
humis, sic Theoph. † Quæ lectio probanda est. ^l † Repete
posthumi.

in nostra po-
testate est.
in casum cō-
ferri non o-
portet. Ca-
uus l. 22. De
cōdit instit.
^b Fac. l. 10. §.
1. De testa.
tut. l. Furiosus
De reg. iur.
† Pendente
cōditione lo-
cus erit tu-
tori datino.
l. si quis sub
cōditione D.
de test. tute.
^d Ex condi-
tione, & ad
conditionē.
Cuiac. l. Si
quis. De te-
stam. tutel.
Sic in annis
Titius tutor
est: si navis
ex Asia ve-
nerit.
^e Ex Vlp. l. 12.
De test. tut.
^f † Vide ex-
cept. l. si ta-
men. de test.

DE LEGITIMA AD-
gnatorum tutela.

TITVLVS XV.

¶ Summa.

QVIBVS autem testamento tutor datus non est, his ex lege duodecim^a tabularum adgnati sunt tutores, qui vocantur legitimi.

*l.1. Dele-
git.tut. Pla.
ii. De legib.
Vide Vlp. in
frag. tit. II.*

¶ *Qui sunt adgnati.*

b Ex Mod. l.

*4. §. 1. Et Vl-
pia. l. 10. De
grad. & affi.*

*† Hac de
sinitio est
imperfecta.*

*addendum
igitur est ca-
pite non mi-*

*nuri, ex §.
sit. j. h. t.*

*d l. Familia.
196. De Ver-
bor. sign.*

*e Ex Paul. l.
6. De legit.
tut. l.*

*f Paul. in l.
6. addidit
hanc Vocē,
tantum.*

*g l. 6. Dele-
git. tut.*

1 Sunt^b autem adgnati, cognati per viri-
lis sexus cognationem coniuncti, ^c † quasi à
patre cognati: veluti frater ex eodem patre
natus, fratris filius, neposve ex eo: item pa-
truus, & patruus filius, neposve ex eo. At qui
per feminini sexus personas cognatione iun-
guntur, adgnati non sunt, sed aliàs naturali
iure cognati. Itaque amitrux filius non est
tibi adgnatus, sed cognatus: & inuicem tu il-
li eodem iure coniungeris: quia qui ex ea
nascuntur, patris^d non matris familiam se-
quuntur.

¶ *Quis dicatur intestatus.*

2 Quòd^e autem lex duodecim tabula-
rum ab intestato vocat ad tutelam adgnatos,
non hanc habet significationem^f si omnino
non fecerit testamentum is, qui poterat tu-
tores dare: sed si, quantum ad tutelam perti-
net, intestatus decesserit: quod tunc quoque
accidere intelligitur, quum is, qui datus est
tutor, viuo testatore decesserit^g.

¶ *Quibus*

¶ *Quibus modis adgnatio vel cognatio finitur.*

3 Sed adgnationis quidem ius omnibus modis capitis^a deminutione plerunq; ^b perimitur: nam adgnatio, Juris ciuilibis nomē est. cognationis verò ius non omnibus modis commutatur: quia ciuilibis ratio, ciuilia quidē iura corrumpere potest, naturalia verò non vtique^c.

^a *Id est, quilibet deminutione capitis. Theop.*

^b *Quid hic facit plerūque? Nempe vt intelligamus nō semper ius familiae perimi minima capitis deminutione. Est Anastasii constitutio,*

ex qua fratres emancipati ad fratrum legitimam successionē, tutelā, curationem vocantur. § 1. j. de success. cog. §. vlt. infrā de grad. cog.

DE CAPITIS DEMINUTIONE^d.

TITVLVS XVI.

¶ *Definitio, & diuisio.*

EST autem capitis deminutio, prioris^e status mutatio. eaque tribus^f modis accidit. Nam g aut maxima est capitis deminutio, aut minor, (quam quidam mediam vocant) aut minima.

¶ *De maxima.*

1 Maxima capitis deminutio est, cum aliquis simul & ciuitatem & libertatem amit-

l. frater. C. de leg. tutel. l. Ne lucrum. C. de cur. fur. Est Iustiniani constitutio, ex qua & fratrum emancipatorum filij vocantur. l. vlt. C. de leg. her. Est rursus alia Anastasii constitutio qua cautum est, vt ne iura familiae amittant, qui Anastasiana emancipatione fuerint liberati, videlicet si ita nominatim id in Imperiali rescripto comprehensum sit. l. Si ab eo. C. de leg. her. ^c Theop. habet, & πέντωε, non omnino. ^d Vide Vip. in frag. tit. II. ^e prioris abundant. ^f Vellibertate, vel ciuitate, vel familia statu. l. i. eod. ^g Est l. i. §. vlt. ff. eod. caput hic figuratē pro per seua accipe.

^a Al. in his. tit. quod accidit his^a qui serui pœnæ^b effici-
^b Sublata untur atrocitate sententiæ: vel libertis, vt in-
 fuit hæc pœ- gratis^c erga patronos condemnatis: vel his
 na, Nouell. 22. §. illud. qui se ad pretium participandum venundari
^c Horo. ingra passi sunt.

¶ De media.

2 Minor, siue media capitis deminutio est, quum ciuitas quidem amittitur, libertas verò retinetur^d. quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit, vel ei qui in insulam deportatus est.

¶ De minima.

3 Minima capitis deminutio est, quum ciuitas retinetur & libertas, sed status hominis commutatur. quod accidit his, qui, quum sui iuris fuerint, cœperunt alieno iuri subiecti esse, vel contrà. veluti^e si filius familias à patre emancipatus fuerit, est capite deminutus.

Claud. Sueton. in eius Vita, cap. 25. paulò post sublatù. Tacit. libro 13. Annal.
^d Cuiac. Non potest ciuitas amitti,
 patria potestas retineri: quoniam patria potestas iuris ciuiliſ est. Enimuerò potest ciuitas amitti, libertas retineri: quia libertas iuris naturalis est. Sic Latini Iuniani, sic Dedititiorum numero, liberi sunt, non cines, atque adeò ex iure Quiritium liberi non sunt: quod & in deportatis tentari potest, Et ex iure Quiritium liberi non sint: eaq; Et opinor, fuit mens Callistrati in l. cognitionum. D. de extraor. cog. Vnde & aliàs dubitatum fuit, an de deportatis questio haberi posset. sed ex rescripto D. Pij, non igit tantum qui iure Quiritium, sed & qui iure gentium liberi sunt, non torquentur. l. Diuus. §. Slt. de quest. ^e Cuiac. not. Veluti abesse à Sect. libris. quod & valde probat. nam Vno tantum modo is qui sui iuris fit, capite minuitur, id est, emancipatione, quod ipse in libello Vlpiani latius declarat. † Sed & Vulgata lexiō sustineri potest, Et hoc sit exemplum minima capitis deminutionis, cuius sunt & alia species.

¶ De

¶ *De seruo manumisso.*

4 Seruus^a autem manumissus, capite non minuitur: quia nullum caput habuit.

¶ *De mutatione dignitatis.*

5 Quibus autem dignitas magis quàm status permutatur, capite non minuuntur. & ideo à Senatu motos, capite non minui constat.

¶ *Interpretatio. §. vlt. suprà tit. prox.*

6 Quod autem dictum est, manere cognationis ius etiam post capitis deminutionem: hoc ita est, si minima capitis deminutio interueniat: manet enim cognatio^b †. nam si maxima^c capitis deminutio interueniat, ius^d † quoque cognationis perit, vt puta seruitute alicuius cognati: & ne quidem si manumissus fuerit, recipit cognationem^e. Sed & si in insulam quis deportatus sit, cognatio soluitur.

¶ *Ad quos adgnatos tutela pertinet.*

7 Quum^f autem ad adgnatos tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantum qui proximiores gradu sunt. vel si plures eiusdem gradus sunt, ad omnes pertinet, veluti si plures fratres sunt, qui vnum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.

dicitur perire ius cognationis, quàm cognatio. nam iura sanguinis nullo iure ciu. perimi possunt. l. iura sanguinis. de reg. iur.

^a Fac. l. 7. Vnde cog. ^f Ex Casol. 2. De leg. iur. ^g Proximiores.

^a Ex Mod. l.

3. De Senat. fac. l. 3. eod.

^b † Naturalis scilicet ciuilis. s. per adoptionem, tollitur etiam salua manente ciuitate. Et ita intelligenda est. l. 19. de reb. dub.

^c Maxima Et media similis est morti, atq; ideo vt mors, ita ius sanguinis

vtraq; minuitio perimit. Igitur mater mea mihi mater esse desinit me seruo aut peregrino effecto. l. 2. §. 1. D. ad Ter. tyll.

^d † Rectius

DE LEGITIMA*

operatur patronorum tutela.

TITVLVS XVII.

* *Ex ratione legis 12. tab. quæ tutelas adgnatis idcirco defert, quia heredes ab intestato sunt, inductum est, ut patroni libertorum suorum tutelam susciperent: quæ ideo legitima dicitur. l. 3. D. de legit. tutor.*

EX eadem lege duodecim tabularum, libertorum & libertarum tutela ad patronos liberósque eorum pertinet. quæ & ipsa legitima tutela vocatur: non quia nominatim in ea lege de hac tutela caueatur, sed quia perinde accepta est per interpretationem^a, ac si verbis legis^b introducta esset. Eo enim ipso quòd hereditates libertorū libertarūque, si intestati decessissent, iusserat lex ad patronos, liberósve eorum pertinere, crediderunt veteres^c voluisse legem etiam tutelas ad eos pertinere: quum & adgnatos, quos ad hereditatem lex vocat, eosdem & tutores esse iusserit: quia plerunque vbi successionis est emolumentum^d, ibi & tutelæ onus esse debet. Ideo^e autem diximus plerunque: quia si à femina impubes manumittatur, ipsa ad hereditatem vocatur, quum alius sit tutor.

^a *Legis 12. tabular.*

^b *Facit l. Nominis. 6. §. 1. De Verb. sig. l. 25. §. De cod. De per. her.*

^c *Sextus Ælius, L. Attilius P. Ælius.*

^d *Regula est l. 10. De reg. iur.*

^e *Ex Vlp. l. 3. §. si duo. Et l. 1. De legit. tut. Instin. Nonell. 118.*

DE LEGITIMA

parentum tutela.

TITVLVS XVIII.

EXEMPLO patronorum ^arecepta est alia tutela, quæ & ipsa legitima ^bvocatur. nã si quis filiũ aut filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & deinceps, impuberes emancipaue- rit: legitimus eorum tutor erit.

^a Hic tit. ex l. 3. in princ. De leg. tu- to. & vide Vlp. in fragmen- tit. II.

^b Imò fidu- ciaria, sed moribus re- ceptum est vt legitima vocetur. igitur legitima tutela, vel lege, vel in- terpretatio- ne, vel mo- ribus indu- ta est.

DE* FIDUCIARIA

^c† tutela.

TITVLVS XIX.

* Filiisfam. à patre manumissi, pater tutor est legitimus: eo vero defuncto, frater tutor fiduciarius existit.

EST & alia tutela ^d, quæ fiduciaria appel- latur. nam si pater filiũ, vel filiam, nepo- tẽ, vel neptẽ, vel deinceps impuberes manu- miserit: legitimã nanciscitur eorũ tutelam. Quo defuncto, si liberi eius virilis sexus ex- istant, fiduciarij tutores filiorum suorum, vel fratris, vel sororis, vel cæterorũ ^e efficiuntur. Atqui patrono legitimo tutore mortuo, li-

^c † Non est legitima, sed legitimã vo- ces, quæ est ex l. 12. Est tamen legi- tima, id est, ex nonis le- gibus. l. 4. C.

de leg. tut. quia tutor fit ipso iure, non ex testamento, non à magi- stratu. ^d Ex Vlp. d. l. 3. §. & l. c. Mo. l. 4. De leg. tu. o. Vlp. in frag. tit. II. ^e Filiorum sibi, vel filiarum fratris. Igitur pater filio vel fi- lis: frater fratri vel sorori: patruus filio vel filie fratris, tutor est fiduciarius. eodemq; modo avus nepoti, patruelis patrueli, pro- prior sobrini proprii sobrino, & patruus magnus nepoti fratris tutor esse fiduciarius potest.

beri quoque eius legitimi sunt tutores. quoniam filius^a quidem defuncti, si non esset à viuo patre emancipatus, post obitum eius sui iuris efficeretur, nec in fratrum^b potestatem recideret, ideoque nec in tutelam.^c † libertus autem, si seruus mansisset, utiq; eodem iure apud liberos domini post mortem eius futurus esset. Ita tamen hi^d ad tutelam vocantur, si perfecta^e sint ætatis, quod nostra constitutio^f in omnibus tutelis & curationibus obseruari generaliter præcepit.

^a Hæc ratio ex aui & patris parte quasi claudicat, igitur recte non est. quod Cuiac. apud Vloian. demonstrauit.

^b † Nec in patris sui olim emancipati ab auo. Caterum pater, qui in potestate aui morientis fuit, cum sit similis filio patroni, legitimus erit tutor. Recta igitur est hæc ratio, et opinor: neque illo modo claudicat. ^c † Sub legitimam recidit. ^d Hi, id est liberi manumissorum. ^e Justin. Impletum 25. annum esse voluit. l. Slt. Cod. de legit. tut. l. Slt. Cod. de his qui ven. atat. impe. l. 1. De minor. ^f Igitur quod de perfecta ætate in l. Tut. la. D. De tutel. l. Quo defuncto. l. Si reliquero. D. de legi. tut. à Triboniano est, non ab ipsis authoribus. namque olim staturus fuit, ut pateres xxxv. annis legitimi & datui tutores fierent. caterum datui ad tempus excusabantur. §. Item maior. infra de excusa. tut. l. οὐ μόνον. §. ἰὰν ἀπελευθέρως. D. Cod. & in eorum locum curator dabatur, non tutor. nec enim ipsi tutores esse desinebant. l. 16. D. de tut. & cur. da. Testamento autem dati tutores non fiebant. ante legitimam ætatem. §. Furiosus. supr. qui test. l. Quæro. §. Slt. D. de test. tut. Proinde quum similes ij essent ex die datui tutoribus, in eorum locum non curator modo, ut est in §. ἰὰν ἀπελευθέρως. sed etiam tutor dari poterat. §. 1. infra titul. prox.

DE ATTILIANO TV-

tore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

TITVLVS XX.

¶ *Ius antiquum. Si nullus sit tutor.*

SI cui nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur in vrbe quidem à Prætoꝛe vrmano, & maiore parte Tribunorum plebis^a tutor ex lege Attilia^b: in prouincijs verò à Præfidi- bus prouinciarum ex lege Iulia & Titia.

¶ *Si spes sit futuri tutoris testamentarij.*

1 Sed & si in testamento tutor sub conditione, aut ex die certo datus fuerat: quando conditio, aut dies pendebat, ex eisdem legibus. tutor alius interim dari poterat^d †. Item si^e purè datus fuerat: quando ex testamento nemo heres existerat, tandiu ex eisdem legibus tutor petendus erat. qui desinebat esse tutor, si conditio extiterat, aut dies venerat, aut heres extiterat.

¶ *Si tutor ab hostibus captus sit.*

2 Ab hostibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur: qui desinebat esse tutor, si is, qui captus erat, in ciuitatē reuersus fuerat. nam reuersus recipiebat tutelam iure postliminij.

^a † Et adhuc dari potest. l. ii. D. de testam. tuto. sed non ex his legibus. §. sed ex his. j. h. t. ^c Ex l. 10. ibidem. ^e Imò & deserto testamento, & deficiente conditione desinebat esse tutor. caterum hoc casu legitimus tutor illi succedebat, illo testamentarius

^b Ex Vlpian. l. 1. §. 2. De legit. tut.

^a L. Minutio, & M. Horatio Puluillo Coss. decē creati sunt Tribuni plebis: itaque cautū est & postea crearetur, T. Livio autore. maiore igitur parte, id est sex Tribunis. Cuius^b Attilius Tribunus plebis tulit, & mulieribus, pup. illis & tuorem nō habentibus, à Prætoꝛe & maiore parte Tribunorū plebis darētur. Vlp. in frag. titul. 12. ^c Ex Vlp. l. 11. De testam. tut.

^a Claud. id primus introduxit.

Sueton. in eod. cap. 23. facit Modest. l. 1. De

confr. tut.

^b Soli scilicet absq; Tribunis. Prætorē tutelare pri-
mus creauit

M. Antonius philoso-

phus. Vide

Capitol.

^c Fac. l. pen. Rem pup.

^d De præfe-

cti iurisdic-

tionē, vide

l. 1. §. Quic-

quid, De of-

fic. Præfect.

Vrb.

^e Theoph. has

bet, γρατη-
ροικελβύση

των ἀρχόν-
των. Diuum

¶ Quando & cur desierint ex dictis legibus tutores dari.

3 Sed ex his legibus tutores pupillis desierunt dari, postea quàm primò Consules^a pupillis vtriusq; sexus tutores ex inquisitione dare cœperunt, deinde Prætores^b ex constitutionibus. Nam supradictis legibus neque de cautione^c à tutoribus exigenda, rem saluam pupillis fore: neque de compellendis tutoribus ad tutelæ administrationem quicquam cauebatur.

¶ Ius nouum.

4 Sed hoc iure utimur, vt Romæ quidem Præfectus vrbis, vel Prætor secundum tuam iurisdictionem^d: in prouincijs autē Præsides ex inquisitione tutores crearēt, vel Magistratus^e iussu Præsidentum, si non sint magnæ pupilli facultates.

¶ Ius nouissimum.

5 Nos autem per constitutionem^f † nostram huiusmodi difficultates hominum refecantes, nec expectata iussione Præsidentum, disposuimus, si facultates pupilli vel adulti vsque ad quingentos solidos^g † valeant^h, De-

defensoresⁱ ciuitatum vna cum eiusdem ciui-

tatis. Diuum

Viri, magistratus municipales. His etiam iniussu Præsidentis datum

initio fuit iur dandi tutoris, l. 3. D. De tut. & cur. dat. † † l. 30.

C. de episcop. aud. † † Solidi dicuntur, id est, integri, ad differē-
tiam semissum & tremisium. ^h Quòd si & alcant & lra, à Præ-
sidentibus nimirum dabitur tutor. Cuius. Solidus hic à quibusdam ac-
cipitur pro aureo, & l. 61. De in ius voc. ⁱ De defensoribus ciui-
tatis. 1. lib. Cod. Nouell. 15. Alciat. 3. Diss. cap. 5.

tatis religiosissimo ^a Antistite, vel alias publicas personas, id est, Magistratus, vel Iuridicum ^b Alexandrinæ ciuitatis, tutores vel curatores creare: legitima cautela secundum eiusdem constitutionis normam præstanda, videlicet eorum periculo, qui eam accipiunt.

^a Episcopum intellige.

^b l.2. De offic. Iuridic. Alexan.

^c Tutela iure naturali introducta est. Cic. in Offic. quantum sit iuris civilis.

¶ Ratio tutela.

6 Impuberes autem in tutela esse, naturali iuri ^c conueniens est: vt is, qui perfectæ ^d ætatis non sit, alterius tutela regatur.

^d Perfectam ætatem hic accipit 14.

¶ De tutela ratione reddenda.

7 Quum ergo pupillorum pupillarumque tutores negotia gerant, post pubertatem ^e ¶ tutelæ iudicio rationem reddunt ^f.

^e anno, quo finitur tutela. aliis 25. Et l.1. De minor.

DE AVTHORITATE tutorum.

TITVLVS XXI.

¶ In quibus causis sit necessaria. Regula.

^e ¶ Vel aliter tutela finita. l.4. de tut. Et grat. distrab.

^f Tot. tit. De tutel. Et grat. distrab. Pla 109. De legibus.

AVTHORITAS autem tutoris in quibusdam ^b causis necessaria pupillis est, in quibusdam non est necessaria: vt ecce, si quid dari ⁱ sibi stipulentur, non est necessaria tutoris authoritas. quòd si aliis promittant pupilli, necessaria est tutoris authoritas.

^g Authoritatis Verbum quidam ab auròs deducunt, quo Ver

teres ratam alicuius potestatem significabant, Et sine h scribunt.

^b Ex Caiol. 9. hic. ⁱ Ex aliqua causa lucratua. nam Verbum dandicam vim habet. Idem etiã si stipuletur aliquid sibi remitti. l. contra iuris. De pact. l.2. De acceptilat.

Namque placuit, meliorem quidem conditionem licere eis facere etiã sine tutoris auctoritate: deteriore verò non aliter quàm cum tutoris auctoritate. Vnde in his cauffis, ex quibus obligationes mutua^a nascuntur, vt in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depositis: si tutoris auctoritas non interueniat, ipsi quidem, qui cum his contrahunt obligantur: at inuicem pupilli non obligantur^b

¶ *Exceptio.*

1 Neque tamen^c hereditatem^d † adire, neque bonorum possessionem petere, neq; hereditatem ex fideicommissio suscipere aliter possunt, nisi tutoris auctoritate (quãuis illis lucrosa sit) ne^e vllum^f damnũ habeãt^g †.

¶ *Quomodo interponi debet.*

2 Tutor autẽ statim in ipso negotio præsens debet author^h fieri, si hoc pupillo prodesse existimauerit. Post rēpus verò, vel per epistolam, aut per nuntium interposita auctoritas, nihil agit.

¶ *Quo casu interponi non potest.*

3 Si inter tutorem pupillumque iudicio agendum sit: quia ipse tutor in rem^k suam author esse non potest: non prætorius^l tutor (vt olim) constituitur, sed curator in lo-

† Propter onera hereditaria l.8. de acquir. hered. ^h Id est, probare quod agit, vt interpretatur Paul. l.3. hic. ⁱ Iudicium. ^k Ex Vlp. l.1. De aucto. tut. ^l Vlp. in fr. ag. titul. II. Quod moribus fuisse comprobatum scribit.

cum

^a Labeo scribit contra-ctum esse οὐδὲ δαγμα

l. Labeo. De

Verb. sig.

^b Fac. l. 13. §.

Si quis. De

act. empt. ob

ligantur sal

tem natura

liter: sed

nulla actio-

ne cogi pos-

sunt parere

contractui.

^c Ex d. l. 9. §.

Pupillus.

^d † Extra-

net. §. sui au-

tem infra de

hered. qua

abint.

^e Alias, nec

vllũ damnũ

habeat: &

sine paren-

thesi.

^f Anto. Au-

gust. emend.

lib. 3. cap. 7.

^g † Propter

cum^e eius datur^b †: quo curatore interueniente, iudicium peragitur: & eo peracto, curator esse definit.

QVIBVS MODIS

tutela finitur.

TITVLVS XXII.

¶ De pubertate.

PUPILLI pupillæque, cùm puberes^e esse cœperint, à tutela liberantur. Pubertatem autem veteres quidem nō solūm ex annis, sed etiam ex habitu^d corporis in masculis aestimari volebant. Nostra autem maiestas dignum esse castitate nostrorum temporum existimans, bene putauit: quod in feminis etiam antiquis impudicum esse visum est, id est, inspectionem^e habitudinis corporis, hoc etiam in masculos extendere. Et ideo nostra sancta constitutio^f † promulgata, pubertatem in masculis post decimum & quartum annum completum illico initium accipere disposuimus: antiquitatis normam in feminis bene positam, in suo ordine relinquentes, vt post duodecim annos completos viri potentes esse credantur.

¶ De capitis deminutione pupilli.

1 Item^b finitur tutela, si adrogatiⁱ sint

quando aestimatur aetas. l. 22. de minor. tut. vel cur. es. des. † l. & l. C. quan. tut. Vide Cic. l. Offic. Macrob. Satur. l. cap. 6. ^h Ex Vlp. l. 14. De tutel. ⁱ Consensu, scilicet, tutorum. l. & l. Cod. De author. praest.

^a l. 3. §. Si pupillus. De tut. A Iustin. postea prohibitum est debitorē, aut credito- rē tutorem fieri Nouell. 72. nisi matrem. Nouell. 44.

^b † Nisi sint plures tuto- res: quia al- tero tutore auctore, cū altero agi potest l. si plures. 24. D. de test. tut.

^c l. i. C. Quan- do tutor vel cur. esse des. ^d Plato II. De legibus aliis, habi- tudine. Theo- phil. q. i. ma- rōs. Vlp. in frag. tit. II.

^e Ex inspe- ctatione ho- nesta ali-

^a *Ob commissum delictu.* adhuc impuberes, vel deportati ^a. item si in seruitutem pupillus ^b redigatur, vel si ab hostibus captus fuerit.

Theophil.
Quia puber rati proximi doli sunt capaces. l. Pupillum. De reg. iur.

^b *Vt libertus in patronu ingratus, seruituti redditur. Theophil.*

Agnatoru scilicet non patronoru. Quod Cuias. in notis ad Vlpian. diligenter exposuit. § seq. repet. ex l. 14. De tutel.

[†] *Sub. non ad tempus. l. nec ille. 16. D. de tuto. C. curat. da.*

¶ *De conditionis euentu.*

2 Sed & si vsque ad certam conditionem datus sit tutor testamento: æquè euenit, vt desinat esse tutor existente conditione.

¶ *De morte.*

3 Simili modo finitur tutela morte vel pupillorum, vel tutorum.

¶ *De capitis deminutione.*

4 Sed & capitis deminutione tutoris, per quam libertas, vel ciuitas amittitur, omnis tutela perit. Minima autem capitis deminutione tutoris, veluti si se in adoptionem dederit, legitima tantùm tutela ^c perit: ceteræ non pereunt. Sed pupilli & pupillæ capitis deminutio, licèt minima sit, omnes tutelas tollit ^d.

¶ *De tempore.*

5 Præterea qui ad certum tempus testamento dantur tutores, finito eo deponunt tutelam.

¶ *De remotione, & excusatione.*

6 Desinunt etiam tutores esse, qui vel remouentur à tutela ob id, quòd suspecti visi sunt: vel qui ex iusta causa se excusant, ^e† & onus administrandæ tutelæ deponunt, secundum ea, quæ inferius proponemus.

DE CURATORIBVS

TITVLVS XXIII.

¶ De adultis.

MASCVLI quidem puberes, & feminae viri potentes, vsq; ad viceſimum quintum ^b annum completum ^c curatores accipiunt ^d: quia licet puberes sint, adhuc tamen eius aetatis sunt, vt sua negotia tueri non possint.

1 Dantur autem curatores ab eisdem magistratibus, à quibus & tutores. Sed curator testamento non datur ^e: datus tamen confirmatur decreto ^f Prætoris vel Præſidis.

2 Item inuiti adoleſcentes curatores non accipiunt, præterquam in litem. curator enim & ad certam causam dari potest.

¶ De furiosis, & prodigis.

3 Furiosi ^b quoque & prodigi, licet maiores viginti quinque annis sint, tamē in curatione sunt adgnatorum ex lege duodecim tabularum. Sed solent ⁱ Romæ Præfectus Vrbi, vel Prætores, & in prouinciis Præſides

tutela femina continebatur. ^c Quod ad eò verū est, vt extremū momentū elapsū esse oporteat. l. 3. §. Minor. De minor. l. 1. co. Si de Capitol. in M. Anton. Philos. ^d Nisi aetatis veniam à Principe impetrauerint. tot. tit. De his qui veni. aet. impetr. ^e Quia nulla id lege nominatim permittitur. Lege verò xij. tab. permittitur parenti tutorem, non etiam curatorem dare. ^f l. 6. De confir. tut. ^g Ex l. 3. §. pen. De tutel. ^h Ex l. 1. De curat. furio. ⁱ Iam igitur non sunt legitimi, sed honorarij dumtaxat curatores, l. 1. l. Obseruare. l. Sape. D. de cur. fur.

^a Cuius i. m. sit. tit. Sit. Vlp. tit. 12.

Quidam Codices addunt, Dandis vel confirmandis.

^b Feminæ citius quàm mas tutela liberatur, citius impetrat veniā aetatis. Et Ar. sicut. lib. 7. πῶδὲ ζῶν ἰσχυρίας, scribit, θάσσον τὰ θήλεα τῶν ἀρρέων, καὶ νεώτερα, καὶ ἀκμῶ λαμβάνουσι, καὶ γῆρας.

Curatione tamē citius non liberatur. quini- mo in perpetua olim

ex inquisitione eis curatores dare.

¶ *Demente captis, surdis, mutis, perpetuo morbo laborantibus.*

4 Sed & mente captis, & surdis, & mutis^a, & qui perpetuo^b morbo laborant, (quia rebus suis superesse non possunt) curatores dandi sunt.

^a *Cecū non item, quāliorū tutor res esse possunt, l. 16. De auctor. tuto.*

Notus est Appius. l. 1.

§. Quāuis. De postul.

^b *Sontico l. Quasitum.*

Dere iudic. Gell. lib. 16.

cap. 4.

^c *Regula est l. 27. De test. tut. l. 4. C. in quib. causis.*

^d *Mod. l. 10. §. Dni. habet*

συγκάτορος

ad sefforem:

¶ Etus interpres colle-

gam.

^e *¶ Ideo non possit procurator dari. l. decreto. 24. D. de adm. tut. l. neq. 11. C. de procur.*

^f *¶ Tutor. l. solet. 13. D. de tut.*

^g *Id est, confirmabit ab ipso tutore electum. Theoph. Cuiac. notat, valde notum esse*

¶ Et qui procuratorem dare non potest, actorem constituat: ideoque decreto est opus.

¶ *Depupillis.*

5 Interdum autem & pupilli curatores accipiunt, ut puta si legitimus tutor non sit idoneus: quoniam habenti^c tutorem tutor dari non potest. Item si testamento datus tutor, vel à Pratore aut Præside, idoneus nō sit ad administrationem, nec tamen fraudulenter negotia administret: solet ei curator^d adiungi. Item loco tutorum, qui non in perpetuum, sed ad tempus à tutela excusantur, solent curatores dari.

6 Quòd si tutor vel aduersa valetudine, vel alia necessitate impediatur, quò minùs negotia pupilli administrare possit, & pupillus vel absit, vel infans sit^e †: quem velit^f † actorem periculo ipsius tutoris, Prator, vel qui prouinciæ præerit, decreto constituet^g.

DE SATISDATIONE

tutorum, vel curatorum.

TITVLVS XXIIII.

¶ *Qui satisfacere coguntur.*

NE tamen pupillorum pupillarumve, & eorum, qui quæve in curatione sunt a negotia à curatoribus, tutoribusve consumantur, vel diminuantur: curet Prætor^b, vt & tutores & curatores eo nomine satisfident. Sed hoc non est perpetuum. nam tutores testamento dati satisfacere^c non coguntur: quia fides eorum & diligentia ab ipso testatore adprobata^d est. Item ex inquisitione tutores, vel curatores dati satisfactione non onerantur: quia idonei electi sunt.

¶ *Quatenus satisfactio in iis, qui satisfacere non compelluntur, locum habere possit.*

I Sed si ex testamento, vel inquisitione duo, pluresve dati fuerint, potest vnus^e † offerre satisfactionem de indemnitate pupilli, vel adolescentis: & contutori suo, vel concuratori præferri, vt solus administret: vel vt contutor, aut concurator satis offerens præponatur ei, vt & ipse solus administret. Itaque^f

*tionem, qui cauere non debent. Actio subsidiaria datur ex Oratio-
ne D. Traiani aduersus eos, qui cautionem acceperunt, & ex
constitutionibus in heredes eorum. Cuiac. ^e Excipe casus l. 8.
C. 11. De confir. tut. ^a l. 8. C. de curat. fur. l. 20. C. de episc. aud.
l. 36. De excus. ^c † Ex ipsis tutoribus, vel curatoribus. l. si nemo.
19. D. de testa. tut. ^f Ex Mod. l. 7. Rem pup. sal. fo.*

^a l. 8. §. si-
quidem. De
curat. fur.
Cod.

^b Sic omnes
vet. lib. non,
curat. & hoc
sanè ius nõ
ex edicto
Prætoris ma-
nat, sed ex
constitutio-
nibus. §. sed
ex iis, supra
de Attil. tu-
tor. Cautio
præstatorex
constitutio-
nibus: Pro-
uocatio fit
ex edicto
Prætoris.

Cautio-
nem
præstat, qui
cauere de-
bent: Pro-
uocant ad cau-

per se nō potest petere satisfactionem à con-
tutore suo, vel concuratore: sed offerre de-
bet, vt electionem det concuratori, vel con-
tutori suo, vtrūm velit satis accipere, an satis-
dare. Quòd si nemo eorum satis offerat, si
quidem adscriptum^a fuerit à testatore, quis
gerat, ille gerere debet. quòd si nō fuerit ad-
scriptum^b †: quem maior pars elegerit, ipse
gerere debet, vt edicto Prætoris cauetur. Sin
autem ipsi tutores dissenserint circa eligen-
dam eum, vel eos, qui gerere debent: Prætor
partes suas interponere debet. Idē & in plu-
ribus ex inquisitione datis comprobandum
est: id est, vt maior pars eligere possit, per quē
administratio fiat.

*l. 3. §. 1. De
adm. tutō.*

*† Aut ad-
scriptus ge-
rere nolit. d.
l. 3. §. vlt.*

¶ *Qui ex administratione tutela, vel
curatione tenentur.*

*Magistra-
tus intelli-
ge, qui satis-
dationē exi-
gere debue-
rant.*

*^a Qua non
datur, nisi
excusis pri-
us admini-
stratoribus.
l. 14. C. De
mag. Vlpia.
l. 1. §. 7. De
tut. & rat.
^b l. 6. De ma-
gistr. conue-
ni. l. 2. C. eo.*

2 Sciendum autem est, non solūm tuto-
res vel curatores pupillis, vel adultis, cæteri-
que personis ex administratione rerum te-
neri: sed etiam in eos, qui satisfactionem^c ac-
cipiunt, subsidiariam actionem esse, quæ vl-
timum eis præsidium^d possit adferre. Subsidi-
aria autē actio in eos datur, qui aut omni-
no à tutoribus, vel curatoribus satisfdari non
curauerunt, aut non idoneè passi sunt caueri.
Quæ quidem tam ex prudentum responsis^e,
quàm ex constitutionib. imperialibus etiam
in heredes eorum extenditur.

¶ *Si tutor, vel curator cauere nolit.*

3 Quibus constitutionibus & illud ex-
primitur, vt nisi caueant tutores & curato-
res, pi-

res, pignoribus captis coerceantur.

¶ *Qui dicta actione non tenentur.*

4 Neque autem præfectus^a Vrbi, neque Prator, neq; Præfes prouinciæ, neque quifquam alius, cui tutores dandi ius est^b † hac actione tenebitur: sed hi tantummodo^c, qui satisfactionem exigere solent.

DE EXCVSATIONIBVS, tutorum, vel curatorum.

TITVLVS XXV.

¶ *De numero liberorum.*

EXCVSANTVR autem tutores^d & curatores variis ex causis: plerunque tamen propter liberos, siue in potestate sint, siue emancipati. Si enim tres^e liberos^f † subestites Romæ quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in prouinciis quinque: à tutela, vel cura potest excusari, exemplo cæterorū munerum. nam & tutelam, & curam placuit

Hi erant maiores magistratus.
Gell. lib. 13. cap. 14.
b † Non solent autem exigere satisfactionem. Ergo alij dant tutores, neq; exigunt satisfactionem, Et præfectus Vrbi, prætor, præfes: qui non tenentur hac actione.
l. 1. §. neq. de mag. conu.
Alij exigunt satisfactionem non dant tutores, Et scriba: in

quos hac actio datur l. & l. C. eod. *Alij deniq; Et tutores dant, Et satisfactionem exigunt, Et Diuum Vrbi: qui hac actione conueniri possunt. l. 1. D. eod.* ^c *Minores magistratus, Et municipales, ciuitatum defensores & Iuridicus Alexandria: οἷον οἱ στρατηγοί, οἱ ἐκδικοί τῶν πόλεων. Theophil. Videl. 2. §. 3. D. Rem pup. sal. fo. §. l. & l. C. de mag. conuen.* ^d *Ex Mod. l. 2. hic.* ^e *Prima est excusatio tutela. fac. l. 1. Cod. Qui numer. lib. se excu. Ius autē trium liberorum not. de quo Plin. Cæcil. 10. Epi. epist. 2. Duar. 1. Disp. cap. 40.* ^f *† Legitimos Et naturales, iam natos l. 2. §. 1. D. h. t.* ^g *Numerus trium liberorū excusat à legationibus. l. 1. C. de legationibus: A cæteris muneribus personalibus, numerus quinque: Ab omnibus muneribus, numerus xvi. l. Semper. D. de iu. immun. ac legendum omnino est in l. Si quis decurio. C. de decur. non viij. sed xvj. liberorum. Constantinus rectè in hunc modum, ὁ ἔχων δεκάτῃ παιδῶν, πέντων λειτουργημάτων ἀπαλλάσσεται. Cuias.*

Tutelam esse publicū vel civile munus nemo est, qui nesciat: neq; video, quā in re ab hac sentētia discrepat l. i. d. v. §. tutel. D. de tutela at existimo tamē spurisū esse. §. tutela. nec enim solet Modestinus Graeco contextui Latinas, nisi ex aliis auctoribus, sententias inserere. nullū verò auctore habet. §. tutela. denique eo sermone contextus est, qui nostris auctoribus non est in usu. nec enim provincialis muneris & quam fit mentio, nec Reipubl. munus à civili munere quasi diversum & quam secernitur. Cuiac. ^b Cornelius Tacit. lib. 15. Factum Senatusconsultū, ne simulata adoptio in illa parte muneris publici iuuaret. ^c † Hunc locum interpretare ex l. 2. §. 1. D. h. t. ^d Ex Vlp. l. 15. hic. ^e Tull. 9. Phil. pro Balb. Aristot. 2. Polit. ^f II. Excusatio. Semestrium autem saepe meminerunt prudentes. l. 49. De pact. l. 12. De acquir. hered. Sueton. in August. cap. 35. & Claud. cap. 14. Theoph. habet, ἐν ἑξαυθίαις διατάξεσι. ^g Fac. l. 41. hic & l. Exactores. C. eod. ^h III. excusatio. Ant. Aug. lib. singul. ad Mod.

publicum^a munus esse. Sed adōptiui^b liberi non profunt: in adoptionem autem dati, naturali patri profunt. Item nepotes ex filio profunt, vt in locum patris sui succedant^c †: ex filia, non profunt. Filij autem superstites tantū ad tutelæ, vel curæ muneris excusationem profunt: defuncti autem non profunt. Sed si in bello amissi^d sunt: quæsitum est, an profint. Et constat eos solos prodesse, qui in acie amittuntur. hi enim, qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur^e.

¶ De administratione rei fiscalis.

1 Item diuus Marcus in Semestribus^f rescriptis, eum, qui res fisci administrat, à tutela, vel cura, quandiu administrat, excusari posse.

¶ De absentia rei. causa.

2 Item qui Reipublicæ causa absunt, à tutela, vel cura excusantur. Sed & si fuerint tutores, vel curatores dati, deinde Reipublicæ causa abesse cœperint^h: à tutela, vel cura ex-

cusantur,

cusantur, quatenus Reipublicæ causa ab-
sunt: & interea curator loco eorum datur.
qui si reuersi fuerint, recipiunt onus tutela.
nam nec anni habent vacationem, vt Papi-
nianus libro quinto Responsorum scripsit.
nam hoc spatium habent ad nouas tutelas
vocati.

^a III. excu-
satio. Fac. l.
17. §. Is, qui.
eod.

^b V. excusa-
tio, ex Marc.
l. 21. hic. Vt
de Nou. 22.

^c † Vel ma-
xima eorū
parte l. pro-
pter litem.
D. h. r.

^d VI. Excusa-
tio. Imò tu-
tela & na dif-
fusa & nego-
tiosa excu-
sat. l. 31. hic.

^e † Non ho-
noraria. l.
ααδοντα.
15. §. εαν οτ ης
πύλεως. D.
h. r.

^f † Sensu
est: vna cen-
setur esse tu-
tela plurimū
pupillorum,
vel cura,
(sub. plurimū
adolescētū)

quæ ad eadē
& cōmunia
bona perti-
nent.

^g VII. excu-
satio, ex Vlp.
l. 7. hic.

¶ De potestate.

3 Et qui potestatem ^a aliquam habent,
se excusare possunt, vt diuus Marcus rescri-
psit: sed susceptam tutelam deserere non
possunt.

¶ De lite cum pupillo, vel adulto.

4 Item ^b propter litem, quam cum pu-
pillo, vel adulto tutor, vel curator habet,
excusari non potest: nisi fortè de omnibus
bonis ^c †, vel hereditate controuersia sit.

¶ De tribus oneribus tutela vel cura.

5 Item ^d tria onera tutelæ ^e † non adfe-
ctatæ, vel curæ, præstant vacationem, quan-
diu administrantur: vt tamen plurium pu-
pillorum tutela ^f †, vel cura eorundem bo-
norum, veluti fratrum, pro vna compu-
retur.

¶ De paupertate.

6 Sed & propter paupertatem ^g excusa-
tionem tribui, tam diuis fratres, quam per se
diuus Marcus rescripsit, si quis imparem se
oneri iniuncto possit docere.

*VIII. excu-
satio, ex Mo-
dest. l. 13. §.
Vlt. hic, & l.
2. §. Corpor-
ris. De Va-
ca. mun.*

*b † Non igitur
quacumq;
valetudo ex-
cusat. l. 10. §.
Vlt. D h. t.*

*c IX. excusa-
tio, eorū scz.
qui pingere
litteras seu
elementa,
aut legere
nesciunt. Cōt.
Fac. leg. 6. §.
Vlt. hic. Sue.
in Claud. c.
10. Nescire
litteras. So-
cat nō posse
pingere.*

*d † Hac par-
ticula hoc lo-
co est excep-
tionis nota
l. 6. §. Vlt. D.
cod.*

*e X. excusa-
tio, ex l. 6. eo.*

*f XI. excusa-
tio. Fac. l. 6.
§. Dat. hic.*

*g XII. Excusa-
tio, ex d. l.
6. §. Prat.*

¶ *De aduersa valetudine.*

7 Item propter aduersam valetudinem^e, propter quam ne suis quidem negotiis interesse potest^b † excusatio locum habet.

¶ *De imperitia literarum.*

8 Similiter eos, qui literas nesciunt^e, esse excusandos diuus Pius rescripsit: quanuis^d † & imperiti literarum possint ad administrationem negotiorum sufficere.

¶ *De datione propter inimicitias, & de tutore qui testatori consensit.*

9 Item si propter^e inimicitias aliquem testamento tutorem pater dederit, hoc ipsum præstat ei excusationem: sicut per contrarium non excusantur, qui se tutelam administraturos, patri pupillorum promiserant.

¶ *De ignorantia testatoris.*

10 Non esse autem admittendam excusationē eius, qui hoc solo vitur, quòd ignotus patri pupillorum sit, diui fratres rescripserunt.

¶ *De inimicitis cum patre pupilli vel adulti.*

11 Inimicitia^f, quas quis cum patre pupillorum, vel adultorum exercuit: si capitales fuerunt, nec recōciliatio interuenit, à tutela, vel cura solent excusare.

¶ *De status controuersia à patre pupilli illata.*

12 Item^g is, qui status controuersiam à pupillorum patre passus est, excusatur à tutela.

De

¶ De etate.

13 Item^a maior septuaginta annis à tutela & cura se potest excusare. Minores autem viginti quinque annis, olim quidem excusabantur: nostra autem constitutione,^b prohibentur ad tutelam, vel curam adspirare: adeò vt nec excusatione opus sit. Qua constitutione cauetur, vt nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus: quum sit in ciuile eos, qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, & ab aliis reguntur, aliorum tutelam, vel curam subire.

^a XIII. excus. ex Vlpia. l. 3. De iur. immunit.
^b Est in l. & l. C. De leg. tut.

^c XIII. excusatio, ex An. o. l. 8. C. De leg.

^d XV. excusatio, ex Mo. d. l. 6. hic:

quã explicat Vlp. l. 8. § pen. De muner. & hon.

¶ De militia.

14 Idem^c & in milite obseruandum est, vt nec volens ad tutelæ onus admittatur.

¶ De grammaticis, rhetoribus, & medicis.

15 Item^d Romæ grammatici, rhetores^e, & medicis, & qui in patria sua has artes exercent, & intra numerum 8 † sunt, à tutela & cura habent vacationem.

^e Oratores vocat. Paul. l. 6. §. Philo. sophi. hic.

^f De his Vlp. l. 1. §. Medicorum. De var. & ext. cog.

¶ De tempore & modo proponendi excusationes.

16 Qui autem vult se excusare, si plures habeat excusationes, & de quibusdam non probauerit, aliis vti intra tempora^b constituta non prohibeturⁱ †. Qui autem^k excusare se volunt, non appellant, sed intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognoue-

^g † De quo. l. 6. D. h. t.

^h Quinquaginta dies, l. 38. hic.

ⁱ † Nihil obstat. leg. 13. §.

scire. D. h. t. si pro aut accessit legas qui accessit. auctore vet. Exemplari Germani Colladonij Iurisconsulti clarissimi, & Græco contextu. ^k Ex Mod. l. 13. hic.

rint se esse tutores, vel curatores datos, se
 excusare debent, cuiuscunque generis sint,
 id est, qualitercunque dati fuerint tutores, si
 intra centesimum^a lapidem sunt ab eo lo-
 co^b, vbi tutores dati sunt. Si verò vltra cente-
 simum lapidem habitant, dinumeratione fa-
 cta viginti millium^c diurnorum, & amplius
 triginta dierum: qui tamen (vt Scauola dice-
 bat) sic debent computari, ne minùs sint,
 quàm quinquaginta dies.

*Vlp. l. 3. De
 Verb. signif.
 Vbi Alciat.
 Scilicet, &
 bi tutores e-
 lecti sunt. d.
 leg. 3.*

*Hic. §. mu-
 tilatus est,
 repetere ex d.
 l. 21 §. pen.
 hic.*

*† Hic. §. eò
 spectat, vt in
 telligamus
 excusatione
 non admitti
 pro parte
 patrimonij.*

*cuius regu-
 la exceptio
 traditur in
 l. propter li-
 tē. 21. D. h. t.*

*l. Curator.
 C. De tut.*

*Bonis, qua
 vxor sibi re-
 tinuit. Vide
 Gell. lib. 17.
 cap. 6. De
 seruis rece-
 ptis.*

*† Et debere
 l. 1. f. D. hoc
 tit. quia nec
 dari debuit.*

l. virum. 14. D. de cur. furio. l. 2. C. quida. tuto. poss.

¶ *De excusatione pro parte patrimonij.*

17 Datus^c autem^d † tutor, ad vniuersum
 patrimonium datus esse creditur.

¶ *De excusationibus propriis curato-
 rum. De tutelæ gestione.*

18 Qui tutelam^e alicuius gessit, inuitus
 curator eiusdem fieri non compellitur: in
 tantum, vt licet paterfamilias, qui testamen-
 to tutorem dedit, adiecerit se eundem cura-
 torem dare, tamen inuitum eum curam sus-
 cipere non cogendum, diui Seuerus & An-
 toninus rescripserunt.

¶ *De nuptiis.*

19 Idem rescripserunt, maritum vxoris
 suæ caratorem datum, excusare se posse †
 licet se immisceat.

¶ *De falsis allegationibus.*

20 Si quis^f autem falsis allegationibus
 excusationem tutelæ meruerit, non est libe-
 ratus onere tutelæ.

DE SUSPECTIS TUTORIBUS, vel curatoribus.

TITVLVS XXVI.

¶ Unde suspecti crimen descendat.

SCIENDVM est, suspecti crimen^a ex lege duodecim tabularum descendere.

¶ Qui de hoc crimine cognoscunt.

1 Datum est autem ius remouendi tutores suspectos, Romæ Pratori, & in prouinciis^b Præsidibus earum, & Legato^c † Proconsulis.

¶ Qui suspecti fieri possunt.

2 Ostendimus, qui possint de suspecto cognoscere. nunc videamus, qui suspecti fieri possint. Et possunt quidem omnes tutores fieri suspecti: siue sint testamentarij, siue nō sint, sed alterius generis tutores. Quare et si legitimus fuerit tutor, accusari poterit. Quid si patronus? Adhuc idē erit dicendum: dummodō meminerimus, famæ patroni^d parcendum^e † esse, licet vt suspectus remotus fuerit.

¶ Qui possunt suspectos postulare.

3 Consequens est, vt videamus, qui possint suspectos postulare. Et sciendū est, quasi publicam esse hanc accusationem, hoc est, omnibus parere. Quinimo mulieres admittuntur ex rescripto Diuorum Sæuri & Antonini: sed hæc sola, quæ pietatis^f necessitu-

^a Theophil. habet, κατηγοριαν.

^b Ex Vlp. l. i. eo. fac. l. pen.

D. offi. i. cui man. est

su. Anton. Aug. Emēd.

lib. i. c. 8. l.

^c † Postquā mandatū in

ris d. et. nonē suscipit. l. i.

§. damus. D.

h. t. Potest i-

gitur hoc le-

gato māda-

ri à Procon-

sule. l. 4. de

offic. et. quā

uis à præside

qui legatū

non habet,

mādari ne-

queat. l. i. §.

suspecti. ad

Imp. d. Tit. de ob-

seq. à liber. §. liber. t.

per §. pat. pr. st.

† Non signi-

ficata cur. §. a

remotionis.

l. 4. p. D. h. t.

Fac. l. Feminis. De procur. l. i. c. De neg. gest.

^a† Al. pietate necessitudinis.

dine^a † ductæ, ad hoc procedunt: ut puta mater, nutrix quoque, & auia. potest & soror. Sed & si qua alia mulier fuerit, quam Prætor propensa pietate intellexerit, sexus verecundiam^b non egredientem, sed pietate productam, non sustinere iniuriam pupillorum: admittet eam ad accusationem.

^b Fac. l. 21. C. De procur. l. 1. §. Sexum. De postul. Valer. Max. lib. 1. cap. 3.

^c Qui fraudulenter & callidè in rebus pupilli versatur. l.

Si creditores. De priuil. credit.

^d† Nota improprietatis l. 4. §. & lrim. D. h. t.

^e Iudicio tutela, mand. depof. condemnatus infamis est,

tit. De pœnâ tem. litig.

M. Tull. pro Cacin.

^f Theoph. habet, παρρησια. ex Vlp. l.

3. §. & l. hic.

^g Theophil. habet, ἐνέρι. d. leg. 3. §. Quum. C. eod.

^h† Leuis culpa non infamat: lata culpa infamat, quia dolo comparatur. leg. quod Nerua 32. D. depof.

4 Impuberes non possunt tutores suos suspectos postulare: puberes autem, curatores suos ex consilio necessariorum suspectos possunt arguere: & ita diui Severus & Antoninus rescripserunt.

¶ *Quis dicatur suspectus.*

5 Suspectus autem est, qui non ex fide tutelam gerit, licet solvendo sit, ut Iulianus quoque scripsit. Sed & antequam incipiat tutelam gerere tutor, posse eum quasi^d† suspectum remoueri, idem Iulianus scripsit: & secundum eum constitutum est.

¶ *De effectu remotionis.*

6 Suspectus autem remotus, si quidem ob dolum famosus^e est: si ob culpam, non æquè^b†.

¶ *De effectu accusationis.*

7 Si quis autem suspectus postuletur: quoad cognitio finiatur, interdicitur ei administratio, ut Papiniano visum est.

¶ *Quibus modis cognitio finitur.*

8 Sed si suspecti cognitio suscepta fuerit,

posteaque tutor, vel curator decesserit^a: extinguitur suspecti cognitio.

¶ *Situtor copiam sui non faciat.*

9 Si quis^b tutor copiam^c sui non faciat, vt alimenta pupillo decernantur^d: cauetur epistola diuorum Seueri & Antonini, vt in professione bonorum eius pupillus mittatur: & quæ mora, deteriora futura sunt, dato curatore distrahi iubentur. Ergo vt suspectus remoueri poterit, qui non præstat alimenta.

¶ *Si neget alimenta decerni posse, vel tutelam redemerit.*

10 Sed si quis præsens negat propter inopiam alimenta posse decerni, si hoc per mendacium^e dicat, remittendum eum esse ad præfectum vrbi^f puniendum, placuit: sicut ille remittitur, qui data pecunia ministeriũ & tutelæ acq̃uierit, vel redemerit.

¶ *De liberto fraudulenter administrante.*

11 Libertus quoque, si fraudulenter tu-

specti, id solum intendimus, vt tutor remoueat, quò finita hoc modo tutela, deinde tutela cum actione conueniamus, qui nõ ex fide bona tutelam gessit. Alio igitur modo finita tutela, quàm remotione suspecti, quid opus est vel suspecti agere, vel suspecti actionem peragere? ^b Ex l. 7. §. 1. eod. ^c Dolo absens, non iusta de causa. ^d A Pratore, qui ea decernere solebat. l. 3. Vbi pup. educ. fac. l. 3. §. tutor. eod. ^e Quid mendacium dicere, & mentiri differant. Gell. lib. 11. cap. 11. Cuius differentia hic ratio nõ habetur. ^f Cui criminum omnium cognitio, & animaduersio competebat l. 1. §. item solent. De offic. Præf. Urbis. ^g Hæc verba acq̃uierit, vel absunt à Ver. lib. Reliqua autem sic iudicio Cuiacij restituenta sunt. Data pecunia ministeriis, tutelam redemerit, vt in l. 3. §. Tutor. D. eod. tit. Ministeriis autem, id est, Officialibus & ministris Prætoris, per quos fit inquisitio.

^a Idem Iuris est si quouis alio modo finita tutela fuerit. l. pen. D. eod. tunc enim aduersus tutorem sufficit tutela actio, quæ famosa est a quæ de suspecti actio ob dolis secuta con-

dênatione. Suspecti agi non p̃ndente administratione tutela: quia interim tutela agi non potest. Actio ne quæ sit

^a In *Vet. ad-*
ditur, vel cu-
ram.

^b *Vet.* Suspe-
ctum enim
cum.

^c *Quia non*
rantiū fi-
des, sed etiā
diligentia à
tutore exigi
tur, ideo que
dolū & cul-
pā præstat.

^d † *Addit*
quali suspe-
ctus: *quia ob*
aliā caus-
sim remoue
ri posset. Ve-
luti quia non satis det. l. 2. C. de tut. vel cur. qui sã, non de.

telam^a filiorum, vel nepotum patroni ges-
sisse probetur, ad Præfectum Urbis remittitur
puniendus.

¶ *Si suspectus satis offerat: & quis*
dicatur suspectus.

12 Nouissimè autem sciendum est, eos,
qui fraudulenter tutelā administrant, etiam
si satis offerant, remouēdos esse à tutela: quia
latitatio tutoris propositum maleuolum
non mutat, sed diutius grassandi in re fami-
liari facultatem præstat. Suspectum etiam
eum putamus, qui moribus talis est, ut suspe-
ctus sit. Enimvero tutor, vel curator, quan-
uis pauper sit, fidelis tamen & diligens^c, re-
mouendus non est quasi suspectus^d †.

CONTINUATIO LIB. II. ex Wesembecio.

TRansgreditur secundo libro Imper. ad alterū iuris obiectum:
videlicet Res ipsas, de quibus ius personis dicitur. Rerum au-
tem duplex est causa, de qua quæri & ius dici solet: videlicet domi-
nia, & obligationes. De dominiis primo loco tractatur: cum quia
natura priora sunt, l. 1. De acqui. re. do. l. 5. de iust. & iur. tum quo-
niam ex dominiis obligationes & actiones oriuntur, velut effe-
ctus ex causa. §. 1. j. de Act.



INSTITVTIO- NUM IVRIS DIVI IVSTINIANI.

LIBER II.

DE RERVM DIVI- sione^a, & acquirendo ipsa- rum dominio.

TITVLVS I.

¶ *Continuatio: & duplex rerum diuisio.*



VPERIORE libro de iure personarū exposuimus, modo videamus de rebus: quæ vel in nostro patrimonio^b, vel extra patrimonium nostrum habentur. Quædam^c enim naturali

^a In manus scriptis & apud Theoph. desunt, Et acq. re. do.

^b Patrimonium bona paterna significat, matrimonium bona materna. Sen. ii. i. de benefic. c. 3. quia latè patentis matrimonij sit, & c. qui tamē locus ab Erasmo deprauatus illic est. nam & apud Sueton. Tran-

quillum, & Valerium Maximum ita matrimonium accipi alij quidam annotarunt. Hoc autem in loco in patrimonio, id est in bonis. Seruitutes propriè ex bonis non sunt, l. i. D. de & usufruct. leg. et quia certè non sunt etiam omnino extra bona, magis est ut bonis annumerentur. Igitur non ea tantū quæ sunt, sed etiā quæ intelliguntur, id est, incorporata in bonis nostris, computantur. † Seruitutes per se neq; sunt in bonis, neq; extra bona: quia per se non consistunt, sed considerari debent, quæ rebus corporalibus nituntur. l. 47. de contrah. emp. l. 10. §. hoc iur. de & surp. ^c Ex Mart. l. 2. hic.

Iure communia sunt, omnium, quædam publica, quædam vniuersitatis, quædam nullius, pleraque singulorum, quæ ex variis causis cuique acquiruntur, sicut ex subiectis apparerebit.

^a Id est, Gentium: nam illo Iure naturali quod animantibus. ceteris commune est, cessat hæcerum differentia.

^b † Flumen ipsum, quod nisi ab eum mutet, semper in eodem loco manet, publicum est. §. prox. j. sed aqua profluens est communis: quia non manet, sed procul fluit extra ditionem eius, cuius est

¶ De aere, aqua profluente, mari, litore, & ædificiis in litore positis.

I Et quidem naturali ^a iure communia sunt omnium hæc, aer, aqua ^b † profluens ^c, & mare, & per hoc litora ^d † maris. Nemo igitur ad litus maris accedere prohibetur: dum tamen à villis ^e, & monumentis, & ædificiis abstineat: quia non sunt Iuris gentium, sicut est mare.

¶ De fluminibus, & portibus.

2 Flumina autem omnia, & portus publica sunt. ideoque ius piscandi omnibus commune est in portu fluminibusque.

¶ Definitio litoris.

3 Est autem litus maris, quatenus hypernus fluctus maximus excurrit.

¶ De usu, & proprietate riparum.

4 Riparum ^b quoque usus publicus est ⁱ † Iu-

flumen, ut ad mare tandem perueniat. ^c Theophil. τὸ ὕδωρ ἀέννητον. ex Martiano in leg. 3. hic. & quicquid in eis capitur. ^d † Exceptis his, quæ sunt populi R. l. 3. D. ne quid in loc. pub. ^e Casus vocat Caius l. 5. in fi. hic Theophil. κῶμῳ. † Est autem Villa ædificium rusticum. l. fundi. 211. D. De Verb. signif. ^f Publicis non priuatis. l. 13. §. Si quis. De iur. ^g Ex Cels. l. 96. & labol. l. 112. De Verb. significat. Tull. in Topic. ^h Ex Caio in l. 5. π. hoc titul. ⁱ † Publicus est iure gentium: non tamen est iuris gentium: nam iuris gentium dicuntur, quæ sunt omnium gentium communia, et in §. litorum. j.

regentium, sicut ipsius fluminis. Itaque naues ad eas adpellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen navigare, sed proprietas earum illorum est, quorum prædiis hærent: qua de caussa arbores quoque in eisdem natæ, eorundem sunt.

¶ *De usu & proprietate litorum.*

5 Litorum quoque usus publicus est ^a & Iuris gentium, sicut & ipsius maris. & ob id cuilibet liberum est, casam ibi ponere, in quam se recipiat, sicut retia ficcare, & ex mari deducere. Proprietas autem eorum potest intelligi nullius esse: sed eiusdem Iuris esse, cuius & mare, & quæ subiacet mari, terra vel arena.

¶ *De rebus uniuersitatis.*

6 Uniuersitatis ^b sunt, non singulorum, quæ in ciuitatibus sunt, theatra, stadia, & his similia, & si qua alia sunt communia ^c ciuitatum.

¶ *De rebus nullius.*

7 Nullius ^d autem sunt res sacræ, & religiosæ, & sanctæ. quod enim diuini Iuris est, id nullius in bonis est.

¶ *De rebus sacris.*

8 Sacræ ^e res sunt, quæ ritè per Pontifices Deo ^f consecratæ sunt: veluti ædes sacræ, & donaria, quæ ritè ad ministerium Dei designantur. significari ait locum in quo dona asservantur: quod refellitur eo quia hic subiicitur, hæc alienari posse: quod in loco sacro non obtinet. ^{h. de sacra. x. de contr. emp. Wesemb. Theoph. dōpa vertit.}

dicata sunt: quæ etiam per nostram constitutionem alienari & obligari prohibuimus, excepta causa redemptionis captiuorum ^a. Si quis autem auctoritate ^b sua quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum. Locus autem, in quo ædes sacræ sunt ædificatæ, etiam diruto ædificio, sacer adhuc manet, vt & Papinianus scripsit ^c.

¶ *Derelictio.*

9 Religiosum locum vnusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert ^d † in locum suum. In communem autem locum purum inuito ^e socio inferre non licet. in commune verò sepulcrum etiam inuitis cæteris licet inferre. Item si alienus vusufructus est, proprietarium placet, nisi consentiente usufructuario, locum religiosum non facere. In alienum locum & consentiente domino licet inferre. & licet postea ratum non habuerit ^h, quàm illatus est mortuus, tamen locus religiosus fit.

¶ *Derebus sanctis.*

10 Sanctæ quoque res, veluti muri & portæ ciuitatis ^k †, quodammodo diuini iuris

^a Vlp. huius loci interpretem habes. l. 2. §. Si & ssi. Derelig. ^b Ex Mart. d. l. 6. Anton. August. ibid. ^c Non habuerit. Negatiua hac lectio potest defendi, vt sufficiat ab initio consensisse: Sed Florentina Digesta in l. in tantum §. Religiosi. eod. vnde hoc sumptum est, & ipse Theoph. habet affirmatiuam lectionem: quam approbat Cont. Et sensus sit ratihabitionem aquiri mandato. l. 153. Derelig. iur. ^d Ex Casio. l. 1. §. Mart. l. 8. & Vlp. l. 9. hic. Vnde Macrobius. Satur. lib. 3. cap. 3. de loco sacro, profano & sancto. ^e † Al. portæ, quodammodo.

sunt,

sunt, & ideo nullius in bonis sunt. Ideo autem muros sanctos dicimus, quia pœna^a capitis constituta est in eos, qui aliquid in muros deliquerint. Ideo & legum eas partes, quibus pœnas constituimus aduersus eos, qui contra leges fecerint, Sanctiones^b vocamus.

¶ *De rebus singulorum.*

11 Singulorum autem hominum multis modis res fiunt. quarundam^c enim re- rum dominium nascitur iure naturali^d †, quod (sicut diximus^e †) appellatur Ius gentium^f: quarundam verò iure ciuili. Commodius est itaque à vetustiore Iure incipere. palàm est autem vetustius esse Ius naturale, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit. Ciuilia autem Iura tunc esse cœperunt, quum & ciuitates condi, & magistratus creari, & leges scribi cœperunt.

¶ *De occupatione ferarum.*

12 Ferae igitur bestia, & volucres, & pisces, & omnia animalia, quæ mari, calo & terra nascuntur, simul atque ab aliquo capta^h fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt. quod enim antè nullius est, id naturalitate occupanti conceditur. nec inter est, feras bestias, & volucres vtrum in suo

^a l. <. π. eod.

^b l. Sanctio legum. 41. π. de pœn.

^c Ex Cuius. l. 1. De acq. dom.

^d † Id est, iure gentium secundario. l. 5. de iust. & iur. ius gentium primarium ad præteritum pertinet. l. 2. eod.

^e † In definitione iuris gent. §. 1. supra de iur. natu.

^f §. Vendita. in l. 51. De

contr. empt.

^g l. 5. ff. de iust. & iur. e.

^h Opponuntur hic animantibus domesticis ac cicuribus.

Sumpta a. hac sunt, ex

l. 1. §. <. de acqu. re. do. & ubi Caius cælo capiuntur dixit, quod hic cælo nasci, & in aere viuant, dicitur. ⁱ lege scilicet orationis. Gen. 1. 9. Rationis insita, Cic. lib. 1. Offic.

*Aer enim
cōmunis est
est & b¹, in
quo volu-
eres degunt,
& fera & a-
gantur per
terram, non
tamē illi co-
herent. Di-
uersum est
in piscibus,
qui nō aere
cōmuni, sed
aqua alie-
na continen-
tur, & inde e-
ius pars sūt.
l. funes. 16.
ff. de actio.
empt. Vide
Wes.*

*Proculus
habet, laxi-
tatem. l. 55.
& Vlp. l. 37.
hic.*

*Sublata
spe, muta-
tur dominij
caussa. l. 44.
n. eo. Hodie
spectada est
loci in consuetudo. Wes. & Myns. ^d Trebatius, scz. Ex Caiol. 5. De
acqu. rer. dom. ^e Causa habet, plerique, l. 5. §. 1. hic. ^f Neq³ man-
sueti, neq³ feri generis esse tradit Plin. lib. II. cap. 5. Feram tamen
naturam esse putauit Causus in d. l. 5. §. Apium. De acq. do. Unde hic
§. est descriptus. ^g In hunc §. vide declamationem elegantem
Quintilianus De apibus pauperis.*

*loci in consuetudo. Wes. & Myns. ^d Trebatius, scz. Ex Caiol. 5. De
acqu. rer. dom. ^e Causa habet, plerique, l. 5. §. 1. hic. ^f Neq³ man-
sueti, neq³ feri generis esse tradit Plin. lib. II. cap. 5. Feram tamen
naturam esse putauit Causus in d. l. 5. §. Apium. De acq. do. Unde hic
§. est descriptus. ^g In hunc §. vide declamationem elegantem
Quintilianus De apibus pauperis.*

fundo quis capiat, ^a an in alieno. Planè qui
alienum fundum ingreditur venādi, aut au-
cupandi gratia, potest à domino, si is præui-
derit, prohiberi ne ingrediatur. Quicquid
autem eorum ceperis, eousque tuum esse in-
telligitur, donec tua custodia coercetur.
Cùm verò tuam euaserit custodiam, & in li-
bertatem ^b naturalem sese receperit, tuum
esse definit, & rursus occupantis fit. Natu-
ralem autem libertatem recipere intelli-
gitur cùm vel oculos tuos effugerit, vel ita sit
in conspectu tuo, vt difficilis sit eius perse-
quutio

¶ De vulneratione.

13 Illud quæsitum est, an si fera bestia ita
vulnerata sit, vt capi possit, statim tua esse in-
telligatur. Et quibusdam ^d placuit statim esse
tuam: & eousque tuam videri, donec eam
persequaris. quòd si desieris persequi, desine-
re esse tuam, & rursus fieri occupantis. Alij ^e
verò putauerunt non aliter tuam esse, quàm
si eam ceperis. Sed posteriorem sententiam
nos confirmamus, quòd multa accidere so-
leant, vt eam non capias.

¶ De apibus.

14 Apium quoque & fera natura est. Ita-

que apes, quæ in arbore tua confederint, antequam à te alueo^a includantur, non magis tuæ intelliguntur esse, quàm volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint. ideoque si alius eas incluserit, is earum dominus erit. Fauos quoque si quos effecerint, eximere quilibet potest. Planè integrare^b, si præuideris ingredientem fundum tuum, poteris eū iure prohibere, ne ingrediatur. Examen^c quoque, quod ex alueo tuo euolauerit, eousq; intelligitur esse tuum, donec in conspectu tuo est, nec difficilis persecutio eius est, alioquin occupantis fit.

¶ De pauonibus, & columbis, & cæteris animalibus mansuefactis.

15 Pauonium^d quoque, & columbarum fera natura est. nec ad rem pertinet, quòd ex consuetudine euolare & reuolare solèt. nam & apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam. Ceruos quoque quidam ita mansuetos habent, vt in siluam ire & redire soleant: quorum & ipsorum feram esse naturam, nemo negat. In iis autem animalibus, quæ ex consuetudine abire & redire solent, talis regula comprobata est: vt cousque tua esse intelligantur, donec animum reuertendi habeant. nam si reuertendi animum habere desierint, etiã tua esse desinunt, & fiunt occupantium. Reuertendi autem animum videntur desinere habere tunc, cùm reuer-

^a Theophil. habet σίμβλοις. Plin. lib. 21. c. 14.

Socat aluearia.

^b Id est priusquam ceperit.

^c Ex l. 5. §. Examen. De acqu. dom. Examē vocat nouam

illam apum sobolem ad inquirendas nouas sedes extrusam.

^d Ex d. l. 5. §. Pauonium. adde l. Si pauonem. 37.

Defurt. De ceruis mansuetis insignem exemplum est illius ceruæ

Sertorianæ: & apud Virgil. 7. Æneid. Ceruus erat forma, &c.

Feras na-

tura: nam in domesticis obtinet. §. seq.

Duabus Si tendi^a consuetudinem deseruerint^b

eribus Si Dd.
interpretan
tur: verum
fatius est in
d. cis arbi
trio ex cir
cūstātiis a
stimari. W.
b *Verò, nam*
ab alio Si,
Si, aliter de
zent, nihil
em nos no
stra maxēt.

c *Ex d. l. 5. §.*
Gallinarū.
Idem ineri
mus Verò
hic ei⁹ quòd
Plin. lib. 8.
cap. 53. affe
rit. Non in
subus tan
tiam, sed in
omnib. quo
que anima
libus, cuius
cunque ge
neris & illum

¶ *De gallinis & anseribus.*

16 Gallarum^c autem, & anserum non est fera natura: idque ex eo possumus intel ligere, quòd aliæ sunt gallinæ, quas feras vo camus: item alij sunt anseres, quos feros ap peilamus. Ideoque si anseres tui, aut gallinæ tuæ aliquo modo turbati turbatæve euola uerint, licet conspectum tuum effugerint, quocunque tamen loco sint, tui tuave esse intelliguntur: & qui lucrandi animo ea animalia detinet, furtum committere intel ligitur.

¶ *De occupatione in bello.*

17 Item^d ea, e[†] quæ ex hostibus capimus, iure gentium statim nostra fiunt: adeò quid em, ut & liberi homines in seruitutem no stram deducantur, qui tamen si euaserint nostram potestatem, & ad suos reuersi fue rint, pristinum statum recipiunt.

¶ *De occupatione eorum, quæ in litore inueniuntur.*

18 Item lapillis, & gemmæ s[†], & cæte ra^b †, quæ in litore^c maris inueniuntur, iure

est placitum, eiusdem inueniri & ferum. ^a Ex d. l. 5. & l. 7. cod.
^c † Mobilia scilicet, l. si captiuus 20. §. 1. D. de capt. & postl. ^f Ex
Flor. l. 3. ff. cod. ^g † Discrimen inter lapillos & gemmas docet. Vip.
ex Sab. & Seruio, in l. cum aurā. 19. §. pen. D. de au. & ar. leg. Re
prehenditur autem à Laur. Valla. 6. eleg. & lrim. & defenditur ab
Alc. lib. 4. de Verb. signif. ^h † Quæ sunt nullius: alioquin con
trā. §. & lrim. infrā. h. t. ⁱ Aut in ipso mari, vel aliis locis com
munitibus: non tamen idem in Viapub. l. 43. §. Quis alienam. De
furt. Gell. lib. 11. cap. & lrimo.

» naturali statim inuentoris fiunt.

¶ *De factu animalium.*

19 Item^a ea, quæ ex animalibus^b † domino tuo subiectis nata sunt, eodem Iure tibi acquiruntur.

^a Ex Flor. l. 6. l. 2. §. 7. §. 1. De acqu. dom.

¶ *De his, quæ ad flumina, & mare pertinent. De alluione.*

^b † Brutis, vel ancillis.

^c Ex l. 7. §. 1. ibid. fac. l. 1.

§. 3. C. De alluio.

20 Præterea^c quod per alluionem agro^d tuo flumen adiecit, Iure gentium tibi acquiritur. Est autem alluio incrementum latens. Per alluionem autem id videtur adijci, quod ita paulatim adijcitur, vt intelligi non possit, quantum quoquo temporis momento adijciatur.

^d Occupatorio (subaudi) vel artificiali: scilicet in limitatis aut assignatis agris. l. in agr. D. de acqu. re. do.

¶ *De vi fluminis.*

21 Quod si vis fluminis^e de tuo prædio partem aliquam detraxerit, & vicini prædio attulerit, palàm est eam tuam permanere. Planè si longiore tempore fundo vicini tui hæserit: arborésq; quas secum traxit, in eum fundum radices egerint: ex eo tempore videtur^f vicini fundo acquisitæ esse.

De quaestorij agris idè Iuris esse ait Flaccus Sicul^o quod de occupatorij agrorij enim alij ac-

¶ *De insula.*

22 Insulae, quæ in mari nata est (quod ra-

cupatorij seu artificia-

les, alij quaestorij, alij assignati ac diuisi & limitati alij redditus & communis: alij subiectus: alij centuriati, §. c. Et apud eundem Flaccum, lib. de Conditionibus agrorum reperies. C. ^e Acquisitio per alluionem, ex d. l. 7. §. Quod si vis. ^f † Flor. Dig. in l. adeo. 7. 1. de acqu. rer. do. habet videtur: §. paulò post, acquisita. sed lectio in numero multitudinis melior est: vt discantur acquiri arbores, non pars prædij: siquidem arbores sequuntur solum, non contra. ^g Ex d. l. 7.

^a *Tribus modis id accidit, Et Pomponius scribit. l. 30. §.*

Tribus. fac. l. 29. Et seq. § 6. De acq. rer. dom. Flin. lib. 2. cap. 86.

^b *Quo addominium. V.*

^c *Quid si non possident, quia totus ager fluminis iam occupatus fuerat. Imp.*

hunc casum pratermittit, quæ requirere, ex l. Alueo. §. si cuius. De acq. re. do. Cont.

^d *Qui prope ripam prædia*

possident, ripa sunt domini, Et insula nata in flumine, et edificij in flumine constructi, Et aluei derelicti. Ergo aluei mutatione diminutū amissum non restituitur: inundatione amissum restituitur, l. Si ager. l. Cum et sumfr. ff. Quibus mod. et sumfruct. amit. Sunt qui hac r. putant. l. Martius. Et l. Ergo. §. alluuius. D. de acq. rer. dom. inter se discordare, id secus est, nam l. Martius, est de aluei mutatione: §. alluuius, de inundatione. Cuiac. † Ratio iuris hoc docet, sed vix est, et obtineat cum equus sit, hunc alueum domino restitui. l. ad. o. 7. §. quod si toro. de acq. re. do.

rò accidit^a) occupantis^b fit: nullius enim esse creditur. At insula in flumine nata, (quod frequenter accidit) si quidem mediam partem fluminis tenet, communis est eorum qui ab vtraque parte fluminis prope ripam prædia possident: pro modo, scilicet, latitudinis cuiusque fundi, quæ prope ripam sit. Quòd si alteri proximior sit parti: eorum est tantum, qui ab ea parte prope ripam prædia possident. Quòd si aliqua parte diuisum sit flumen, deinde infra unitum, agrum alicuius in formam insulae redegerit: eiusdem permanet is ager, cuius & fuerat.

¶ De alueo.

23 Quòd si naturali alueo in vniuersum derelicto, ad aliam partem fluere cœperit: prior quidem alueus eorum est, qui prope ripam eius prædia possident^d, pro modo, scilicet, latitudinis cuiusque agri, quæ prope ripam sit: nouus autem alueus eius iuris esse incipit, cuius & ipsum flumen est, id est, publicus. Quòd si post aliquod tempus ad priorem alueum reuersum fuerit flumen, rursus nouus alueus^e eorum esse incipit^f †, qui pro-

pe ripam

per ripam eius prædia possident.

¶ *De inundatione.*

24 Alia^a sanè caussa est, si cuius totus ager inundatus fuerit. neque enim inundatio fundi speciem commutat. & ob id, si recesserit aqua, palàm est eū fundum eius manere, cuius & fuit.

^a Separat alluvionē ab inundatione: d. l. 7. §.

Aliud. De acq. rer. do. interpretatur Pom. l.

30. §. Alluvio. ibid.

^b Ex l. 7. §. cum quis. de acq. rer. do.

^c Acquisitio per accessionem. Materia autē hic dicitur, non quæ forma caret, sed cui nova forma attribuitur.

^d † suo nomine. l. 7. §. cum quis. de acqu. rer. do.

^e Est potio- nis genus, quod vini appellatio-

¶ *De specificatione.*

25 Quum^b ex aliena materia^c species aliqua facta sit ab aliquo^d †, quæri solet quis eorum naturali ratione dominus sit: vtrum is qui fecerit: an potius ille, qui materiae dominus fuerit, vt ecce, si quis ex alienis vis. aut oliuis, aut spicis, vinum aut oleum, aut frumentum fecerit: aut ex alieno auro, vel argento, ære vel vas aliquod fecerit: vel ex alieno vino & melle mulsum^e miscuerit, vel ex medicamentis alienis emplastrum^f, aut collyrium cōposuerit: vel ex aliena lana vestimentum fecerit: vel ex alienis tabulis nauem, vel armarium, vel subsellia fabricauerit. Et post multam Sabinianorum, & Proculianorum^g ambiguitatem, placuit media sententia existimantium^h, si ea species ad priorem & rudem materiam reduci possit, eum videri dominum esse, qui materiae dominus

ne contineri negavit Vlp. l. 9. De trit. & ind. Plin. lib. 14. cap. 6. 7.

§ 8. ^f Paul. in l. 18. §. 6. De fund. instr. Corn. Celsus. lib. 5. c. 17.

^g Diuersa & dissidens inter se prudentum schola. leg. 2. §. Post hunc. De orig. Iur. hi speciem seu formam, illi materiam spectabant. ^h Caij, scilicet, leg. 7. §. Cum quis. Callistrati leg. 12. §.

Pauli l. 24. De acqu. dom.

^a Nam materia qua ad pristinam speciem faciliè reduci potest, non videtur eam mutasse. l. quasitum, 38. §. 4. De legat. 3. Wesf.

^b In hoc exemplo aliquod à Triboniano commissum fuisse constat ex l. 7. §. Cui quis. De acquir. do.

^c Vinecnatis, vel domus facta, ad pristinam materiam. l. 2. Pand. eod. ^d † ac ne. ^e † Adhibenda tamen est eadem distinctio, qua adhibita est in superiori specie. l. latus. 12. §. 1. l. quicquid

27. §. Ultim. de acquir. rer. dom. Proculus. De acquir. rer. dom. cap. 7.

fuerit: si non possit reduci, eum potius intelligi dominum, qui fecerit. ut ecce, vas conflatum potest ad rudem materiam æris, vel argenti, vel auri reduci: vinum autem, vel oleum, aut frumentum^b, ad vvas, vel oliuas, vel spicas reuerti non^c potest. at^d † ne mullum quidem ad vinum & mel resolui potest. Quòd si partim ex sua materia, partim ex aliena speciem aliquam fecerit quis: veluti ex suo vino & alieno melle mullum miscuerit, aut ex suis & alienis medicamentis emplastrum, aut collyrium: aut ex sua lana & aliena vestimentum fecerit: dubitandum non est^e †, hoc casu eum esse dominum, qui fecerit: quum non solum operam suam dederit, sed & partem eiusdem materiae præstiterit.

¶ De accessione.

26 Si tamen^f alienam purpuram vestimento suo quis intexuerit, licet pretiosior sit purpura, tamen accessionis vice cedit vestimento: & qui dominus fuit purpuræ, aduersus eum, qui subripuit, habet furti actionem, & condictioem: siue ipse sit, qui vestimentum fecit, siue alius. nam extinctæ res, licet vindicari non possint, condici tamen à furibus, & quibusque aliis possessoribus possunt.

^f Est similis locus. l. 26. §. Vide Anton. August. lib. 3. cap. 7.

¶ De confusione.

27 Si duorum ^a materiae voluntate dominorum confusae sint, totum id corpus quod ex confusione fit, utriusque commune est: veluti si qui vina sua confuderint, aut massas argenti vel auri conflauerint. Sed & si diuersae materiae sint, & ob id ^b propria species facta sit: fortè ex vino & melle mulsum, aut ex auro & argento electrum ^c: idem iuris est. nam & hoc casu communem esse speciem non dubitatur. Quòd si fortuito, & non voluntate dominorum confusae fuerint, vel eiusdem generis materiae, vel diuersae, idem iuris esse ^d placuit.

^a Ex Caio. l. 7. §. Voluntas ibid. Obseruandum est Confusionem aut permutatione fieri, aut ferruminationem. Illa communionem ita demum inducit, si difficultas sit materiae separatio: ferruminationem non inducit communionem: plumbatura multo minus. nec enim plumbatura con-

¶ De commixtione.

28 Quòd si frumentum ^e Tirij frumento tuo mistum fuerit, si quidem voluntate vestra, commune est: quia singula corpora, id

fusionem facit. Caterum si quid per applumbaturam rei alienae accedat, ad exhibendum est actio: quia facile replumbari potest. Est & condictio, utri dictum est in §. Si tamē alienam: vindictio non est. Si per ferruminationem, non est ad exhibendum actio, quia referruminari non potest: est tamen condictio: est & in factum actio. l. in rem. §. Item quacumq. D. de rei vindic. id est utrius vindictio. Cum vero alia aliis per plumbaturam, vel ferruminationem non accedunt, sua cuiusque res manet. l. Quicquid. D. de acquir. re. dom. ideoq. integra est unicuique in rem actio: & hic igitur est actionum ordo, Vindicatio, Ad exhibendum, & in factum. I. C.

^b Diuersae enim substantiae res confusae, nonam speciem naturaliter efficiunt. Wes. ^c Aurum si licet cuius pars quinta est argentum. Plin. lib. 33. cap. 4. & 37. cap. 2. ^d Causa sic legit, sine negatione. d. l. 67. §. Voluntas. & Harm. lib. 2. tit. 1. Theoph. negatiue, quod non probat hoc loco C. ^e Sequitur de commixtione.

est, singula grana, quæ cuiusque propria fuerunt, consensu vestro communicata sunt. Quòd si casu id mistum fuerit, vel Titius id miscuerit sine tua voluntate, non videtur commune esse: quia singula corpora in sua substantia durant. Sed nec imago istis casibus commune fit frumentum, quàm grex intelligitur esse communis, si pecora Titij tuis pecoribus mista fuerint ^a. Sed si ab alterutro vestrum totum id frumentum retineatur, in rem quidem actio pro modo frumenti cuiusque competit: arbitrio autem iudicis continetur, ut ipse æstimet, quale cuiusque frumentum fuerit.

^a *Respectu enim domini nihil interest: quia utrobique quæ eadem corpora durant, durat etiam domini cuius causa non mutatur. l. rerum. 30. de Esucap.*

^b *Ex d. l. 7. §. cum in suo.*
^c *† Sine voluntate domini materia. l. de eod. 63. D. de donat. int. vir.*

^d *Non est, solo in lib. Vetere, sed et in §. quòd si partim, supra, non est miscuerit. Et in §. si tamen, ita legitur, siue ipse fur est qui vest. fecit. Et in §. cum ex aliena, ad rudem massam æris. vel argen. vel aur. red. Vinum autem aut oleum. quæ non adeò magni momenti sunt, et salua fide præteriri non potuerint.*

¶ *De his quæ solo cedunt. De edificatione in suo solo ex aliena materia.*

29 Cùm^b in suo solo aliquis ex aliena materia ædificauerit^c †, ipse intelligitur dominus ædificij, quia omne, quod solo^d inædificatur, solo cedit. Nectamen ideo is, qui materiæ dominus fuerat, definit dominus eius esse: sed tantisper neque vindicare eam potest, neque ad exhibendum de ea re agere, propter legem duodecim Tabularum, qua

cauetur

cauetur ne quis tignum^a alienum ædibus^b suis iunctū^c, eximere cogatur^d, sed duplum pro eo præstet, per actionem, quæ vocatur De tigno iuncto. Appellatione^e autem tigni omnis materia significatur, ex qua ædificia^f fiunt. Quod ideo provisum est, ne ædificia rescindi necesse sit. Quod si aliqua ex causa dirutum sit ædificium, poterit materiæ dominus, si non fuerit duplum iam consequutus, tunc eam vindicare^h, & ad exhibendum de ea reagereⁱ.

¶ De adificatione ex sua materia
in solo alieno.

30 Ex diuerso, si quis in alieno solo ex sua materia domum edificauerit, illius fit domus cuius & solum est. Sed hoc casu materiæ dominus proprietatem eius amittit, quia vo-

Aut sciens tignum alienum adibus iunxit, aut ignorans: si sciens, in duplu tenetur: præter duplu est etiã ad exhibendum actio, vel vindicatio, quasi dolo desierit possidere & hoc aperte traditur in l. 1. §. & l. 2. ff. de tigno iuncto. ignorans nec vindicatione re

netur, nec ad exhibendum actione, namque in eo cessat ille color, quasi dolo desierit possidere, sed in duplum tenetur pro tigni pretio, in illo, legitima actio pœnalis est: in hoc pœnalis esse non videtur. An & qui sciens scienti domino iunxit, ita ut dictum est tenetur? Minime gentium: quinimo hoc casu cessat lex xij. tabul. & ad exhibendum competit actio, ut soluta tigna vindicentur. l. De eod. D. de donat. inter vir. & vxor. Est ipso iure & omni casu ad exhibendum actio ac vindicatio: idq; scientes decem viri, tigna solus prohibuerunt ignorante domino inclusa, & dupli actionem pro tignis constituerunt. l. Qui res in fin. D. de solut. Cuiac. b Idẽ de gemma auro inclusa. l. Gemma. Ad exhib. c Al. Vincitum: & in Pandect. Flor. d Item & vineis, ne earum turbetur cultura. l. 1. De tigno iuncto. e l. Tigni. De verb. signif. l. Senatus de contrab. empr. f l. 6. Ne quid in loc. pub. g Et non antè. leg. qui res. §. vltim. 7. de solut. h Non obstante temporis præscript. l. in rem. 23. §. vltim. De rei vend. Wes. i Ut vendicari possit. leg. 1. 7. ad exhib.

^a Considera-
 ro exēti quā
 sequitur,
 quā actio-
 nem nō ha-
 bet. *Wesem.*
^b † *Nisi pro-
 bet se nō do-
 nandi auzi-
 mo edificaf-
 se. l. 2. C. de
 rei vind. Et
 ita hęc loca
 concilio.*
^c *Nam si non
 possideat, a-
 ctionem nul-
 lam habet, l.
 si in area.
 39. π. de con-
 dic. in deb.*
^d *Quia vult
 lucrari cum
 aliena iactu-
 ra. l. 2. §. ge-
 neraliter,
 De except.*
^e *Ideo hanc
 exceptionē
 habet, quia
 dolus cū do-
 lo compen-
 satur: & in
 pari causa melior est conditio domini possidentis. Vide We-
 sembecium. ^f *Iure soli, l. 25. De vsurp.* ^g *Quia necdum co-
 haret solo, nec facta est pars rei immobilis leg. 28. & 60. ff. eod.*
^h *Solo ita inhareat, & inde tota alatur. ⁱ † *Aliud iuris est
 si radices in vicini fundum non immiserit, quāuis inde ala-
 tur. l. 6. §. & l. D. arb. fur. & f.***

luntate eius intelligitur esse alienata^a, vtique
 si non ignorabat se in alieno solo ædificare:
 & ideo licet diruta sit domus, materiam ra-
 men vindicare non potest^b †. Certè illud
 constat, si in possessione constituto^c ædifi-
 catore, soli dominus perat domū suam esse,
 nec soluat pretium materiæ, & mercedes fa-
 brorum, posse eum per exceptionē doli mali
 repelli^d: vtique, si bonæ fidei possessor fuerit,
 qui ædificauit. Nam scienti alienum solū esse,
 potest obiici culpa, quòd ædificauerit tem-
 merè in eo solo, quod intelligebat alienum
 esse^e.

¶ De plantatione.

31 Si Titius alienam plantam in solo suo
 posuerit, ipsius erit. Et ex diuerso, si Titius suā
 plantam in Mæuij solo posuerit, Mæuij plan-
 ta erit: si modò vtroque casu radices egerit:
 antè enim quàm radices egerit, eius perma-
 net, cuius fuerat. Adeò autem ex eo tempo-
 re, quo radices egerit planta, proprietas eius
 commutatur: vt si vicini arbor ita terram Ti-
 tij presserit, vt in eius fundum radices^b ege-
 ritⁱ †, Titij effici arborē dicamus. ratio enim
 non permittit, vt alterius arbor esse intelli-
 gatur, quàm cuius in fundum radices egerit.

*pari causa melior est conditio domini possidentis. Vide We-
 sembecium. ^f *Iure soli, l. 25. De vsurp.* ^g *Quia necdum co-
 haret solo, nec facta est pars rei immobilis leg. 28. & 60. ff. eod.*
^h *Solo ita inhareat, & inde tota alatur. ⁱ † *Aliud iuris est
 si radices in vicini fundum non immiserit, quāuis inde ala-
 tur. l. 6. §. & l. D. arb. fur. & f.***

Et ideo

Et ideo prope confinium^a arbor posita, si etiam in vicini fundum radices egerit, communis fit^b.

¶ De satione.

32 Quæ ratione autem plantæ, quæ terre coalescunt, solo cedunt, eadem ratione frumenta quoque, quæ sata sunt, solo cedere intelliguntur. Cæterum sicut is, qui in alieno solo ædificavit, si ab eo dominus petat ædificium, defendi potest per exceptionem doli mali, secundum ea quæ diximus: ita eiusdem exceptionis auxilio tutus esse potest is, qui alienum fundum sua impensa, bona fide^c conseruit.

¶ De his, quæ quasi solo cedunt.

De scriptura.

33 Literæ quoque, licet aureæ sint, perinde chartis, membranæve cedunt^d, ac solo cedere solent ea, quæ in ædificantur, aut inferuntur. ideoque si in chartis, membranæve tuis carmen, vel historiam, vel orationem Titius scripserit, huius corporis non Titius, sed tu dominus esse videris. Sed si à Titio petas^e tuos libros, tuasve membranas, nec impensas scripturæ soluere paratus sis, poterit se Titius defendere per exceptionem doli mali, utique si earum chartarum, membranarumve possessionem bona fide nactus est.

de huius generis scriptura

inferioribus cedunt.

^e *b. e. rei vendicatione, vel actione ad exhibendum.*

^a Ita appellatur tota illa latitudo quinque pedum, de qua comperit actio finium regundorum.
^b Addit etiam Mari. pro regione cuiusque prædij. leg. 8. ibi.

^c Hoc add. ex Casio, in l. quaratione 9. ff. eod. Nã hæc exceptio tantum bonæ fid. possessori datur Vide We-semb.

^d Quasi solo, basi, & fundamento, quo sustententur. l. 3. §. interdum π. ad exhib. Super imposta enim, ait Caius (lib. 2. Inst. titul. 1.) in-

¶ *Depictura.*

34 Si quis in aliena tabula pinxerit, quidam putant tabulam picturæ cedere, aliis videtur picturam ^a (qualiscunque sit) tabulæ cedere, sed nobis videtur ^b melius esse, tabulam picturæ cedere. Ridiculum est enim picturam Appellis, vel Parrhasij ^c, in accessionem vilissimæ tabulæ cedere. Unde si à domino tabulæ imaginem possidente, is qui pinxit eam petat ^d, nec soluat pretium tabulæ, poterit per exceptionem doli mali submo- ueri. At si is, qui pinxit, eam possideat: con- sequens est, ut utilis actio domino tabulæ aduersus eum detur: quo casu, si non soluat im- pensam picturæ, poterit per exceptionem doli mali repelli: utique si bona fide possessor fue- rit ille, qui picturam imposuit. Illud enim pa- lam est, quod siue is, qui pinxit, subripuit ta- bulas, siue alius, cõperit domino tabularum furti actio.

^a Næpe Pau-
lo in l. In rē.
§. sed & id
quod. D. de
rei vind.
^b Hic Iustin.
Caij senten-
tiam ample-
ctitur, reie-
cta Pauli o-
pinione. l. 23.
De rei vind.
† Hac loca
conciliani
in tractatu
antimoniar-
rū, qui Deo
dante pro-
pedi emede-
tur.
^c Huius me-
minit. Plin.
lib. 35. cap. 9.
§. 10. Ark.
Dipnos. lib.
12. cap. 21.
Horat. lib. 4.
Odor. 8. O-
de.

^d Per rectam

¶ *De fructibus bona fide perceptis.*

35 Si quis à nō domino, quem dominum esse crediderit, bona fide fundum emerit, vel ex donatione aliave qualibet iusta ^b causā, æquè bona fide ⁱ acceperit: naturali ratio-

*Sindicacionem, inquit Caius, hoc tit. id est, directam, recte. dire-
ctæ enim tantum competit domino: at utilis, etiam non domino. l.
5. ff. De rei vind. c. Cuiac. manult autem. Quæ opinio bo-
nam fidem facit. l. 110. ff. De verb. signif. dum sit, scilicet, error.
facti, leg. 17. De his quibus ut indig. b. Et acceperit traditam.
Ut infra. h. Et ad dominum transferendum habili titulo. i. Quæ
presumitur l. pen. C. de eiusd.*

ne pla-

ne placuit fructus ^a†, quos percepit ^b, eius esse pro cultura & cura ^c. & ideo si postea dominus superuenerit, & fundum vindicet, de fructibus ab eo consumptis agere nō potest. Ei verò qui alienum fundum sciens possederit, non idem concessum est: itaq; cum fundo etiam fructus, licet consumpti sint, cogitur restituere.

¶ *Afructuario vel colono perceptis.*

36 Is verò ^d, ad quem vsusfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, quàm si ipse eos perceperit. Et ideo licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis decesserit, ad heredes eius non pertinent, sed domino proprietatis acquiruntur. Eadem ferè ^e† & de colono dicuntur.

¶ *Quæ sunt in fructu.*

37 In pecudum ^f fructu etiam foetus est, sicuti lac, pilus, & lana. itaque agni, hœdi, & vituli, & equuli, & fuculi statim naturali iure dominij fructuarij sunt. Partus verò ancillæ in fructu non est: itaque ad dominum pro-

^a † Tam naturales, quàm industriales si accepit titulo oneroso, veluti emptione. l. bona fidei. D. hoc est. alioquin naturales tantum. l. fructus. D. de vsur.

^b Quid sit fructus percipere, docet Labeo l. 78. de rei vindica.

^c Plus est cura quàm cultura: nã & ipsi fructus pecorum curari dicuntur. l. fructus §. nō solū. D. solut. matr. Vide Cuiac.

^d Hic §. cum superiorib. repetendus est, ex Iul. l. qui scit, de vsur. l. 13. Quibus modus vsusfruct. vel vsus. ^e † Particula ferè non παρέλκει, ut existimauit Theoph. sed indicat esse quasdam differentias inter colonum, & fructuarium. Fiunt enim fructus coloni, à quocunque percepti fuerint. l. si apes. 26. D. de furt. non sūt fructuarij, nisi ab ipso percepti sint. l. arboribus. 12. §. Iulianus. D. de vsufr. Item fructus pendentes quandoque pertinent ad heredem coloni. §. vltim. infra de locat. & conduct. nunquam verò transmittuntur ad heredem fructuarij. §. finitur. infra de vsufruct. ^f Ex Casol. 28. De vsur.

^a *Iure domini, & velut rei accessio. §. item. supr. eod.* prietatis pertinet ^a. Absurdum enim videbatur ^b, hominem in fructu ^c esse: quum omnes fructus rerum natura gratia hominis comparauerit.

^b *Videl. Ventus. D. de usufruct. l. 22.*

§. sed enim. ad Trebell. & Tull. lib. 1. De fato.

^c *Debet enim & salua rei & universitate, l. 1. ff. de usufr. quemad. ca.*

^d *Qua non amplius erunt in fructu, sed ad proprietatem pertinebunt. l. 58. §. hereditate. Ad Trebell. Wessemb.*

^e *† Thesaurus desinitur*

vetus quadam depositio pecunie, cuius non extat memoria, & iam dominum non habeat. l. nunquam. 31. §. 1. D. de acqu. rer. do. §. Vide Alc. lib. 7. par. cap. 1. §. Cuius habet proprietatem, eamque certam. h Idem Adrianus. Fratres imperatores contra. sic paulo post concessit, idem scilicet Adrianus: Gratia. Valent. & Theodosius contra. i loco) suo quoque, & proprio: que quisque, religiosum sua voluntate facere potest. G. k Quae verba ideo addita sunt, ne detur occasio violandorum sepulchrorum. lib. 10. C. tit. 15.

¶ De officio fructuarij.

38 Sed si gregis visum fructum quis habeat: in locum demortuorum capitum ex fructu fructuarius submittere ^d debet, (vt & Iuliano visum est) & in vinearum demortuarum, vel arborum locum alias debet substituere. Rectè enim colere, & quasi bonus pater familias vti debet.

¶ De inuentione thesauri.

39 Thesauros ^e †, quos ^f quis in loco suo inuenerit, diuus Adrianus naturalem æquitatem sequutus, ei concessit, qui eos inuenerit. Idemque ^h statuit, si quis in sacro aut religioso ⁱ loco, fortuito casu inuenerit. At si quis in alieno loco, non data ad hoc opera, sed fortuito ^k inuenerit, dimidium domino soli concessit, & dimidium inuentori. Et conuenienter, si quis in Cæsaris loco inuenerit, dimidium inuentoris, & dimidium esse Cæsaris statuit. Cui conueniens est, vt si quis in

fiscali

fiscaliloco, vel publico, vel ciuitatis^a inuen-
rit, dimidium ipsius esse debeat, & dimidium
fisci, vel ciuitatis.

¶ *Detraditione.*

40 Pertraditionem^b quoque iure natu-
rali res nobis acquiruntur. nihil enim tam
conueniens est naturali æquitati, quàm vo-
luntatem domini volentis rem suã in alium
transferre, raram haberi. & ideo cuiuscunq;
generis sit corporalis res, tradi potest, & à do-
mino tradita alienatur. Itaque stipendiaria
quoque, & tributaria prædia eodem modo
alienantur. Vocantur autem stipendiaria &
tributaria prædia, quæ in prouinciis sunt: in-
ter quæ, nec non & Italica prædia, ex nostra
constitutione^d, nulla est differetia: sed si qui-
dem ex causa^e † donationis, aut dotis, aut
qualibet alia ex causa tradantur, sine dubio
transferuntur.

41 Venditæ, & verò res & traditæ, non ali-
ter emptori acquiruntur, quàm si is vendito-
ri pretium soluerit, vel alio modo ei satisfac-
erit: veluti ex promissore, aut pignore dato.
quod quanquam cauetur ex lege duodecim
tabularum, tamen rectè dicitur & Iure gen-
tium, id est, Iure naturali & id effici. Sed si is,
qui vendidit, fidem emptoris sequutus^b fue-
rit, dicendum est, statim rem emptoris fieri.

^a *Supereſt*
vel ciuitatis.
nam mox ſe
quatur, &
dimidiũ fi-
ſci vel ciui-
tatis. Publi-
co igitur, id
eſt, populi
Romani vel
ciuitatum.

^b *Acquiſti-*
o per tradi-
tionem ex
Caſo. d. l. 9.
ibid. Fac. l.
Traditioni-
bus. C. de
paſt.

^c *Videntur*
ea fuiſſe,
quæ ab hoſti
b^o capta, po-
pulus Rom.
vel Princeps
dabat, quib.
onus tributa
erat ad ſcri-
ptum. Itali-
ca verò, ſeu
Italico iure
donata, pla-
nè immu-
nia erant.

^d *l. vnic. C.*

De ſucap. tranſfor. ^e † Traditio ſine cauſſa non tranſfert do-
minium. l. nunquam. 31. D. de acq. re. do. ^f *Pomp. in l. quòd ven-*
didi. De contrah. empt. ^g *Sic in §. Singulorũ S.* ^h *Pomp. in d.*
l. 19. habet, fidem habuerimus emptori ſine vlla ſatiſdatione.

*Inclusa de-
sunt apud
Theoph. &
Casum, & s-
deo quidam
delēdacēset.
b† Procurator
genera-
lis, cui sim-
pliciter re-
rum admi-
nistratio cō-
missa est, a-
lienare non
potest. l. 60.
l. 63. de pro-
cur. sed libe-
ra admi-
nistratio
permissa, a-
lienādi ius
habet, l. 58.
eod. modo nō
donationis
caussa id fa-
ciat. l. 28. §.
si filius. D.
de pact.
c Fac. Mod.
l. 67. de proc.
d Ex d. l. 9.
§. interdum.
e Proximi
vel quod sit
in cōspectu,
l. Clauibus.
De contrah. emp. f Res missiles vocat Suet. in Aug. c. 98. Calig.
c. 18. & Nerō. c. 11. Quarū immensam liberalitatē prohibuit Zeno.
l. 2. C. De Consul. Iust. Nouel. 105. ex Pomp. l. 5. Pro derelict.*

42 Nihil autem interest, vtrum ipse do-
minus tradat, alicui rem suam, an voluntate
eius alius, [cui^a eius rei possessio permissa sit.]
Qua ratione, si cui libera^{b†} vniuersorum ne-
gotiorum^c administratio permissa fuerit à
domino, isque ex his negotiis rem vendi-
derit, & tradiderit, faciet eam accipientis.

¶ *De quasitraditione. Si traditio ex
alia causa precesserit.*

43 Interdum^d etiam sine traditione, nu-
da voluntas domini sufficit ad rem transfe-
rendā: veluti si rem, quam tibi aliquis com-
modauerit, aut locauerit, aut apud te depo-
suerit, postea aut vendiderit tibi, aut donaue-
rit, aut dotis nomine dederit. Quauis enim
ex ea causa tibi eam non tradiderit, eo tamē
ipso, quòd patitur tuā esse, statim tibi acquiri-
tur proprietās, perinde ac si eo nomine tibi
tradita fuisset.

¶ *De traditione clauium.*

44 Item si quis merces in horreo deposti-
tas vendiderit, simul atq; clauēs horrei^e tra-
diderit emptori, transfert proprietatē mer-
cium ad emptorem.

¶ *De missilibus.*

45 Hoc amplius, interdum & in incer-
tam personā collata voluntas domini, trans-
fert rei proprietatem: vt ecce, Prætores &
Consules cū missilia^f iactant in vulgus,

ignorant,

ignorant, quid eorum quisque sit excepturus: & tamen quia volunt, quod quisque acceperit, eius esse, statim eum dominum efficiunt.

¶ *De habitis pro derelicto.*

46 Qua ratione verius esse videtur, si rem pro derelicto à domino habitam occupaverit quis, statim eum dominum effici. Pro derelicto autem habetur, quod dominus ea mente abiecerit, ut id in numero rerum suarum esse nolit: ideoque statim dominus eius esse desinit^a.

^a *Etiam pri- usquam res sit ab alio occupata, uti aduersus Proculum re- tē sensit Iu- lianus. l. 2.*

¶ *De iactis in mari leuandæ nauis caus- sa. De his quæ de rheda corrente cadunt.*

De his quæ pro derelict. G.

47 Alia^b sanè causâ est earum rerum, quæ in tempestate leuandæ nauis causâ eiiciuntur^c †. hæ enim minorum permanent: quia palàm est eas non eo animo eiici, quod quis eas habere nolit, sed quò magis cum ipsa nauis maris periculum effugiat. Qua de causâ, si quis eas fluctibus expulsi, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit^d. Nec longè videntur discedere ab his, quæ de rheda corrente non intelligentibus dominis cadunt.

^b *Ex Caio d. l. 9. §. vltim. Quem inter pretatur Iul. l. 83. Ad l. Rhod. de iact.*

^c † *Hæc non habentur pro derelicto. l. quod leuanda. 8. D. de le. Rhod. de iac. Nisi derelinquēdis animo iacta*

fuerit. leg. falsus. 43. §. pen. de furt. d Hunc locum interpreta- tur. Vlpian. l. 43. §. Si iactum. De furt.

DE REBUS CORPORALIBUS & INCORPORALIBUS^a.

TITVLVS II.

¶ Tertia rerum diuifio.

Hic titulus totus est de scriptus ex l. i. De rer. diuif.

^b *Cic. in Topic. Gell. lib. 5. cap. 15.*

^c *In iure, non in corpore: id est iura. l.*

Et habet. l. i.

D. de procur. l. Mauritius. §. fundo, de leg. 2. l.

Et. in fi. C. de præf. rip.

l. g. r. p. lura talia sunt,

feruitus, hereditas, das,

peculiū, possessio, obligatio: nam

hac omnia iuris nomi-

na sunt. He-

reditas igitur non est pecunia, sed successio. l. Nihil. de verb. signif.

id est, ius successionis. l. bonorum. 2. eo. At verò qualia sunt ea quæ

in iure consistunt: nec enim docet quot sint genera rerum incorpo-

ralium, sed qualia nummi, iura non sunt, res tamen incorporales

sunt: si quidem is, qui nummas debet, quantitatem debet, non corpora. l. Qui heredis. D. de cond. in d. l. Si is qui nummos. de solut. quæ lex citatur in l. Nam et si furt. §. Ultim. de rebus cred.

^d *Nam pro sed, et in l. inter stip. §. Sacram. De verb. obl. l. Stichio §. Sum fruct. De solut.*

QVÆDAM præterea res corporales sunt, quædam incorporales. Corporales hæc sunt, quæ sui natura tangi possunt: veluti fundus^b, homo, vestis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles. Incorporales autem sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea quæ in iure^c consistunt: sicut hereditas, vsusfructus, vsus, & obligationes quoquo modo contractæ. Nec ad rem pertinet, quòd in hereditate res corporales continentur. nam & fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt: & id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerunq; corporale est, veluti fundus, homo, pecunia. nam ipsum ius^d hereditatis, & ipsum ius vtendi fruendi, & ipsum ius obligationis incorporale est. Eodem numero sunt iura prædiorū urbanorum & rusticorum, quæ etiā feruitutes vocantur.

DE SERVITVTIBVS

rusticorum & vrbanoꝝ
prædiorum.

TITVLVS III.

¶ *De seruitutibus rusticis.*

RVSTICORVM ^a prædiorum iura sunt hæc: iter, actus, via, aquæ ductus. Iter est ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi ^b, vel vehiculum. Actus est ius agendi iumentum, vel vehiculum. Itaque qui habet iter, actum non habet: sed qui actum habet, & iter habet, eo que uti potest etiam sine iumento. Via est ius eundi & agendi ^c & ambulandi hominis. nam iter & actum ^d via in se continet ^e †. Aquæ ductus, est ius aquæ ducendæ per fundum alienum.

¶ *De seruitutibus vrbanis.*

I Prædiorum vrbanoꝝ seruitutes sunt hæc, quæ ædificiis in hærent: ideo vrbanoꝝ prædiorum dictæ: quoniam ædificia omnia vrbana prædia appellamus, etsi in villa ædificata sint. Item ^f vrbanoꝝ prædiorum seruitutes sunt hæc, ut vicinus onera vicini sustineat: ut in parietem eius liceat vicino tignum immittere: ut stillicidium, vel flumen & recipiat quis in ædes suas, vel in aream,

Ex Vlp. l. 1. ex Paul. l. 7. ex Modest. l. 12. eod.

^b *Iumento Vehi potest: iumentum agere non potest. iter est, quia homines: actus quia pecora transeunt.*

^c *Conna. notat. lib. 4. ca. 11. legendum*

Vehendi: alioquin superuacue hic iterum paulo post subiici, ambulandi.

^d *Qui actum habet, actum Syndicat, non iter & actum: qui viam ha-*

bet, aut viam Syndicat, aut iter simul & actum. Vide Cuiac. hic. ^e † Differentias inter viam & actum vide in l. sitam 13. D. de seruis. l. qui sella. 7. l. certo. 13. §. latitudo. de ser. rust. ^f Ex Casol. 2. hic. ^g Theoph. νόστρον, id est, canalem.

*Aut stilli-
cidium meo
iure non re-
cipio, aut in
re servitu-
tis. Meo iu-
re si non vi-
cino cessero
ius stillici-
dij immittē-
di. Iure ser-
vututis, si vi-
cino iam an-
tè cessero ius
stillicidij im-
mittēdi. Eo-
demq; pror-
sus modo,
aut iure
meo ades al-
tius tollo,
aut iure ser-
vututis: qua
de re videri
mus. J. in §.
Æque de A-
ctio. I. C.*

vel in cloacam, vel non recipiat^a, & ne altiùs quis tollat ædes suas^b †: ne luminibus vicini officiat.

¶ *De reliquis servitutibus rusticis.*

2 Inter rusticorum prædiorum servitutes quidam computari rectè putant aquæ hauustum, pecoris^c ad aquam adpulsum, ius pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodien-
dæ^d †.

¶ *Qui servitutem debere, vel acquirere possunt.*

3 Ideo^e autem hæ servitutes prædiorum appellantur, quoniam sine prædiis constitui non possunt. nemo enim potest servitutem acquirere urbani, vel rustici prædij, nisi qui habet prædium: nec quisquam debere, nisi qui prædium habet.

¶ *Quibus modis servitus constituitur.*

4 Si quis^f velit vicino aliquod ius constituere, pactionibus^g atque stipulationibus id efficere debet. Potest etiam testamento quis

^b † Hic locus malè interpunctus antea fuerat. Sunt autem ~~diverse servitutes, ne altiùs ædes tollantur, & ne luminibus officiat. nam qui deprimit, quandoq; officit luminibus. l. si arborem. 16. §. interdum. D. de ser. & pr. c. Fac. l. 4. eod. d. † Separavit hæ servitutes à ceteris rusticis: quas suprâ exposuit, quòd hæ sint obscuriores. nam aquæ hauustus, pecoris ad aquam adpulsum videntur esse servitutes personales non reales. l. Mela. 14. §. & l. de ali. leg. ius autem calcis coquendæ, & arena fodienda videntur esse servitutes urbana, aut etiam personales. l. 6. de serv. præd. ru. c. Ex Vlp. l. 1. Commu. prædio. f Traditur hoc loci materia ex qua reales servitutes constituuntur. g Constituuntur ergo servitutes, tam contractib. inter vivos, quàm solimã soluntate.~~

heredem

heredem suum damnare, ne alius tollat ædes suas, ne luminibus ædium vicini officiat: vel ut patiatur eum tignum in parietem suum immittere, stillicidiumve aduersus eum habere: vel ut patiatur eum per fundum ire, agere, aquamve ex eo ducere.

DE VSVFRUCTV.

TITVLVS IIII.

¶ *Definitio.*

VSVFRUCTVS^a est ius alienis rebus vtendi fruendi, salua rerum substantia^b. Est autem^c ius in corpore: quo sublato, & ipsam tolli necesse est.

^a Hac definit. ex Paul. i. eod. alienis rebus, corporalibus Teo. phil.

¶ *Quibus modis constituitur.*

I Vsvfructus à proprietate separationem recipit, idque pluribus modis accidit. vt ecce, si quis vsumfructum alicui legauerit. nam heres nudam^d habet proprietatem, legatarius verò vsumfructum. Et contrà, si fundum legauerit deducto vsumfructu, legatarius nudam habet proprietatem, hæres verò vsumfructum. Item alij vsumfructum, alij deducto eo fundum legare potest. Sine^e testamento verò si quis velit vsumfructum alij constituere, pactionibus & stipulationibus id efficere debet. Ne tamen in vniuersum inutiles essent proprietates, semper abscedente vsumfructu, placuit certis modis extinguere vsumfructum, & ad proprietatem reuerti.

^b Id est, vt substantia rei neq; immutet, neq; corrumpat. Paul. d. l. i. ^c Vet. exēpl. Est enim ius. ^d Instm. Nouell. 18. Vocat δεισσι-τεων μινύδ. ^e Ex Caij d. l. 3. §. 2. hic.

¶ *Quibus in rebus constituitur.*

l. 9. §. 1. *¶* 2 Constituitur autem ususfructus non tantum in fundo & ædibus, verum etiam in seruis, & iumentis, & cæteris rebus: exceptis iis, quæ ipso usu consumuntur. Nam hæ res neque naturali ratione, neq; civili recipiunt usumfructum, quo in numero sunt vinum, oleum, frumentum^a, vestimenta^b †: quibus proxima est pecunia numerata, nanq; ipso usu assidua permutatione quodammodo extinguitur. Sed utilitatis causa Senatus censuit, posse etiam earum rerum usumfructum constitui^c, vt tamen eo nomine heredi vtiliter^d †, caueatur. Itaque si pecuniæ ususfructus legatus sit, ita datur legatario, vt eius fiat, & legatarius satisfat heredi de tanta pecunia restituenda, si morietur, aut capite minuetur^e. Cæteræ quoque res ita traduntur legatario, vt eius fiant: sed æstimatis^f † his satisfat datur, vt si moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia restituatur, quanti hæ fuerint æstimatæ. Ergo senatus non fecit quidem earum rerum usumfructum (nec enim poterat) sed per cautionem quasi usumfructum constituit.

pen. §. usufr.
quemad. cas. ^c Pro constitui erat in D. legari. sed fortè Iustinianus generale Verbum adden lo, docere voluit etiam inter vivos locum habere: quannus contrariū defendat Conna. ^d † Idoneè, satisfatò. ^e Ex Casol. 2. De usufr. earum rer. qua usufr. conf. Tull. lib. 2. De legib. Paul. lib. 3. Sent. cap. 6. ^f † Pactis etiam omittitur æstimatio, vt finito usufructu, eiusdem qualitatis res restituatur. l. 7. D. de usufruct. ear. rer.

¶ *Quibus*

¶ *Quibus modis finitur.*

3 Finitur ^a autem vlusfructus morte vlu-
fructuarij, & duabus capituli deminutioni-
bus, maxima & media ^b, & non vtendo per
modum ^c † & tempus ^d †: quæ omnia nostra
statuit constitutio ^e. Item finitur vlufructus,
si domino proprietatis ab vlufructuario ce-
datur (nam cededo extraneo, nihil agitur ^f †)
vel ex contrario, si vlufructuarius propieta-
tem rei acquisierit: quæ res consolidatio ^g ap-
pellatur. Eo amplius constat, si ædes incen-
dio consumptæ fuerint, vel etiam terramo-
tu, vel vicio suo corruerint: extingui vlu-
fructum, & ne aræ ^h quidem vlufructum
deberi.

¶ *Si finitus sit.*

4 Cùm autem finitus fuerit totus ⁱ v-
lusfructus, reuertitur scilicet ad propieta-
tem, & ex eo tempore nudæ proprietatis
dominus incipit plenam in re habere pote-
statem.

^a Hunc ^g sequi. repetere
exit. Quib.
modis vlu-
fructus. a-
mititur.

^b Aate Iusti-
nianū etiā
minima ca-
dem. vsum-
fructum ex-
tinguebat.
Vide Baro-
nem hic,

† ^g Paul. 3.
sent. 6.

^c † Boni Si-
vi arbitrarij
& bonus pa-
terfam. vlu-
fructus.

^d † x. vel
xx. annorū.
l. pen. C. de
vlufruct.

^e leg. corru-
ptionem. C. de vlufr. l. 5. Quibus mod. am. vlufr.

^f † Id est, non

agitur, quia

vlufructus finitur, & reuertitur ad proprietatem. l. si vlufructus

fundi. 66. D. de iu. do.

^g Consolidatus fructus dicitur ab Vlp. l.

3. §. 1. De vlufr. ac. & solidam proprietatem vocant prudentes, à

qua vlufructus deductus nō est. l. 35. de bon. lib. l. 26. §. pen. de vlufr.

leg. Consolidatio inde nomen accipit, quod solidū id proprie sit, à

quo vlufructus deductus non est, l. à liberto. D. de bon. lib. l. 1. Semp.

§. pen. D. de vlufr. leg. ὁμοῦσθαι Theoph.

^h Ratio est, quia vlufructus

in corpore sit, quo sublato vlufructus nullus est. Cic. in Topic.

ⁱ Nam si parstantium finita fuerit, non statim reuertitur ad

proprietatem, sed plerunque accrescit alteri parti. G.

tt. t. D. de vlufr. ad uelendo.

DE VSV ET HABITATIONE.

TITVLVS V.

¶ Communia de usufructu & usu.

^a Id est, & l. 1. hic Casus interpretatur, sine fructu.

^b Hic locus ex Caio. l. 1. hic. Alc. l. 1. Parad. cap. 17.

^c Theop. habet, ἢ ἴσως κέρδος, mirans utilitatis.

^d De stramentis. Varro lib. 1. De rustic.

^e † Adde, & frumenta, & oleo. l. plenū. §. prater. D. h. t.

^f Ex Caio l. 11. hic.

^g Hic. §. ex variis iurisconsultorum responsis constitutus est l. 2. 3. 4. 5. 6. & seq. hic.

^h † Potest extraneum recipere, si ipse inhabitet. l. 2. & 4. D. h. t.

ISDEM illis modis, quibus vsusfructus constituitur, etiam nudus^a vsus constitui solet: iisdemque^b illis modis finitur, quibus & vsusfructus definit.

¶ Quid intersit inter vsum fructum & vsum Fundi.

1 Minus autem iuris^c est in vsu quàm in vsufructu. nam is, qui fundi nudum habet vsum, nihil vltius habere intelligitur, quàm vt oleribus, pomis, floribus, fœno, stramentis^d, & lignis^e † ad vsum quotidianum vtatur: in eoque fundo haftenus ei morari licet^f, vt neque domino fundi, molestus sit, neque iis, per quos opera rustica fiunt, impedimento: nec vlli alij ius, quod habet, aut locare, aut vendere, aut gratis concedere potest: quum is, qui vsum fructum habet, possit haec omnia facere.

¶ Aedium.

2 Item § is, qui aedium vsum habet, haftenus ius habere intelligitur, vt ipse tantum inhabitet^h †: nec hoc ius ad alium transferre potest: & vix receptum esse videtur, vt hospitum ei recipere liceat, & cum vxore, liberisque suis, item libertis, nec non personis aliis liberis, quibus non minùs, quàm seruis vtitur, habitandi ius habeat. Et conuenienter, si ad mu-

ad mulierem vsus ædium pertineat, cum marito ei habitare liceat.

¶ *Serui, vel iumenti.*

3 Item is ^a, ad quem serui vsus pertinet: ipse tantum operaturque ministerio eius uti potest: ad alium verò nullo modo ius suum transferre ei concessum est. Idem, scilicet, iuris est & in iumento.

¶ *Pecorum.*

4 Sed & si pecorum, vel ouium ^b vsus legatus sit, neque lacte, neque agnis, neque lana utetur vsurarius: quia ea in fructu sunt. Planè ad stercoreandum agrum suum pecoribus uti potest.

¶ *De habitatione.*

5 Sed si cui habitatio ^c legata, siue aliquo modo constituta sit, neque vsus videtur, neque vsus fructus, sed quasi proprium aliquod

ciens pecorum, non propterea tamen legatum ouium est species legati pecorum, ideo vulgata lectio sustineri potest. c *Habitatio non domum significat, sed ius habitandi. Ideo q̄, si gratuito concesserit habitationem, etsi & strinḡ, dixerit Viuanus esse commodati actionem l. 1. §. 1. D. Commod. tutius tamen est agere præscrip. & verbis. l. Si gratuitam. D. de præscr. Ver. quandoquidem habitatio nomen iuris est, quod etsi verissimū sit, in facto tamen potius quā in iure consistit, id est, non tam videtur esse ius quā factum, & quasi domus ipsa. l. Legatum. D. de cap. min. atque ideo multum distat ab iis, quæ omnino in iure consistunt, id est, & vsu, & vsu fructu. Vsus, & vsu fr. si gratuito concessus sit, Viuanus comodati actionem non daret. Vsus, & vsu fr. non videndo & capitis deminutione amittitur, habitatio non item. Vsus, & vsu fr. ex persona asstantur: habitatio non tam ex persona, quā etiam ex re ipsa, quæ habetur. At certè morte finitur habitatio exemplo & vsus & & vsu fr. & ob id etiam ante aditam hereditatem non cedit. l. Cuiac.*

^a *Ex Vlp. l. 12. §. Si & vsu. hic.*

^b *Cuiac. legendum dicit, veluti ouium: nam pecorum appellatione oues continentur. Id*

etiam confirmat. l. plenum. §. sed & si pecoris. D. eod. denique in Graeco ita est,

θηρματων

πρωβατων

[†] *Quannis*

oues sint spe

^a Non extat: unde intel-
ligitur inte-
gr. non esse
prudendum
Veterū re-
sponsa.

^b Rectius in
libris Vet. de
vsucap. &
long. temp.
possessioni-
bus, quode-
stiam Theop.
agnouit. Pre-
scriptio plu-
rimū, exce-
ptio est. No-
uissims in-
ris interpre-
tes, possessio-
nem siue ad-
quisitionē
longi tempo-
ris, vulgō
prescriptio-
nem appel-
lant: quōd
non caret e-

ius: quanquam habitationem habentibus,
propter rerum vtilitatem, secundum Mar-
celli^a sententiam nostra decisione promul-
gata, permisimus non solum in ea degere, sed
etiam aliis locare.

¶ *Transitio.*

6 Hæc de seruitutibus, & vsufructu, & v-
su, & habitatione dixisse sufficiat. De heredi-
tatibus autem & obligationibus, suis locis
proponemus. Exposuimus summatim qui-
bus modis iure gentiū res acquiruntur: mo-
dō videamus, quibus modis legitimo & ciui-
li iure acquiruntur.

DE VSUCAPIONI-

bus, & longi temporis præ-
scriptionibus^b.

TITVLVS VI.

¶ *Summa.*

IVRE ciuili constitutum fuerat, vt qui bo-
na fide^c ab eo, qui dominus nō erat, cūm
crederet eum dominū esse^d †, rem emerit †,
exemplis. Nam sic loquitur l. Ei à quo. D. de vsurp. & vsuc. sic l. Qui
alienā. D. de eiusd. sic §. ex is. j. per quas pers. sic deniq; l. Quinq;
C. fin. reg. ^c Bona fidei emptor quis sit docet Modest. l. Bona fi-
dei. De Verb. sig. Sequentia sic legit. Cui a. cūm crediderit. & pau-
lo post, vsucapiebat. Ergo, vt qui bona fide, id est, quem admodum is
qui bona fide. ^d † Aut putauit, eum qui vendidit, ius venden-
di habere, putà procuratorem, aut tutorem esse. l. bona fidei. 109.
de Verb. sign. ^e † Bona fides requiritur in emptione, tempore
contractus, & traditionis: in reliquis titulis, tempore traditionis
dumtaxat. l. 2. D. pro emp.

vel ex

vel ex donatione, aliave quavis iusta causa
 acceperit: is eam rem, si mobilis erat, anno
 vbiq; vno: si immobilis, biennio tantum in
 Italico solo vsucaperet: ne rerum dominia in
 incerto^a essent. Et quum hoc placitum erat,
 putantibus antiquioribus, dominis sufficere
 ad inquirendas res suas praefata tempora, no-
 bis melior sententia refedit, ne domini ma-
 turius suis rebus defraudentur, neque certo
 loco beneficium hoc concludatur. & ideo
 constitutione^b super hoc promulgauimus,
 quae cautum est, ut res quidem mobiles, per
 triennium: immobiles vero, per longi tem-
 poris possessionem (id est, inter praesentes^c
 decennio, inter absentes viginti annis^d) vsu-
 capiantur. & his modis non solum in Italia,
 sed etiam in omni terra, quae nostro imperio
 gubernatur, dominia rerum iusta causa^e pos-
 sessionis praecedente acquirantur.

¶ *Quae vsucapi possunt, vel non. De
 his quae sunt extra commercium,
 & de seruo fugitino.*

I Sed aliquando, etiam si maximè quis
 bona fide rem possederit, non tamen illi vsu-
 capio villo tempore^f procedit: veluti si quis
 liberum hominem^h, vel rem sacram, vel re-
 ligiosam, vel seruum fugituumⁱ possideat.

^f Est vsus anni aut biennij: est longum tempus: est longissimum:
 liberi homines, res sacrae, res religiosa nullo tempore acquirun-
 tur: serui fugitui longissimo tempore acquiruntur. ^g Fac. l. V.
 vsucapionem. ff. eod. ^h Fac. l. ult. C. de long. temp. presc. ⁱ Fac. l.
 l. C. De ser. fug.

^a Plat. 12.
 De leg. &
 Tull. pro Ce-
 cin. dicit,

Lex iubet &
 sum & au-
 thoritatem
 fundi esse
 biennium.

^b l. vnic. C.
 de vsucap.
 transfor.

^c Praesentes
 hic accipe,
 qui in eade
 provincia
 domicilium
 habet. l. ult.
 de praes. long.
 temp. C. in
 princ.

^d † lux. no-
 uissimo,
 quandoque
 requiritur
 spatium 30.
 annor. no.

119. cap. 7.
^e Instotitu-
 lo. nam titu-
 lus est pos-
 sessionis
 causa.

¶ *Derebus furtinis, & vi possessis.*

Leg. Ati-
nia. Gel. lib.
17. cap. 7.
Quod surre-
pium erit,
eius rei ater
na authori-
tas esto.
Paul. l. 4. §.
Quod autē.
hic. & Cic.
Orat. 3. in
Verr. cedō
mihī leges
Attinias,
Furias, Fu-
sis.
† Vet. libri,
lex Plautia,
& Iulia. sic
§ in P. Fl.
in l. non so-
lūm. §. si do-
minus. D. de
§ surp. §. &
§uc. quōd per
spicue rectū
est. nā prior
lex
Plautia de
§i, lege Iu-
lia. Ut autē
lex Iulia de
pecuniis re-
perundis § sucapionem inhibuit. l. pen. D. de leg. Iul. repet. ita lex
Iulia de §i. Hoc plus veteres libri habēt, vi possessarū rerū vsu lex
Plautia & Iulia. Credo pro vsu legendum vsuc. Cuiac. c. Hic §. ex
Caso. l. 29. eod. § id. Theoph.

2 Furtivæ quoque res, & quæ vi possessæ sunt, nec si prædicto longo tempore bona fide possessæ fuerint, vsucapi possunt. nam furtivarum rerum lex duodecim tabularum & lex Attilia^a inhibent vsucapionem: vi possessarum, lex Iulia & Plautia^{b†}. Quod autem dictum est, furtivarum & vi possessarum rerum vsucapionem per leges prohibitam esse, non eò pertinet, ut ne ipse fur, quive per vim possidet, vsucapere possit (nam his alia ratione vsucapio non competit: quia, scilicet, mala fide possident) sed ne vllus alius, quanvis ab eis bona fide emerit, vel ex alia causa acceperit, vsucapiendi ius habeat. Vnde in rebus mobilibus non facillè procedit, ut bonæ fidei possessoribus vsucapio competat. Nam qui sciens alienam rem vendiderit, vel ex alia causa tradiderit, furtum eius committit. Sed tamen^c id aliquando aliter se habet. nam si heres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hereditariam esse, bona fide accipienti vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine vendiderit: quin is, qui acceperit, vsucapere possit, dubium non est: quippe quum ea res in furti vitium non ceciderit: quum utique heres, qui bona fide tanquam suam alienauerit,

furtum

furtum non committat. Item si is, ad quem ^a ancillæ ^a vsusfructus pertinet, partum suum esse credens vendiderit, aut donauerit, furtum non committit. furtum ^b enim sine affectu furandi non committitur. Aliis quoque modis accidere potest, vt quis sine vitio furti rem alienam ad aliquem transferat, & efficiat, vt à possessore vsucapiatur. Quod autem ad eas res, quæ solo continentur, expedit ^c; Ius itaq̃ procedit, vt si quis loci vacantis possessionem propter absentiam, aut negligētiam domini, aut quia sine successore decesserit, sine vi nanciscatur: quanuis ipse mala fide possideat (quia intelligit se alienum fundum occupasse) tamen si alij bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa possessione res acquiri: quia neque furtiuum, neque vi possessum acceperit. Abolita ^d est enim quorundam veterum sententia existimantium, etiam fundi, lociue ^e furtum fieri. Et eorum vtilitati, qui res soli possident, Principalibus constitutionibus prospicitur, ne cui longa, & indubitata possessio debeat auferri.

¶ De vitio purgato.

3 Aliquando ^f etiam furtiua, vel vi possessa ^g res vsucapi potest: veluti si in domini potestatem ^h † reuerfa fuerit. tunc enim vitio ⁱ constituitur. [¶] *de vsuf. dicitur in fundo & adibus. Adhac locus est sine villa: fundus cum villa. inde inter Censorias notas illa recensetur à Plinio, Minus arare quam verrere, id est, minus habere fundi quam villa.* [¶] *Ex Paul. l. 4. §. Quod autē hic.* [¶] *Fac. l. Vlt. Vi bon. rapt.* ^h † *Cum possessionem nactus sit iuste, & tanquam non possit, & tanquam rei sua. l. 4. §. tunc. D. h. t.*

Alio superius loco Iustinian. de finiens veterum Prudentum controversā aperte docuit

partum ancillæ nō esse in fructu.

^b *Ex Caio l. 37. hic*

^c *Cuiac. habet, expeditius procedit, vt quis.*

^d *Ex Caio l. 38. hic.*

^e *Fundus est integrū aliquid: locus est portio fundi: fundus finibus regitur, non locus: fundus ad pradia rustica, locus etiam ad Urbana pertinet: inde in §. constituitur.*

Ex Mod. l. rei purgato, procedit eius vsucapio.

18. hic. *Fac. l. 2. C. Comm. de succ.*

^b *Callist. l. 1. §. Ultim. hos non laudat auctores.*

^c *Fac. l. 27. hic. Cui ad des Africanus respon-*

sum. l. Quod vulgò. D. pro empt.

^d *† Sitamē sit iusta causa erroris, vsucapitur pro suo.*

l. quod vulgò. II. D. pro empt. l. pe. §. Ult. pro suo.

^e *Ex Papin. l. 43. hic. & l. II. De diuers. & tēp. prasc.*

^f *l. vnic. C. De vsucap. transfor.*

^g *Videlicet triēnij, quū olim id secus esset, l. si a des. §. liber. eas. De seruit. Urb.*

¶ *De re fiscali: & de bonis vacantibus.*

4 Res fisci^a nostri vsucapi non potest. sed Papinianus scripsit, bonis vacantibus fisco nondum nuntiatis, bonę fidei emptorem traditam sibi rem ex his bonis vsucapere posse, & ita diuus Pius, & diui Seuerus^b & Antoninus rescripserunt.

¶ *Regula generalis.*

5 Nouissimè sciendum est, rem talem esse debere, vt in se non habeat vitium, vt à bona fidei emptore vsucapi possit, vel qui ex alia iusta causa possidet.

¶ *De errore falsa causa.*

6 Error^c autem falsę causę, vsucapionem non parit^d†: veluti si quis, quum non emerit, emisse se existimans possideat: vel quum ei donatum non fuerit, quasi ex donatione possideat.

¶ *De accessione possessionis.*

7 Diutina^e possessio, quę prodesse ceperat defuncto, & heredi & bonorum possessori continuatur, licet ipse sciat prædium alienum esse. Quòd si ille initium iustum non habuit, heredi & bonorum possessori, licet ignoranti, possessio non prodest. Quod nostra constitutio^f similiter & in vsucapionibus^g obseruari constituit, vt tempora continuentur.

8 Inter venditorem quoque & emptorem coniungi tempora, diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

¶ *De his, qui à fisco, aut ab Imperatoris, Augustæve domo, aliquid acceperunt.*

9 Ediçto D. Marci ^a cauetur, eum, qui à fisco rem alienam emit, si post venditionem quinquennium præterierit, posse dominum rei exceptione repellere. Constitutio ^b autem diuæ memoriæ Zenonis bene prospexit iis, qui à fisco per venditionem, aut donationem, vel alium titulū accipiunt aliquid ^c †: ut ipsi quidem securi statim fiant, & victores existant, siue experiantur, siue cōueniantur. aduersus autem sacratissimum ærarium vsq; ad quadriennium ^d † liceat iis intendere ^e, qui pro dominio, vel hypotheca earum rerum, quæ alienatæ sunt, putauerint sibi quasdam competere actiones. Nostra autem diuina constitutio ^f, quam nuper promulgauimus, etiam de iis, qui à nostra, vel venerabilis Augustæ domo aliquid acceperint, hæc statuit, quæ in fiscalibus alienationibus præfatæ Zenonianæ constitutionis ^g continentur.

^a *Harmen. lib. 3. Epist. addit, & Commodi. Fac. l. <. C. si adu. fisc.*

^b *Extat in leg. 2. C. de quadrien. præsc.*

^c † *Aliquid est nota rei particularis aliud igitur iuris est in hereditate.*

l. nec ulla 13. §. item si quis. D. de petit. hered.

^d † *Sed & post quadriennium potest in inte-*

grum restitui. l. 5. C. de resti. mil. • Id est, actionem proponere. ^f Est in l. < tim. De quadrien. præsc. & Cuiac. habet, præfat Zenonis constitutione.

DE ^a†DONATIONIBVS^b

TITVLVS VII.

† *Harmenop. lib. 3. tit. 1.*

¶ *De donatione.*

Donationē esse modum acquirendi ciuile, nō iuris gentium, vel ex eo constat, quod olim mancipatio nem, & lra ditionē desiderabat. l. 4. C. Th. h. t.

^c *Vide Vlp. in fr. ag. tit. 19. § Sent. Paul. lib. 2. cap. 24. § lib. 3. cap. 10.*

^d *Triafacit Iulia. l. 2. De mort. caus. dor. § l. 1. De don.*

^e *Ex Mart. l. 1. De mort. caus. don.*

^f *† Id est, hoc expresso. l. Seia. 42. §. & l. D. de do. cau. mor. § Hoc Verbum significat mortem, l. 1. Publica. D. Depositi. ^h Fac. l. 3. §. Si ambo. De do. int. & vir. § & xor. ⁱ Iulia. habet, instar legatorum obtinent. l. 17. in fin. De mort. caus. don. ^k Vtriusque tituli donationis & legati. I. C. ^l Extat hæc constit. l. vltim. C. De don. caus. mort. Nouell. 87. ^m † *Præcipua differentia est, quia legatum est vltima voluntas: Mortis causa donatio perficitur inter vivos. l. 19. D. de reb. cred. l. Senatus 35. §. donatio. l. Seia. 42. §. vltim. de mort. caus. don.**

EST & aliud genus acquisitionis^c, donatio. Donationum autem duo sunt genera^d: mortis causa, & non mortis causa.

¶ *De mortis causa donatione.*

ⁱ Mortis^e causa donatio est, quæ propter mortis fit suspicionem: quum quis ita^f † donat, vt si quid humanitus^g ei contigisset, haberet is qui accipit: sin autem superuixisset is qui donauit, reciperet: vel si eum donatio nis pœnituisse, aut prior decesserit^h is, cui donatum sit. Hæ mortis causa donationes ad exemplumⁱ legatorum redactæ sunt per omnia. nam cum prudentibus ambiguum fuerat, vtrum donationis, an legati instar eã obtinere oporteret: & vtriusq; causæ^k quædam habebat insignia, & alij ad aliud genus eam retrahebant: à nobis constitutum est^l, vt per omnia ferè^m † legatis connumeretur, & sic procedat, quemadmodum nostra constitutio eam formauit. Et in summa, mortis

caussa

caussa donatio est, quum magis se quis velit habere, quàm eum, cui donat: magisque eum, cui donat, quàm heredem suum. sic & apud Homerum Telemachus donat Piraëo:^a

Πείραι, ὃ γδ' τ' ἴδμεν ὅπως ἔσαι τὰ δὲ ἔργα,
 Εἶπεν ἐμὲ μνηστῆρες, ἀγλώορες ὃν μεγάροισι
 Λάθρη κτείναντες, πατρώϊα πάντα δάσονται.
 Αὐτὸν ἔχοντά σε βύλομ' ἐπαυρέμεν, ἢ πνα τῶνδε.
 Εἰ ᾗ κ' ἔρῃ πύπιοσι φόιον καὶ κῆρα φυτεύσω,
 Δὴ τότε μοι χάρωνι φέρειν πρὸς δώματα χάρων.

Odyss. 17. circa principum.

*Piraë, incertus quoniam rerū exitus harū est,
 Si tacita incautum stolidi me forte necare
 Morte proci poterunt & opes vexare paternas:
 Hec ego te malo quàm illorū quempiā habere.
 Sin ego eos iusta meritis affecero clatle,
 Tum mihi tu leto reddes illa omnia letus.*

¶ *De simplici inter vivos donatione.*

2 Aliæ autem donationes sunt, quæ sine vlla mortis cogitatione fiunt, quas inter vivos^b appellamus, quæ non omnino^c comparantur legatis: quæ si fuerint perfecta, temerè^d reuocari non possunt. Perficiuntur autem, quum donator suam voluntatē scriptis, aut sine scriptis manifestauerit. Et ad exemplum venditionis, nostra cōstitutio^e eas que natura & propriis, neq; forma, nec effectus. Wes. † Immo legatum & hac donatio in quibusdā comparantur, veluti & trunq; est modus acquirendi particularis, & trunq; est causa lucratiua^d Hoc est, nisi iusta de causa. ^e Extat in l. 35. §. Sin autem. De don. C. Nouell. 162.

ο' δ' ο' p.
 Ex quo apparet factū ipsum contrahendi donandiq; iuris esse gentium: licet forma & effectus sit civilis, velut in legato: quod pars est testamenti, eoq; iuris civilis infra De legat. & fideicom. he red.

^b Eæ sunt, quæ directe dicuntur in l. donatio. C. eod. I. C.

^c Veter. lib. omnino nō. quod valde probat I. C. significat enim, nullo modo comparantur: nulla est eis cum legatis affinitas, ne

† Immo legatum & hac donatio in quibusdā comparantur, veluti & trunq; est modus acquirendi particularis, & trunq; est causa lucratiua

† *Quatenus donator facere potest. §. pen. j. de act.*

Publicari & in acta referri.

Bud. in Annot. prior. in Pandect.

Fac. l. Sancimus. C. eo.

† *Si ultra quingentos solidos done tur, inutilis est donatio in eo tantu, quod excedit. l. sancimus. 34. §. l. si quis argentu. 35. §. §. l. C. h. t.*

Quinquimero. C. de donat. ad fi. titul.

Fac. lib. 7. cap. 5. Seneca lib. 3. De benef.

† *Non hereditibus. l. i. §. §. l. C. de renoc. dona.*

h Est in l. §. l. C. de renoc. donat. i Vet. præstauimus. k Atque etiam libertatem. l. 2. C. de liber. & eor. lib. l. Qui sunt in d. l. §. l. C. de renoc. don.

etiam in se habere necessitatem † traditio-
nis: voluit: vt etiam si non tradantur, habeant
plenissimum & perfectum robur, & tradi-
tionis necessitas incumbat donatori. Et quū
retro Principum dispositiones insinuari^b eas
actis interuenientibus volebant, si maiores
fuerant ducentorum solidorum: constitutio
nostra eam quantitatem vsque ad quingen-
tos solidos^d † ampliauit, quam stare etiam si-
ne insinuatione statuit. sed & quasdam dona-
tiones inuenit, quæ penitus insinuationem
fieri minimè desiderât, sed in se plenissimam
habent firmitatem. Alia insuper multa ad v-
beriore exitum donationum inuenimus,
quæ omnia ex nostris cōstitutionibus^e, quas
super his exposuimus, colligenda sunt. Sci-
endum est tamen, quòd et si plenissimæ sint
donationes, si tamen ingratis^f existant homi-
nes, in quos beneficium collatum est, dona-
toribus & † per nostram constitutionem^h li-
centiam præstitimusⁱ certis ex causis eas re-
uocare^k: ne illi, qui suas res in alios contule-
rint, ab his quandam patiantur iniuriam, vel
iacturam, secundum enumeratos in consti-
tutione nostra modos^l.

¶ De donatione ante nuptias seu propter nuptias.

3 Est & aliud genus inter viuos donatio-
nis, quod veteribus quidem prudentibus pe-

nitus erat incognitum, postea autem à iunioribus diuis Principibus ^a introductum est, quod ante nuptias vocabatur, & tacitam in se conditionem habebat, vt tunc ratum esset, cum matrimonium esset insequutum. Ideoque ante nuptias appellabatur, quod ante matrimonium efficiebatur, & nunquam post nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed primus quidem diuis Iustinus pater ^b noster, cum augeri dotes, & post nuptias fuerat permissum, si quid tale eueniret, & ante nuptias augeri ^c donationem, & constante matrimonio, sua constitutione ^d † permisit, sed tamen nomen inconueniens ^e † remanebat, cum ante nuptias quidem vocabatur, post nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos plenissimo fini tradere sanctiones cupientes, & consequentia nomina rebus esse studentes, constituimus ^f, vt tales donationes non augeantur tantum, sed etiam constante matrimonio initium accipiant: & non ante nuptias, sed propter nuptias vocentur: & dotibus in hoc exæquentur, vt quemadmodum dotes constante matrimonio non solum augentur, sed etiam fiunt: ita & istæ donationes, quæ propter nuptias introductæ sunt, non solum antecedant matrimonium, sed eo etiam contracto augeantur & constituentur.

^a *Aurelio, Dioclet. & Maximinia no Ferretus.*

^b *Contius verò putat hic intelligi Constantiū & sequentes,*

^c *arg. l. Cum veterum. C. eod. tit.*

^d *Iustinus ad optimus Iustiniani pater. §. Cacus.*

^e *Quibus non est permiss. fac. testam.*

^f *Ant. Aug. Emend. lib. 3. cap. 8.*

^g *Quæ ita donantur, à veteribus nostris auctores vocant.*

^h *† l. penul. C. de donat. ant. nupt.*

ⁱ *† Nā post nuptias quoque fiebat saltē ratione augmenti.*

^k *Est in l. Cui*

multa. 20. Cód. de donat. ant. nupt. Sed alia quæq; extat, Nou. 97. quæ non modò permittit donationem constante matrimonio ad exemplum dotis augeri: sed omnino præcipit, vt doti respondeat, tum in quantitate, tum in pactis.

¶ *De iure accrescendi.*

4 Erat olim & alius modus ciuilibus acquisitionis per ius ad crescendi, quod est tale: Si communem seruum habens aliquis cum Titio, solus libertatem ei imposuerit vel vindicta, vel testamento ^a: eo casu pars eius amittebatur, & socio ad crescebat. ^b Sed cum pessimum fuerat exemplo, & libertate seruum defraudari, & ex ea humanioribus quidem dominis damnum inferri, sæuioribus autem dominis lucrum accedere: hoc quasi inuidia plenum, pio remedio, per nostram constitutionem mederi, necessarium duximus. Et inuenimus viam, per quam & manumissor, & socius eius, & qui libertatem accepit, nostro beneficio fruantur: libertate cum effectu procedente (cuius fauore antiquos legum latores multa etiã contra communes regulas ^c statuisse manifestum est) & eo, qui eam libertatem imposuit, suæ liberalitatis stabilitate gaudente: & socio indemnitate conseruato, pretiumque serui secundum partem dominij, quod nos definiuimus ^d, accipiente.

Rectè vindic. vel testa. nam si inter amicos, vel per epistolã, vel conuiuium manumittat, plerisque placet nihil eum egisse: author Vlp. in titul. De Libert. § Paul. lib. 4. Sent. De manumiss. b Paul. 3. lib. Sent. cap. 6. quia quum nec liber fieret seruus, & dominus ius suum amitteret, nõ

poterat id nullius esse, sed alteri socio accrescebat: cui inuito ius suum non erat auferendum, quando in re communi melior sit prohibentis conditio, l. 4. De Seru. rust. prad. c l. Libertas. De reg. iur. l. generaliter. §. Si quis seruo. De fideic. libert. d l. i. §. Non autem. § l. & l. C. de condit. infer.

Q V I B V S A L I E N A R E
licet, vel non licet.

T I T V L V S V I I I.

¶ *Summatituli.* ¶ *De marito.*

ACCIDIT aliquando, ut qui dominus^a rei sit, alienare non possit: & contra, qui dominus non sit, alienandæ rei potestatem habeat. Nam^b dotale^c † prædium^d † maritus^e † inuita muliere per legem Iuliam^f prohibetur alienare: quanuis ipsius sit & †, dotis causa ei datum. quod nos, legem Iuliam corrigentes, in meliorem statum deduximus. Cum enim lex in solis tantummodo rebus locum habebat, quæ Italicæ fuerant: & alienationes inhihebat, quæ inuita muliere fiebant: hypothecas autem earum rerū, etiam volente^b † eaⁱ: vtrique remedium imposuimus^k, ut etiam in eas res, quæ in prouinciali solo positæ sunt, interdicta sit alienatio, vel obligatio, ut neutrum eorum neq; consentientibus mulieribus procedat, ne lexus muliebris fragilitas^l in perniciem substantiæ earum conuertatur.

Maritus iuris subtilitate dotis dominus est: Vxor vero re ipsa domina est. l. 30. C. de iur. dot.

^b *Nec etiam quasi dotale. l. 3. De fund. dot.*

^c † *Nō est matum scilicet, quod proprie dicitur dotale. §. & cū lex. C. de rei & x. act.*

^d † *Res autem mobilis à marito alienari potest. l. i. C. de seru. pign. dat. man. l. res in dotem*

42. *D. de iur. dot.* ^e † *Ex interpretatione Iurisconsultorum prohibitio legis Iulise extenditur ad sponsum. l. 4. D. de fund. dot.*

^f *Ab Augusto latam, qua de adulterio dicitur. Vide Alexand. Neapol. lib. 4. cap. 8. Verba autē legis Iulise hac videntur esse: Fundum Italicū dotalem maritus ne alienet inuita Vxore, ac ne ipsa quidem consentiente obliget.* ^g † *Dominium civile est mariti naturale mulieris. l. penult. C. de iur. dot.* ^h † *Quia mulier facilius cōsentiret hypotheca quàm alien. fac. l. 4. in fi. D. ad Vellei.* ⁱ *Fac. l. Si prædium. C. de iur. dot.* ^k *Extat ea constit. l. vnic. §. Et cū lex Iul. C. de rei & xor. act. Non. 61.* ^l *d. l. vnic. §. Cū autem.*

^a Idemq̄, est
si ex inter-
uallo. l. 4. D.
de pi. ac.

^b Fac. l. Slt.
C. de iur. do.
imp.

^c Fac. tor. tit.
De auth.
tuto.

^d Est similis
locus l. II. §.
Slt. Si cert.
per.

^e Minor. pro
pupillo.

^f † Impro-
priè dicun-
tur cōsumi.
§. 3. de vsufr.

^g Condictio
crediti, vel
cōdictio in-
debiti, alia
est ex nume
ratione, a-
lia ex con-
sumptione.

Ex numera-
tione, si sti-
lis sit nume-
ratio: ex cō-
sumptione,
si inutilis sit
numeratio,
Et si bona fi-
dei sit con-
sūptio. l. C.

¶ De creditore.

1 Contra autem creditor pignus ex pa-
ctione, quanuis eius ea res non sit, alienare
potest. Sed hoc forsitan ideo videtur fieri,
quòd voluntate debitoris intelligitur
pignus alienari, qui ab initio ^a contractus
pactus est, vt liceret creditori pignus vende-
re, si pecunia non solvatur. Sed ne credito-
res ius suum persequi impedirentur, neque
debitores temerè suarum rerum dominium
amittere viderentur: nostra constitutione ^b
consultum est, & certus modus impositus
est, per quem pignorum distractio possit
procedere: cuius tenore vtrique parti cre-
ditorum & debitorum, satis abunde q̄; pro-
uisum est.

¶ Depupillo.

2 Nunc admonendi sumus, neque pu-
pillum ^c, neque pupillam, vllam rem sine
tutoris autoritate alienare posse. Ideo que
si mutuam pecuniam sine tutoris autori-
tate alicui dederit, non contrahit obligatio-
nem: quia pecuniam non facit accipientis:
ideoque vindicari ^d nummi possunt, sicubi
extant. Sed si nummi, quos mutuo minor ^e
dederit, ab eo qui accepit, bona fide con-
sumpti ^f † sunt, condici possunt ^g: si mala
fide, ad exhibendum de his agi potest. At
ex contrario, omnes res pupillo & pupillæ
sine tutoris autoritate rectè dari possunt.

Ideoque

Ideo que ^a † si debitor ^b pupillo soluat, necessaria est debitori tutoris autoritas: alioquinō liberabitur. Sed hoc etiam evidentissima ratione statutum est in ^c † constitutione ^d quam ad Cæsarienses ^e aduocatos ex suggestione Triboniani viri eminentissimi, Quæstoris sacri palatij nostri, promulgauimus: qua dispositum est, ita licere tutori, vel curatori debitorem ^f † pupillarem soluere ^g, vt prius iudicialis sententia sine omni damno ^h † celebrata, hoc permittat. quo subsequuto, si & iudex pronuntiauerit, & debitor soluerit, sequatur huiusmodi solutionem plenissima securitas. Sin autē aliter quā disposuimus, solutio facta fuerit, pecuniam autem saluam habeat pupillus, aut ex ea locupletior ⁱ sit, & adhuc eandem pecuniæ summam petat, per exceptionem doli mali poterit submoueri. Quod si malè consumpserit, aut furto, aut vi amiserit, nihil proderit debitori doli mali exceptio, sed nihilominus condemnabitur: quia temerè sine tutoris autoritate, & non secundum nostram dispositionem soluerit. Sed ex diverso ^l, pupilli, vel pupillę soluere sine tutoris autoritate non possunt: quia id quod soluunt, non fit accipientis: quum sci-

^a † Quod hic dicitur, inferitur ex p. huius. §. quod dicitur in vers. sed ex diuerso inferitur ex vers. at ex cōtrario. ^b Ex Paul. l. 15. De solut. Fac. leg. Contra. De pact.

^c † Est l. sancimus. 25. de adm. tut. quauis in Cod. inscribatur Ioan. pref. prat.

^d Locus est non dissimilis in l. 25. De adm. tut. C.

^e Multa extant Iustitiani ad eos aduocatos rescripta. l. 12. de hered.

^f † Non ex re ditibus vel eiusmodi causis. d. l. sancimus. ^g Id est, numerare quod debetur. Theoph. ποιήσαδαι τὴν καταβολὴν. ^h † Id est, sine ulla impensa. ⁱ Mar. habet. non pauperior factus, l. 47. de solut. ^k Aut vi, deest in vet. lib. I. C. ^l Fac. l. 14. §. vlt. De solut. l. 19. §. Si pup. Si cert. pet.

Est autem species alienationis salutis: quia res soluta alienatur.

Est igitur argumentum à genere ad speciem duntaxat. M. Wes.

Omne quod acquiritur, aut dominium est, aut possessio aut obligatio. De acquirendo dominio, aut possessione, in h. e. agitur. de acquirenda obligatione, in tit. per quas pers. nob. obl. acq. I. C.

Ex Caio. l. 10. De acq. dom.

Aristot. I. Polit. cap. 3.

Vide Iuvenalem Sat. 17. in fin. & bi militia premia enumerat.

† Neque enim distinguebant veteres inter & usufructum & proprietatem, neq; inter peculium profectitium & aduentitium. quod ius cum inhumanum Iustiniano videretur, ipse & strang; distinctione adhibuit. Vers. quod nobis. J. h. S. l. 6. C. de bo. qua. libe.

licet, nullius rei alienatio^a eis sine tutoris auctoritate concessa sit.

PER QVAS PERSONAS CUIQUE ACQUIRITUR.

TITVLVS IX.

¶ *Summa.*

ACQUIRITUR vobis^c non solum per vosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habetis^d: item per seruos, in quibus usufructum habetis: item per homines liberos, & per seruos alienos, quos bona fide possidetis: de quibus singulis diligentius dispiciamus.

¶ *De liberis in potestate.*

Igitur liberi vestri, vtriusq; sexus, quos in potestate habetis, olim quidem quicquid ad eos peruenerat (exceptis, videlicet, castrensibus pecuniis)^e hoc parentibus suis acquirebant sine vlla distinctione^f: & hoc ita parentum fiebat, vt etiam esset eis licentia, quod per vnum, vel vniam eorum acquisitum esset, alij filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocunq; modo voluerant, applicare. Quod nobis inhumanum visum est:

& gene-

& generali constitutione^a emissa, & liberis pepercimus, & parentibus honorem debitum reseruauimus. Sancitum etenim à nobis est, vt si quid ex re^b patris ei obueniat, hoc secundum antiquam obseruationem totum parenti^c acquiratur. Quæ enim inuidia est, quod ex patris occasione profectum est, hoc ad eum reuerti? Quod autem ex alia causa sibi filius familias acquisiuit, huius vsumfructum patriquidem acquirat, dominiũ autem apud eum remaneat: ne quod ei suis laboribus, vel prospera fortuna accesserit, hoc in alium perueniens, luctuosum ei procedat.

¶ *De emancipatione liberorum.*

2 Hoc quoque à nobis dispositũ est & in ea specie, vbi parens emancipando liberos suos^d, ex rebus quæ acquisitionem^e effugiebant, sibi tertiam partem retinere (si voluerat) licentiam ex anterioribus constitutionibus^f habebat, quasi pro pretio^g quodammodo emancipationis: & inhumanum quiddam accidebat, vt filius rerum suarũ ex hac emancipatione dominio pro parte tertia defraudaretur: & quod honoris ei ex emancipatione additum erat, quod sui iuris effectus esset, hoc per rerum deminutionem decrefcere. Ideoq; statuimus, vt parens pro tertia parte dominij, quam retinere poterat, dimidiam non dominij rerũ, sed vsumfructus retineat. Ita etenim res intactæ apud filium remanebunt, & pater ampliore summa fruetur, pro tertia, dimidia potiturus.

^a *Extat in l. 6. C. De bon. qual. lib.*

^b *Iustin. habet, ex substãtia. d. l. 6.*

^c *Id est, solidum & plenum, nõ deducta proprietate. l. 6.*

^d *Liberum suũ in sing. legit. Cuius. ex suis. Vet. Et in § 1. j. de ser. cog.*

^e *Peculium aduentitiũ intelligit Theoph.*

^f *Intellige Constantini constitutionem. d. l. 6. §. Cum autẽ. De bo. qual. lib. Cod.*

^g *Al. præmio. Et in l. 3. C. de bon. mater.*

¶ De seruis nostris.

^c Ex Caio d.
l. 10 §. 1. De
acq. dom.

^b Et Vetanti
bus, l. seruus
Vetante. D.
de Verb.
sign.

^c l. Placet.
De acq. her.
§. In potesta
te. de his qui
sunt sui. §.

^d Adeo &
precedere
debeat. l. 25.
§. Iussum.
De acq. he
red.

^e Fac. l. 24.
De acquir.
poss.

^f Vet. lib. Per
eorum vsu
captionē, vel
long. temp.
possessionē.

^g † Si ex his
causis sti
puletur pro
prietario, ei
acquirit,
sed fructua
rius condi
cit l. penult.
de stip. seru.

3 Item vobis^a acquiritur, quod serui ve
stri ex traditione nanciscuntur, siue quid sti
pulentur, siue ex donatione, vel ex legato, vel
ex qualibet alia causa acquirant. Hoc enim
vobis & ignorantibus & inuitis^b obuenit. Ipse
enim seruus, qui in potestate alterius est, ni
hil suum^c habere potest. Sed si heres institu
tus sit, non aliā, nisi vestro iussu^d, heredita
tem adire potest. Et si vobis iubentibus adie
rit, vobis hereditas acquiritur, perinde ac si
vos ipsi heredes instituti essetis. Et conueni
enter, scilicet, vobis legatum per eos acquiri
tur. Non solum autem proprietas per eos,
quos in potestate habetis, vobis acquiritur,
sed etiam possessio^e. Cuiuscunque enim rei
possessionem adepti fuerint, id vos posside
re videmini. Vnde etiam per eos vsucapio^f,
vel longi temporis possessio vobis accidit.

¶ De fructuariis, & bona fide possessis.

4 De iis autem seruis, in quibus tantum
modo vsufructum habetis, ita placuit: vt
quicquid ex re vestra^g †, vel ex operis suis ac
quirunt, id vobis adiiciatur: ^h quod verò extra
eas causas consequuti sunt, id ad dominum
proprietatis pertineat. Itaque si is seruus he
res institutus sit, legatumve quid ei, aut do
natum fuerit, non vsufructuario, sed domino
proprietatis acquiritur.

^h Id est, acquiratur. Theoph. sic vsucapio dicitur adiectio do
minij. l. 3. De vsuc. Gell. lib. 7. cap. 10.

Idem

Idem^a placet & de eo, qui à vobis bona fi-
 de possidetur: siue is liber sit, siue alienus ser-
 uus. Quod enim placuit de usufructuario, i-
 dem placet & de bonæ fidei possessore. Itaq;
 quod extra istas duas causas^b acquiritur, id
 vel ad ipsum pertinet, si liber est, vel ad domi-
 num^c †, si seruus est. Sed bonæ fidei possessor,
 quum vsuceperit seruum (quia eo modo do-
 minus fit) ex omnibus causis per eum sibi
 acquirere potest. Fructuarius^d verò vsucape-
 re non potest: primùm quia non possidet^e †,
 sed habet ius vtendi fruendi: deinde, quia
 scit seruum alienum esse. Non solùm^f autem
 proprietates per eos seruos, in quibus vsum-
 fructum habetis, vel quos bona fide posside-
 tis, aut per liberam personam, quæ bona fide
 vobis seruit, vobis acquiritur, sed etiam pos-
 sessio. Loquimur autem in vtriusque perso-
 na^g secundum distinctionem, quam proximi-
 mè exposuimus: id est, si quam possessionem
 ex re vestra, vel ex suis operis adepti fuerint.

¶ De reliquis personis.

§ Ex his itaque apparet^h †, per liberos
 homines, quos neque vestro iuri subiectos
 habetis, neque bona fide possidetis: item per
 alienos seruos, in quibus neq; vsumfructum
 habetis, neque possessionem iustamⁱ, nulla
 ex causa vobis acquiri^k posse. Et hoc est^l
 mento à contrario sensu, vel à sufficienti partiū enumeratione.

Id est, bonæ fidei. l. 24. De acq. poss. sic dicitur seruitus iusta, id
 est, bonæ fidei. l. Et generaliter. D. de noxa. act. ^k l. 1. C. hoc. tit. l. 1.
 C. De acq. poss. ^l Fac. l. 10. De obl. & act. l. 38. §. Alteri. de verb. obl.

• *Fac. l. 42. §.*
 1. *De acqu.*
poss.
 b *l. i. C. De*
acq. poss.
 • *Vniuersitas*
hic signifi-
cat corporū
 • *Iuriū di-*
uersorum
 • *Vniuersale*
quoddam
ius. Vnde
 • *Vniuersalia*
iudicia di-
cta, l. i. D. de
rei vind.
 a *Quatuor*
modis res v-
niuersa ac-
quiruntur:
hereditate,
bonorū pos-
sessione, ar-
rogatione,
 • *Libertatū*
conseruan-
darū causa
additione.
F. Hotom.
 • *Heredita-*
tū alia à te-
stato, alia ab
intestato de-
feruntur, l.
1. C. de he-
red. petst.

quod dicitur, per extraneam personam nihil
 acquiri posse: excepto eo, quod per liberam
 personam (veluti per procuratorem^a) placet
 non solū scientibus, sed & ignorantibus
 vobis acquiri possessionem, secundum diui
 Seueri constitutionem^b: & per hanc posses-
 sionem etiam dominium, si dominus fue-
 rit qui tradidit: vel vsucapionem, aut lon-
 gi temporis præscriptionem, si dominus
 non sit.

¶ *Transitio.*

6 Hactenus tantisper admonuisse suffi-
 ciat, quemadmodum singulæ res vobis ac-
 quirantur. nam legatorum ius, quo & ipso
 singulæ res vobis acquiruntur: item fidei-
 commissorum, vbi singulæ res vobis relin-
 quuntur, opportuniùs inferiore loco refere-
 mus. Videamus itaque nunc, quibus modis
 per vniuersitatem^c res vobis acquirantur. Si
 cui ergo heredes facti sitis^d, siue cuius bono-
 rum possessionem petieritis, vel si quem ad-
 rogaueritis; vel si cuius bona libertatū con-
 seruandarum causa vobis addicta fuerint,
 eius res omnes ad vos transeunt. Ac priùs de
 hereditatibus dispiciamus, quarum duplex
 conditio^e est: nam vel ex testamento, vel ab
 intestato ad vos pertinent. Et priùs est, vt de
 his dispiciamus, quæ ex testamento vobis ob-
 ueniunt, quæ in re necessarium est initium de
 ordinandis testamentis exponere.

DE TESTAMENTIS

ordinandis.

TITVLVS X.

¶ Etymologia.

TESTAMENTVM^a ex eo appellatur, quòd testatio mentis sit^b.

¶ De antiquis modis testandi civilibus.

I Sed vt nihil antiquitatis^c penitus ignoretur, sciendum est, olim quidem duo genera testamentorum in vsu fuisse: quorum altero in pace & otio utebantur, quod calatis comitiis^d appellabant: altero, cum in prælium exituri essent, quod procinctum^e dicebatur. Accessit deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur per æs^f & librã, scilicet, quod per emancipationem^g, id est, imaginariam quandam venditionem agebatur, quinque testibus, & libripende, ciuibus Romanis puberibus præsentibus, & eo, qui familiã^h emptor dicebatur. Sed illa quidem priora duo genera testamentorum, ex veteribus temporibus in desuetudinem abierunt. quod verò per æs & libram fiebat, li-

^a Theophil. mauult etymologia esse quam definitionē. Val la. lib. 6. cap. 37. notat.

Conna. lib. 9. cap. 1. defendit. Vide Gell. lib. 6. cap. 12. & Vlp. in frag. tit. 20.

^b Quid testamentum sit, docet Modest. l. 1. De testam.

^c Antiquitas amatores laudat Iustin. Nouell. 30. in prin.

^d Conuocato per praconem populo. Gruch. De comit. Sigo. De anti. In.

ci. Ro. lib. 1. cap. 12. & 17. ^e Vide Plutarch. in Vita Coriolani. Fest. lib. 5. Cuiac. legendum putat, In procinctu. ^f Cic. 2. de Legib. & in Top. & Boet. Ant. Aug. Emend. lib. 2. cap. 8. Plutar. De ser. num. & ind. ^g Emancipare pro vendere & surpat. Plant. in Curcul. & Cicero 3. Philipp. ^h Id est, hereditatis. sic prudentes vocant familia hercis. iudicium. ff. Famil. hercis. Vide Sueton. De Domitio Neronis auo familia emptore. cap. 4.

Ius civile ceterum diutius permanferit, attamen partim & nunc dicimus, non hoc in usu esse defuit.

¶ De antiqua testandiratione
prætoria.

2 Sed prædicta quidem nomina testamentorum ad ius civile^a referebantur. postea verò ex edicto Prætoris forma alia faciendorum testamentorum introducta est. Iure enim honorario nulla mancipatio desiderabatur, sed septem^b testium signa sufficiebant, cum iure civili signa testium non essent necessaria^c.

¶ De coniunctione iuris civilis
& prætorij.

3 Sed cum paulatim tam ex usu hominum, quam ex constitutionum emendationibus, cœpit in unam consonantiam Ius civile & prætorium iungi: constitutum est, ut vno eodemque tempore: quod ius civile quodammodo exigebat, septem testibus adhibitis^d: & subscriptione testium, quod ex constitutionibus inuentum est: & ex edicto Prætoris signacula testamentis imponerentur. ita, ut hoc ius triperitum esse videatur: & testes quidem, & eorum præsentia, vno contextu^e, testamenti celebrandi gratia, à iure civili descendat: subscriptiones autem testatoris^f †,

^a Vlp. habet, rogatis & collectis. l. 21. §. pen. illo tit. ^e Id est, ut interpretatur Vlpian. et nullus alienus actus testamento intermiscetur. d. l. 21. §. vltim. Qui testa. fac. poss. ^f † Si testator sicut scribere, ipse subscribit: sin minus, adhibet octauum testem. l. hac consultißima. 21. C. h. t.

& testium,

& testium, ex sacrarum constitutionum observatione adhibeantur: signacula autem, & testium numerus, ex edicto Pratoris.

¶ *Solemnitas addita à Iustiniano.*

4 Sed his omnibus à nostra constitutione propter testamentorum sinceritatem, vt nulla fraus adhibeatur, hoc additum est, vt per manus testatoris, ^a vel testium, nomē heredis exprimat, & omnia secundum illius constitutionis tenorem procedant.

¶ *De anulis, quibus testamenta signantur.*

5 Possunt autem omnes testes, & vno anulo signare testamentum. quid enim si septem anuli vna sculptura ^b fuerint, secundum quod Papiniano visum est? Sed & alieno quoque anulo licet signare testamentum.

¶ *De testibus. Qui testes esse possunt.*

6 Testes autem adhiberi possunt ij, cum quibus testamenti factio est. Sed neque ^c mulier, neque impubes, neque seruus, neque furiosus, neque mutus ^d, neque surdus ^e, neque is cui bonis interdictum est, neque ij quos leges iubent improbos intestabilésque ^f esse, possunt in numerum testium adhiberi.

¶ *De seruo, qui liber existimabatur.*

7 Sed quum aliquis ex testibus testamenti quidem faciendi tempore liber existimabatur, postea autem seruus apparuit, tam diuus Adrianus Catoni ^g, quam postea diui

^a *Fac. l. im-*
bemus. C. de
test. ut si pos-
sit testator,
heredis no-
men adscri-
bat: quod
postea remi-
sit Iustin.

Nov. 119. §.
quia verò.

^b *κατακρήρα*
vocat. Vlp. l.

22. §. signum

Plin. 10. E-

pistol. apo-

sthragisma.

pro Papinia-

no. Theoph.

legit Pom-

ponio: & sic

habent ve-

rusti libri.

ex l. C.

^c *Repete ex*

l. 7. & sequ.

Qui test.

fac.

^d *Qui nibib*
omnino au-
dit, nec lo-
quit. r. l. 11.
^e *§. Slt. de obl.*
^f *Nec etiam*
cacus, qui te-
statorem a-
gnosceret nō
^g *& Theoph.*

potest. fac. l. 9. C. De test.

^f *Fac. l. 26. & l. 18. ibid.*

vocat κατακρήρα, & certè melius.

Seuerus & Antoninus rescripserunt subuenire se ex sua liberalitate testamento, vt sic habeatur firmum, ac si, vt oportebat, factum esset: quum eo tempore, quo testamentum signaretur, omnium^a † consensu hic testis^b liberi loco fuerit, neque quisquam esset, qui status ei quaestionem moueret.

† *Velpene omnium, & est cōmunis opinio.*

^b *Fac. rescriptum Imp. Adri. l. 1. C. eo. Side. l. 2. De offic. Prat.*

^c *Ex Vlp. l. 11. De testibus. cui conuincit. l. 22. in princ. De testam.*

^d *Fac. l. 22. §. Per contrarium ill. tit. Obstat & heuementer Vlp. l. 20. §. Per contrarium Detest. Sid. Paul. lib. 3.*

Sent. cap. 4. Frater scilicet testatoris nondū emancipatus.

† *Et in alio. l. 2. C. de testib.*

^e *Fac. l. pen. Detest. l. 2. C. eod. Sic enim appellatur, quod à consanguineis & familia dicitur. Erasim. in Prou. Domesticus testis. Cic. pro Rosc. l. Nullus. De testam.*

¶ *De pluribus testibus ex eadem domo.*

8 Pater^c, nec non is, qui in potestate eius est: item duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, vtiq; testes in vno testamento fieri possunt: quia nihil nocet, ex vna domo plures testes alieno negotio adhiberi.

¶ *De his qui sunt in familia testatoris.*

9 In testibus autem non debet esse is qui in potestate testatoris est. Sed si filius familias^d de castrensi peculio post missionem faciat testamentum: nec pater eius rectè adhibetur testis, nec is qui in potestate eiusdem patris est: reprobatur enim in ea re^f † domesticum & testimonium.

¶ *De herede, & his qui sunt in eius familia.*

10 Sed neque heres scriptus: neque is, qui in potestate eius est: neque pater eius, qui eum habet in potestate: neque fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes adhiberi possunt: quia hoc totum negotium quod agitur testamenti ordinandi gratia,

creditur

creditur^a hodie inter testatorē & heredem^a Creditur,
 agi. Licet autem totum iustale conturbatum *pro notū ad*
 fuerat, & veteres quidē familiæ emptorem *perspicuum*
 & eos, qui per potestatem ei coniuncti fue- *est. Hodie,*
 rant, à testamentariis testimoniis repelle- *sublata &*
 bant: heredi^b autem, & iis, qui per potesta- *delicet fa-*
 tem ei coniuncti fuerant, concedebant testi- *milia man-*
 monia in testamentis præstare: licet ij, qui id *icipatione. I.*
 permittebant, hociure minimè abuti eos de- *C.*
 bere suadebant: tamen nos eandem obser- *b Scorsim in*
 vationem corrigentes, & quod ab illis sua- *tabulis scri-*
 sum^c est, in legis necessitatem transferentes, *pro. Cic. pro*
 ad imitationem pristini familiæ emptoris, *Milone: Te-*
 meritò nec heredi, qui imaginem vetustissi- *stamentū si-*
 mi familiæ emptoris obtinet, neq; aliis per- *mul ob signa*
 sonis, quæ ei (vt dictum est) coniunctæ^d sunt, *ui cum Clo-*
 licentiam concedimus, sibi quodammodo *dio, in quo*
 testimonia præstare. ideoque nec eiusmodi *& illum &*
 veteres constitutiones nostro Codici inseri *me herede*
 permisimus. *scripserat.*

¶ *De legatariis, & fideicommissa-*
riis, & his qui sunt in eorum
familia.

II Legatariis^e autem & fideicommissa- *c Fac. d. l. 22.*
 riis^f †, quia non iuris successores sunt, & a *in princ. De*
 liis personis eis coniunctis testimonium nō *testam. l. Si*
 denegamus: imò in quadam nostra consti- *quis ita. De*
 tutione & hoc specialiter eis concessi- *reb. dub.*
 mus. Et multò magis iis, qui in eorum pote- *Plin. lib. 2.*
epist. ad Cal-
vissum.

^e † *Particularibus: nam fideicommissarius & uniuersalis pro he-*
rede habetur §. restituta. j. de fideic. hered. *b l. Distantibus.*
§. vltim. C. eod.

state sunt, vel qui eos habent in potestate, huiusmodi licentiam damus.

De Sario scribendi & ceterum & su. Plin. lib. 13. cap. 12. Alexan. Neap. lib. 2. Gen. dier. cap. 30.

¶ *De materia, in qua scribitur testamentum.*

12 Nihil autem interest, testamentum in tabulis, an in chartis^a, membranisve, vel in alia materia fiat.

^b Flor. habet, exēplis. d. l. 24. ^c Theophil. πωλλὰ τῶν διαδικῶν ἰσότητων. ^d Ut eandē, scilicet habeant subscriptionem ^e signū codices.

¶ *De pluribus codicibus.*

13 Sed & vnum testamentum pluribus codicibus^b conficere quis potest, secundum obtinentem tamen obseruationem^c omnibus factis, quod interdum etiā necessarium est: veluti si quis nauigaturus, & secum ferre, & domi relinquere iudiciorum suorum contestationem velit: vel propter alias innumerales causas, quæ humanis necessitatibus imminēt.

^d Alterum testamentū scripto constat, testibus alterū: Vnde heres scriptus à nuncupato distinguitur l. Si ita. De bon. poss. sec.

¶ *De testamento nuncupatio.*

14 Sed hæc quidem de testamentis, quæ scriptis^d conficiuntur, sufficiunt. si quis autem sine scriptis voluerit ordinare Iure civili^e † testamentum, septē testibus adhibitis †, & sua voluntate coram eis nuncupata †, sciat hoc perfectissimum testamentum Iure civili, firmumque constitutum.

^a tab. ^b † Non iure pratorio, quia hoc iure requiruntur signa, quæ apponuntur testamento scripto. ^c † Et rogatis. l. heredes. 21. §. in testamentis. D. h. t. ^d Nuncupata voluntas, quæ non scriptis sed verbo est comprehensa. l. Si ita. §. ultim. De bon. poss. ec. tab. Bud. hic.

DE MILITARI
testamento

TITVLVS XI.

¶ De solemnitatibus: & de filiis familias.

SVpra dicta diligens observatio in ordinandis testamentis, militibus^b propter nimiam imperitiam^c eorum, constitutionibus^d Principalibus remissa est. Nam quavis ij neque legitimum numerum testium adhibuerint, neque aliam testamentorum solennitatem observauerint, rectè nihilominus testantur, videlicet cum in expeditionibus occupati sunt. quod meritò nostra constitutio^e introduxit. Quoquo enim modo s voluntas eius suprema inueniatur, siue scripta, siue sine scriptura: valet testamentum ex voluntate eius. Illis autem temporibus, per quæ citra expeditionum necessitatem in aliis locis, vel suis ædibus^g degunt, minimè ad vindicandum tale privilegium adiuvantur. sed testari quidem, etsi filii familiarum sint propter militiã^b conceduntur: iure tamen communi^f, eadem observatione & in eorum testamentis adhibenda, quam in testamentis paganorum^k proximè exposuimus.

Extit. De
testam. mil.

ff.

^b Id privileg.

giũ primus

cõcessit. Insul.

Casar. Vip.

l. i. hic.

^c Armapo-

titus quàm

Iura miles

novit. l. 22.

C. de iur. de-

lib. Minores

rustici, mu-

lieres nõ ex-

cusantur,

quod prudẽ-

tiores pos-

sint consule-

re. l. 2. §. & l.

Quis ord. in

bo. poss. l. 10.

De bon. poss.

^d l. i. ff. eod.

^e Extat l.

pen. hoc tit.

Cod.

^f Siue in cly-

peo. siue in a-

gina, siue

pulvere scri-

pta sit. l. 15.

C. eod. ^g Leg. Sedibus, & in l. & l. C. de test. milit. Statua Latini vocant. † Theoph. habet sedetis. ^h Inne. saty. & l. Solis præterea testandi militibus ius, & suo patre datur. quod de castrensi peculio intellige, & tit. seq. in princ. ⁱ Vbi scilicet desinunt expeditionib. occupari. ^k Paganis milites opponuntur. l. 36. §. i. hic.

¶ Rescriptum diui Traiani.

I Planè de testamentis militum diuus

† *Flor. Dig. in l. diu. 24. h. t. habent Statilio. l. 24. eod. refertur à Florentino, unde descriptum est rescriptum.* Traianus Catilio † Seuero ita rescripsit *b*: *Id priuilegium, quod militantibus datum est, ut quoquo modo facta ab his testamenta, rata sint, sic intelligi debet, ut utique prius constare debeat, testamentum factum esse: quod & sine scriptura, & à non militantibus quoque fieri potest. Si ergo miles, de cuius bonis apud te queritur, conuocatis ad hoc hominibus †, ut voluntatem suam testaretur, ita loquutus est, ut declararet quem vellet sibi heredem esse & cui libertatē tribueret: potest videri sine scripto hoc modo esse testatus, & voluntas eius rata habenda est. Caterum si (ut plerunque sermionibus fieri solet) dixit alicui. Ego te heredem facio, aut Bona mea tibi relinquo: non oportet hoc pro testamento obseruari. Nec vltorum magis interest, quam ipsorum, quibus id priuilegium datum est, eiusmodi exemplum non admitti. alioquin non difficulter post mortem alicuius militis testes^d existerent, qui adfirmarent se audisse dicentem aliquem relinquere se bona, cui visum sit: & per hoc vera iudicia subuerterentur.*

† *Saltem duobus. l. 8. bi. 12. D. de testibus.*

^a *Cuiusmodi Suet. in Domit. cap. 12. Confiscabatur, inquit, alienissima hereditates, & el existente uno qui diceret, audisse se ex defuncto, quum & iureret, heredē sibi Cesare esse.*

¶ De surdo, & muto.

2 Quinimo & mutus, & surdus miles testamentum facere^e potest^f †.

Idque etiam iure militari, quod proprie est huius loci. l. 4. D. eod. † Indistinctè, quia iure militare: non in quibusdam casibus tantum, ut paganus. §. item surdus infra titul. prox. leg. discretis. Cod. qui testam. fac. pos.

¶ De militibus, & veteranis.

3 Sed hæcenus hoc illis à Principalibus constitutionibus conceditur, quatenus militant, & in castris degunt. Post missionem^a verò veterani, vel extra castra alij, si faciant adhuc militantes testamentum, communi omnium civium Romanorum iure id facere debent^b. Et quod in castris fecerint testamentum non communi iure^c, sed quomodo voluerint^d post missionem intra annum tantum valebit. Quid ergo si intra annum quis decesserit, conditio autem heredi adscripta, post annum extiterit? an quasi militis testamentum valeat? Et placet valere quasi militis^e.

^a *Honestam nimirum, non ignominie causa facta*
l. 26. hic.

^b *Ex Justin. constitutione l. pen. C. eod.*

^c *Nam ita factum, semper valet, quoad mutetur.*

^d *Iure militari. l. 1. cod.*

^e *l. Nam conditio existens retrò trahitur. Vide hic gl.*

^f *Cum esset adhuc paganus, & nondum militia nomen dedisset, nec in numeros esset relatus. l. 9. l. 20. §. 1. hic.*

^g *† Coniectura hic enumerata magis confirmant testamentum: sufficit tamen non ostendi voluntatem militis contrariam, ut testamentum valeat. l. in fraudem. 15. §. testamentum. D. h. t. quod imperator quoque in-*

terit his verbis vel aliis, & c. itaque nulla est in his locis æquivocatio.

4 Sed & si quis ante militiam^f non iure fecit testamentum, & miles factus, & in expeditione degens resignavit illud, & quedam adiecit, siue detraxit: vel aliàs^g † manifesta est militis voluntas hoc valere volentis: dicendum est valere hoc testamentum quasi ex nova militis voluntate.

¶ De arrogatione.

5 Denique^h & si in arrogationem datus fuerit miles, vel filius familias emancipatus est, testamentum eius, quasi ex nova militis

enumerata magis confirmant testamentum: sufficit tamen non ostendi voluntatem militis contrariam, ut testamentum valeat. l. in fraudem. 15. §. testamentum. D. h. t. quod imperator quoque in-

^h *Ex Mart. l. 22. & Tertull. l. 26. hic.*

Cum ait voluntate, valet: nec videtur capitis deminutione irritum fieri.

Pandectas intelligit. l. 1. §. neccastrēse.

De collat.

bon. cum Cō

stitutiones,

Codiscem.

l. Velut.

De Affes. C.

Ut Procon-

sulibus, Pra-

fectis legio-

num, &c.

† l. §lt. C. de

inoffic. te-

stam. Vide

Accurs. hic,

& Theoph.

d Peculij

quasi castrē

sis meminit

Vlpia. l. 1. §.

Hoc autem.

Ad Treb. l. 1.

§. Neccastrē

se. De coll.

l. §lt. C. De

inoff. test.

Novell. 123.

§ Caius. lib.

2. Inst. tit. 2.

§ Ex Caio l. 6. Qui test. fac. poss.

h Donare tamē possūt. l. 25. De

donat. caus. mor. Quia privati iuris sit, non publici, & testari. l. 3.

hic. † Vlp. tit. 20. de legatis, hanc rationem affert, quoniā ni-

hil habent, de quo testari possint. k Siue naturales, siue adopti-

vi sint. d. l. 6. Quae prohibitio facta est ob filij conditionem & sta-

tum, qui sui iuris non est: ad quem respexit legislator.

¶ Depeculio quasi castrensi.

6 Sciendum tamen est, quòd cum ad exemplum castrensis peculij, tam anteriores^a leges, quàm principales constitutiones^b quibusdam^c quasi castrensia^d dederant peculia, & horum quibusdam permissum fuerat etiam in potestate degentibus testari: nostra id constitutio^e latius extendens, permiserit omnibus in huiuscemodi peculii testari quidem, sed iure communi. Cuius constitutionis tenore perspecto, licentia est, nihil eorū, quæ ad præfatum ius pertinent, ignorare.

Q V I B V S F N O N E S T
permissum facere testamentum.

T I T V L V S X I I.

¶ De filiofamilias.

N O N tamen^g omnibus licet facere testamentum. Statim enim ij, qui alieno iuri subiecti sunt, testamenti faciendi ius nō^h habentⁱ †: adeò quidem, vt quanuis parentes eis permiserint, nihilo magis iure testari possint^k: exceptis iis, quos antea enumeravi-

§ Ex Caio l. 6. Qui test. fac. poss. h Donare tamē possūt. l. 25. De donat. caus. mor. Quia privati iuris sit, non publici, & testari. l. 3. hic. † Vlp. tit. 20. de legatis, hanc rationem affert, quoniā ni-

hil habent, de quo testari possint. k Siue naturales, siue adoptivi sint. d. l. 6. Quae prohibitio facta est ob filij conditionem & statum, qui sui iuris non est: ad quem respexit legislator.

mus

mus^a, & præcipuè militibus, qui in potestate parentum sunt: quibus de eo, quod in castris acquisierunt^b, permissum est ex constitutionibus Principum testamentū facere. Quod quidem ius ab initio tantū militantibus datum est, tam ex autoritate diui Augusti, quàm Neruæ, nec non optimi^c Imperatoris Traiani: postea verò subscriptione^d diui Adriani, etiam dimissis à militia, id est, veteranis concessum est. Itaque si quidem fecerint de castrensi peculio testamentum, pertinebit hoc ad eum, quem heredem reliquerunt. Si verò intestati decesserint, nullis liberis, vel fratribus superstitibus, ad parentes eorū Iure^e communi^f pertinebit. Ex hoc intelligere possumus, quod in castris acquisierit miles, qui in potestate patris est, neq; ipsum patrem adimere posse, neque patris creditores id vendere, vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune esse: sed, scilicet, proprium^g eius esse, qui id in castris acquisierit: quanquam Iure civili omnium, qui in potestate parentum sunt, peculia perinde in bonis parentum computentur, ac feruorum peculia in bonis dominorum numerantur: exceptis, videlicet, iis quæ ex sacris cōstitutionibus, & præcipuè nostris, propter diuersas causas non acquiruntur. Præter hos igitur, qui castrense peculium^h, vel quasi ca-

^a Qui peculium castrense habet, vel quasi. l. sci-mus. l. vlt. C. De iust. test.

^b Nam in eo patres fam. sunt. l. 3. ad SC. Maced. c. Plin. in Panegyri. Augusti felicitas, Traiani bonitas prædicatur.

^d Subscriptionem rescriptū Principis vocat. l. Si quis. Ad leg. Cor. de fal. l. i. Cod. Quo. & quan. Ind.

^e Patria potestatis, sc.

^f Id est, iure peculij. l.

2. D. de cast. pec.

^g Vlp. habet, præcipuum esse oportere. l. i. §. Nec

^h Sed quis

castr. de col. aliud de profectio. l. Certū. C. Fam. herc. de aliis peculis? l. pen. C. qui test. fac. poss. statuit non esse filij fam. illam testandi facultatem. Quam in re lapsus est Theoph. G.

strense habent, si quis, alius filiusfamilias testamentum fecerit inutile est: licet suæ potestatis factus decesserit.

¶ *De impubere, & furioso.*

Hunc § sequi. repetere extit. De test. ff. l. 5. § l. sequi. § C. eod. Paul. l. Sent. 3. c. 4. Hoc est per fecerint, an te quam furor interueniat, l. furio sum. §. 1. C. eod. G.

1 Præterea ^a testamentum facere non possunt impuberes: quia nullum eorum animi iudicium est. Item furiosi: quia mente carent. nec ad rem pertinet, si impubes, postea pubes: aut furiosus, postea compos mentis factus fuerit, & decesserit. Furiosi autem, si per id tempus fecerint ^b testamentum, quo furor eorum intermissus est, iure testati esse videntur: certè eo, quod ante furorem fecerint, testamento valente. Nam neque testamentum rectè factum, neque vllum aliud negotium rectè gestum, postea furor interueniens perimit.

^c *Ex Vlp. l. 16. ill. tit.*

^d *† Testari non possunt nisi à principe impetrauerint. l. 7.*

D. h. r. aut scribere sciunt. l. discretis. Cod. eod.

^e *Quis mutus verè dicitur, docet Vlp. l. Mutum. De Ædil. edict.*

^f *Vet. Cod. Sæpe autè.*

¶ *De prodigo.*

2 Item ^c prodigus, cui bonorum suorum administratio interdicta est, testamentum facere non potest: sed id, quod antè fecerit, quàm interdictio bonorum suorum ei fiat, ratum est.

¶ *De surdo, & mutuo.*

3 Item surdus, & mutus non semper ^d † testamentum facere possunt. Vtiq; autem de eo surdo loquimur, qui omnino non exaudit, non qui tardè exaudit. nam & mutus ^e is intelligitur, qui eloqui nihil potest, non qui tardè loquitur. Sæpe ^f enim etiam literati & eruditi homines variis casibus & audiendi & loquendi facultatem amittunt. Vnde nostra con-

stra con-

stra constitutio^a etiam his subuenit, vt certis^a l. *Discretis.*
 casibus & modis, secundum normam eius pos-
 sint testari, aliaque facere, quæ eis permilla^b C. *qui t. f.*
 sunt. Sed si quis post testamentum factum, *fac. poss.*
 aduersa valetudine, aut quolibet alio casu^b *Extat in l.*
 mutus, aut surdus esse cœperit, ratum nihilo-
 minus manet eius testamentum. *Hæc consul-*
tiff. C. Qui

¶ *Decaco.*

4 Cæcus autem non potest facere testa-
 mentum, nisi per obseruationem, quam lex^b *8. Qui test.*
 diui Iustini patris^c nostri introduxit. *fac. poss.*

¶ *De eo, qui est apud hostes.*

5 Eius^d qui apud hostes^e † est, testamen-
 tum, quod ibi fecit, non valet, quanuis redie-
 rit. sed quod, dum in ciuitate fuerat, fecit: si-
 ue redierit, valet iure postliminij: siue illic
 decesserit, valet ex lege Cornelia^f. *† Captiuū*
Vel obsidis. l.
obsidis. D.
b. tit. legati
antē testari
possūt. l. qui
alatronibus
13. D. eod.

DE EXHEREDA-
 tione liberorum^b.

TITVLVS XIII.

Instit. Caij. titul. 3. Præcipua est in condendo testamento, libero-
rum institutio, vel exhereditatio. l. 30. De liber. & posth. hered.
instit. h Cuiac. De institutione & exheredatione lib. † Sed
vulgata lectio rectior est. agitur enim hoc titulo de exhereditatio-
ne, institutione, & prætensione liberorum. Sed præcipuè de ex-
heredatione, qua est solemnitas requisita in testamento parentis
præter eas que supra exposita sunt. Etenim quatuor sunt gene-
ra eorum qui testantur: alij iure communi testantur, de qui-
bus supra titul. 10. Alij iure militari omisis solemnitatib. Iuris,
de quibus tit. 11. alij nullo modo, de quibus tit. 12. Alij deniq; ad-
ditæ solemnitate exheredationis solemnitatibus communiter re-
quisitis, de quibus h. t.

^f *Propter fi-*
ctionē legis
Cornelia. l.
Si is. De V-
supap.

¶ *Ius vetus. De liberis in potestate.*

† Ipso iure testamentū non valet. l. Slt. §. sanctimus. C. de li. prater. si tamē filius superuivens se abstinerit, ex bono & aquo susinetur. l. filio 17. D. De iniust. r. p. restab.
 b Testamētū ideo nullū est, quia verisimile sit omissum oblivione filii, propter naturalem patrii amorem. Apu-

leius in 2. Apolog. † Vel potius quia filius est quodammodo dominus. §. sui autem: infra de hered. qu. §. diff. §. sui autem. infra de hered. qua ab intest. itaque cum heres sit dominus. §. penult. infra de hered. qual. nec possint esse duo domini in solidum l. 5. §. Slt. D. commod. rectè dicitur non posse alium heredem institui, nisi filius exheredetur. ° Casus 2. Instit. tit. 3. hunc locum interpretatur, et Vlp. in frag. tit. 22. Paulus Sent. lib. 3. cap. de testa. d Media iurisprudētia, non 12. tab. §. sed hac. j. sequ. l. Sltim. C. de lib. prat. ° † Dicitur ius accrescendi, quoniam he persona scriptis heredibus accrescebant, adeo et augetur heredum numerus. † Hoc modo, Titius mihi heres esto, ceteri exheredes sunt, ἀόπιστος. Theophil.

NON tamē, vt omnino valeat testamentum, sufficit hęc observatio, quam supra exposuimus: sed qui filium in potestate habet, curare debet, vt eum heredem instituat, vel exheredem eum nominatim faciat. alioqui si eum silentio praterierit, inutiliter ^a † testabitur ^b: adeo quidem, vt si viuo patre filius mortuus sit, nemo heres ex eo testamēto existere possit: quia, scilicet, ab initio non constiterit testamentum. Sed non ita de filiabus ^c, & aliis per virilem sexum descendētibz liberis vtriusque sexus antiquitati ^d fuerat observatum: sed si non fuerant scripti heredes, scriptæve, vel exheredati, exheredataeve, testamentum quidem non infirmabatur, ius tamen ad crescendi ^e † eis ad certam portionem præstabatur. Sed nec nominatim eas personas exheredare parentibus necesse erat, sed licebat inter ceteros ^f hoc facere. No-

minatim

minatim^a autem quis exheredari videtur, siue ita exheredetur, *Titius filius meus exheres esto*: siue ita, *Filius meus exheres esto*, non adiecto proprio nomine, scilicet, si alius filius non extet^c †.

¶ *De posthumis.*

i Posthumi quoque liberi, vel heredes institui debent, vel exheredari. Et in eo par omnium conditio est, quòd & filio posthumo, & quolibet ex cæteris liberis, siue femini sexus, siue masculini, præterito, valet quidem testamentum, sed postea adgnatione posthumi, siue posthumæ rumpitur, & ea ratione^d † totum^e † infirmatur. Ideoq; si mulier, ex qua posthumus, aut posthuma sperabatur, abortum^f fecerit: nihil impedimento est scriptis heredibus ad hereditatem ad eundam. Sed feminini quidem sexus personæ^g, vel nominatim, vel inter cæteros exheredari solebant: dum tamen, si inter cæteros exheredarentur, aliquid eis legaretur^h, ne viderentur præteritæ esse per obliuionem. Masculos verò postumos, id est, filios, & deinceps, placuit non aliter rectè exheredari, nisi nominatim exheredarentur, hoc scilicet modo, *Quicumque mihi filius genitus fuerit, exheres esto.*

¶ *De quasi posthumis.*

2 Posthumorumⁱ autem loco sunt & hi, tollat. ⁱ Ex Caio. l. 13. De iust. rup. r. testa. fac. l. Gallus. De l. & posth. § ibid. Duar. 2. Dissp. cap. 38. § Lel. Taurel.

^a Hic §. ex tribus Vlp. locis consuetus est, l. 1. 2. § 3. De lib. & posth. hered. instit.

^b Vlp. habet, Si modò vnicus sit, l. 2. ill. titul.

^c † Nam se plures sunt filij, nullus censetur exheredatus. d. l. 2.

^d † Fac. §. anteheredis J. de legat.

^e † Hoc emē. dant Iust. Nouell. 115. cap. 3. f.

^f Fac. l. 2. C. Deposth. hered. instit.

^g Theoph. habet posthumæ. Vide Vlp. in siag. tit. 22.

^h Ut hoc tantillum legatum omnem obliuionis suspicionem

qui in suis heredis locum succedendo quasi adgnalcendo fiunt parentibus ^a † sui heredes. vt ecce, si quis filium, & ex eo nepotem, neptémve in potestate habeat, quia fili^o gradu præcedit, is solus iura sui hæredis habet, quanuis nepos ^b quoque, & neptis ex eo in eadem potestate sint. Sed si filius eius viuo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat ^c de potestate eius, incipit nepos, neptisve in eius locum succedere. & eo modo iura suorum heredum quasi adgnatione nanciscitur. Ne ergo eo modo rumpatur eius testamentum, sicut ipsum filium, vel heredem instituere, vel nominatim exheredare debet testator, ne non iure faciat testamentum: ita & nepoté, neptémve ex filio necesse est ei, vel heredem instituere, vel exheredare: ne fortè eo viuo, filio mortuo, succedendo in locū eius nepos, neptisve, quasi adgnatione rumpat testamentum. Idque lege Iulia ^d † Velleia ^e prouisum est: in qua similis exheredationis modus ad similitudinem posthumorum demonstratur.

¶ De emancipatis.

3 Emancipatos ^f liberos iure ciuili neque heredes instituere, neque exheredare necesse est: quia non sunt sui heredes. Sed Prætor omnes, tam feminini sexus, quam masculini, si heredes non instituantur, exheredari iubet: virilis sexus, nominatim: feminini verò, inter & cæteros: quia si neque heredes instituti fuerunt, neque ita (vt diximus) exheredati.

† *Masculis
& in linea
masc.*

*Hunc de
adgnatione
locū postea
explicat Iu-
stin. §. Sed vt
nepos. De he-
red. qual. &
diff. §. Ita de
mum. De he-
red. q. 2. ab
intest. d. f.*

*Patricia
fortè digni-
tate. §. Fili-
us. Quibus
mod. ius pa-
tr. potest
sol.*

*§ Al. Iunia
Velleia.*

*Secundo sci-
licet capite
d. l. Gallus.*

*Vide §. E-
mancipati.*

*De hered.
qua ab in-
test. def.*

*Rectè Vt.
& inter. q. d.
Vel nomina-
tim, Vel in-
ter cæteros.
I. Cuiac.*

dati, permittit^a eis Prætor contra tabulas testamenti bonorum possessionem.

¶ *De adoptiuis.*

4 Adoptiui liberi, quandiu sunt in potestate patris adoptiui, eiusdem iuris habentur, cuius sunt iustis nuptiis quæsi. itaque heredes instituendi, vel exheredandi^b sunt secundum ea, quæ de naturalibus^c exposuimus^d. Emancipati^e verò à patre adoptiuo, neq; iure ciuili, neque eo iure, quod ad edictum Prætoris attinet, inter liberos connumerantur. Quæ ratione accidit, vt ex diuerso, quod ad naturalem parentem attinet, quandiu quidem sunt in adoptiua familia, extraneorum numero habeantur, vt eos neque heredes instituere, neq; exheredare necesse sit: cum verò emancipati fuerint^f ab adoptiuo patre, tunc incipiant in ea causa esse, in qua futuri essent, si à naturali patre emancipati fuissent^g.

¶ *Ius nouum.*

5 Sed hæc quidem vetustas introducebat. nostra verò constitutio^h inter masculos, & feminas, in hoc iureⁱ nihil interesse existimans: quia vtraque persona in hominum procreatione simili naturæ officio fungitur, & lege antiqua duodecim tabularum^k o-

Legendū,
promittit.

Paulus l. 6.

De bon. poss.

habet, polli-

ceatur, § l.

4. De bon.

poss. con. tab.

b Cū enim

sus ac filij.

iur dignita-

temq; obti-

neat, eius

præteritote

stamentum

rumpit. l. 1.

De contr.

tab. Hosom.

c Id est, ex

justo matri-

monio pro-

creatis. Hi

enim natu-

rales colla-

tione ado-

ptiuorū &

vocantur. Wes.

d §. §. 1. § 2.

e Adoptiui,

scilicet.

f † Vno pa-

tre naturali

infra de he-

red. que ab

intest. § l. 4. Si tab. testa. extab. hoc est, vt habeant beneficium

Prætoris cōtra tab. Wes. h Est iur l. 4. C. de lib. prat. Feminis enim

semper impense fauit Inst. tit. Quib. alie. lic. vel. l. 14. C. De legit.

hered. i † In aliis partibus iuris differunt. l. in multis. D. de stat.

hom. k l. 14. C. de legit. hered.

omnes similiter ad successionem ab intestato vocabatur, quod & Prætores^a postea sequuti esse videntur: ideo simplex ac simile Ius, & in filiis, & in filiabus, & in cæteris descendantibus per virilem sexum^b personis, non solum iam natis, sed etiam posthumis, introduxit: ut omnes^c †, siue sui, siue emancipati sint, vel heredes instituantur, vel nominatim exheredentur: & eundem habeant effectum circa testamenta parentum suorum infirmanda, & hereditatem auferendam, quem filij sui, vel emancipati^d † habent, siue iam nati sint, siue adhuc in utero constituti, postea nati sint. Circa adoptiuos autem filios certam induximus diuisionem que in nostra constitutione^e, quam super adoptiuis tulimus continetur.

¶ *De testamento militis.*

6 Sed si in expeditione occupatus miles^f, testamentum faciat, & liberos suos iam natos, vel posthumos, nominatim non exheredauerit, sed silentio præterierit, non ignorans, an habeat liberos: silentium eius pro exheredatione nominatim facta valere, constitutionibus^g Principum cautum est.

¶ *De testamento matris, aut aui materni.*

7 Mater^h, vel auus maternus, necesse non habent liberos suos aut heredes instituere, aut exheredare: sed possunt eos silentio o-

Gordianum & Philippum intelligit. l. Si cum. cod. h. Fac. l. 27. §. Slt. l. 28. De inoff. test.

mittere.

mittere^a. nam silentium matris, aut aui materni, & cæterorum per matrem ascendentium tantum facit, quantum exheredatio patris. Neque enim matri filium filiamve, neque auo materno nepotem neptemve ex filia, si eum eamve heredem non instituat, exheredare necesse est, siue de iure civili^b † quæramus: siue de edicto Prætoris^c †, quo Prætor præteritis liberis contra tabulas bonorum possessionem permittit^d: sed aliud eis adminiculum^e † seruetur, quod paulò post^f † vobis manifestum fiet.

DE HEREDIBVS instituentis.

TITVLVS XIII.

¶ Qui possunt heredes institui.

HEREDES instituire^b permissum est tam liberos homines, quàm seruos: & tam proprios, quàm alienos. Proprios autē olim quidem secundum plurium sententias non aliter, quàm cum libertate, rectè instituire licebat. hodie verò etiam sine libertateⁱ † ex nostra constitutione^k heredes eos instituire permissum est. Quod nō per inuouationem induximus, sed quoniam æquius erat, & At-

inofficiosi. ^f † *Inf. tit. 18.* ^g *Vlpian. in frag. tit. 21. § 22. Harmen. lib. 5. tit. 8.* ^h *Scribere, vel nuncupare. sic enim vocat Vlpian. l. 1. §. 1. hic. De scriptis est autem hic locus ex Cato. l. 31. hic.* ⁱ † *Omissa libertatis datione.* ^k *Extat in l. pen. C. de ne- cess. ser. hered. instit.*

^a *Non est si- lētio in Ver. lib. Omitte- re est silētio exheredare l. si patronus D. De bo. li. Pater autē silentio ex- heredare nō potest. Miles mater, ascē- dentes per matrem, li- beri, fratres sorores, silen- tio exheredare possunt. I. C.*

^b † *Quia nō sunt sui he- redes.*

^c † *Quia nō sunt eman- cipati.*

^d *Legendum promittit.*

Et in §. 3. §.

Et l. illud. D. de bon. poss. con. tab. Et alibi passim I. C.

^e † *Querela*

^a *Notas intelligit. l. 44. Ad leg. Falc. Fac. l. Recte 25. De Verb. signif.*

^c *Hic locus ex Mart. l. 48. §. 2. hic.*

^d *Mart. habet. l. 48. Accusatum.*

Theoph. Serō ἐναχον ὄντα τῆ μοιχία, non κατηγορούμενον. legendū igitur, Ma-

culatū: alib. qui certe pugnaret hac constitutio cum l. Reos. C. Ad l. Isl. de ad- silr.

^e *Antefinitam cognitionē. l. pro- spexit. §. pe. D. Qui & à quib. manu.*

^f *Al. fuerit.*

^g *Idest, ser- uus eiusdē*

domini maneat, Theophil.

^h *Quia necesse habet adire. §. 1. in- fr. de hered. qual. l. sed etsi. 6. §. 3. leg. testamento. 90. D. eod.*

^k *Sed licet natus.*

tilicino placuisse Paulus suis libris^a, quostam ad Masurium Sabinum, quàm ad Plautium scripsit, refert. Proprius^b autem seruus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem testator habet, alio vsumfructum habente. Est tamen^c casus, in quo nec cum libertate vtiliter seruus à domina heres instituitur, vt constitutione diuorum Seueri & Antonini cauetur, cuius verba hæc sunt: *Seruum adulterio maculatum^d, non iure testamento manumissum ante sententiam^e ab ea muliere videri, quæ rea fuerat^f † eiusdem criminis postulata, rationis est. Quare sequitur, vt in eundem à domina collata heredis institutio, nullius momenti habeatur.* Alienus seruus etiam is intelligitur, in quo vsumfructum testator habet.

¶ *Si seruus, heres institutus, in eadem causa manserit, vel non.*

I Seruus autem à domino suo heres institutus, liquidem in eadem causa māsērit^g, fit ex testamento liber, herēsque ei necessarius^h. Si verò à viuo testatore manumissus fuerit, suo arbitrio adire hereditatem potest: quia non fit heres necessarius, cum vtrunque ex domini testamento non consequaturⁱ. Quòd si alienatus fuerit, iussu noui domini adire hereditatem debet, & ea ratione per eum dominus^k fit heres. nam ipse alienatus,

neque

neque liber, neque heres esse potest, etiam si cum libertate heres institutus fuerit. destitit se enim à libertatis datione videtur dominus qui eum alienavit. Alienus quoque servus heres institutus, si in eadem causa^a duraverit, iussu eius domini^b adire hereditatem debet. Si verò alienatus fuerit ab eo, aut viuo testatore, aut post mortem eius, antequam adeat, debet iussu noui domini adire. At si manus missus est^c viuo testatore, vel mortuo, antequam adeat, suo arbitrio adire potest hereditatem.

¶ *De seruo hereditario.*

2. Servus etiam alienus^d post domini mortem, rectè heres instituitur: quia & cum hereditariis servis est testamèti factio. Non dum enim adita hereditas, personæ vicem^e sustinet, nõ heredis futuri, sed defuncti: cum etiam eius qui in vtero est^f, servus rectè heres instituitur.

¶ *De seruo plurium.*

3. Servus autem plurium, cum quibus testamenti factio^g est, ab extraneo^h institutus heres, vnicuique dominorum, cuius iussu adierit, pro portioneⁱ dominij acquirit hereditatem.

¶ *De numero heredum.*

4. Et vnum hominem, & plures, vsque in infinitum, quot quis heredes velit facere, licet.

seruo. D. pro soc. ⁱ ¶ *Quia dominium est causa acquirendi.*
^k *Civitas itaq; aut populus institui potest: nulla enim hic subest incertitudo. Wes.*

^a *Servitutis, scilicet, conditione, & domini familia.*

^b *Quidã cod. iussu domini sui.*

^c *Vide Vlp. in frag. tit. 20.*

^d *Quos dominos heredes instituire possumus, horum possumus & servos.*

^e *Fac. l. 31. §. Gl. hic.*

^f *Fac. l. 64. hic, & inde ex Iabolenno de scriptus est hic locus.*

^g *Cũ servus instituitur, queritur, an dominus hereditatis capax sit. d. l. 31. hic.*

^h *¶ A domino institutus acquirit ceteris. l. de rum. 63. §. si*

^a Ex l. 50. §.

^b Et hic, An-
ron. August.
Emend. li. 2.

cap. 8. Duar.
Disp. ca. 36.

^c † Regula-
riter, nisi te-
stator aliter
diuiserit.

^d Vide Till.
pro C. c.

^e Sueton. 177
Iul. Cas. cap.
83.

^f † Vncia est
vna et mi-
nima assis
pars: cuius
nota est -

^g † Sexta
pars assis, id
est, dua vnc-
ie. nota
est =

^h † Quarta
pars assis,
tres vncie.
nota = -

ⁱ † Tertia
pars assis, quatuor vncie. nota = =

^k † Semias. 6. vncie. nota S.

^l † Septem vncie. nota 8.

^m † Quasi bis triens, et ait Festus: 8. vncie. nota S.

ⁿ † Dempto quadrante as: 9. nota SZ.

^o † Dempta sextante as: decem vncie. nota S = =

^p † Dempta vncia: as. nota S = - =

¶ De diuisione hereditatis.

§ Hereditas ^a plerunque ^b † diuiditur in duodecim ^c vncias ^d †, quæ assis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab vncia vsque ad assem, vtputa hæc, sextans ^e †, quadrans ^f †, triens ^g †, quincunx ^h †, semis ⁱ †, septunx ^k †, bes ^l †, dodrans ^m †, dextans ⁿ †, deunx ^o †. Non autem ^p vtique; semper duodecim vncias esse oportet.

¶ nam tot vnciæ assem efficiunt, quot testator ^q voluerit: & si vnum tantum quis ex semisse ^r (verbi gratia) heredem scripserit, totus as in semisse erit. Neque enim idem ex parte testatus, & ex parte intestatus, decedere potest: nisi sit miles, cuius sola voluntas in testando spectatur. Et è contrario potest quis in quantascunque voluerit, plurimas vncias suam hereditatem diuidere.

¶ De portionibus singulorum heredum.

*Si testator assem non diuiserit,
aut partes in quorundam
persona non ultra as-
sem expresserit.*

^h † Quinque vncie.

^k † Septem vncie.

^l † Quasi bis triens, et ait Festus: 8. vncie. nota S.

ⁿ † Dempto quadrante as: 9. nota SZ.

^o † Dempta sextante as: decem vncie. nota S = =

^p Fac. leg. 47. eod.

^q Fac. l. 13. De lib. & posthum.

^r Id est, sex vncijs.

^s leg. Ius nostrum. 7. De reg. iuris.

6 Si plures^a instituantur heredes^b, ita demum in hoc casu partium distributio necessaria est, si nolit testator eos ex æquis partibus heredes esse. Satis enim constat, nullis partibus nominatis, ex æquis partibus eos heredes esse. Partibus autem in quorundam personis expressis, si quis alius sine parte nominatus erit, si quidem aliqua pars assi deerit ex ea parte heres fit. Et si plures sine parte scripti sunt, omnes in eandem partem concurrunt^c. Si verò totus as completus sit, ij, qui nominatim expressas partes habent, in dimidiam partem vocantur, & ille, vel illi omnes in alteram dimidiam. Nec interest primus, an medius, an nouissimus, sine parte heres scriptus sit: ea enim pars data intelligitur, quæ vacat^d †.

^a *Fac. Vlp. l. 9. § Heredes eod.*

^b *Idem Et si pluribus ali quid legitur. nam Et hic ait. l. legata inutiliter. §. Vlt. de leg. 1. si partes non fuerint adiectæ, aqua seruabuntur.*

^c *Quasi scilicet ex ea coniunctim instituti sint.*

^d † *Rectè igitur asse completo, datur ei, qui sine parte institutus est, pars dimidia: dupondio cōpleto, tertia: tripondio expleto, quarta: Et ita deinceps. nam ab asse*

¶ *Si pars vacet, aut desit.*

7 Videamus^e, si pars aliqua vacet, nec tamen quisquam sine parte sit heres institutus, quid iuris sit, veluti si tres ex quartis partibus heredes scripti sunt. Et constat vacantem partem singulis tacitè pro hereditaria parte accedere^f, & perinde haberi, ac si ex tertiis partibus heredes scripti essent: & ex diuerso, si plures heredes scripti in portionibus sint, tacitè singulis decrescere: vt si (verbigratia) quatuor ex tertiis partibus heredes

ad dupondium transimus, à dupondio ad tripondium, à tripondio ad quadripondium Et. Ex Vlp. l. 13. §. 1. hic. A-

lias, adcrefcere.

^e *Ex Vlp. l. 13. §. 1. hic.*

** Id est, duabus libris, seu duobus asibus. Dupondius 24. Uncia efficiunt. Vlp. l. 17. hic.* scripti sint, perinde habeantur, ac si vnusquisque ex quarta parte heres scriptus fuisset.

¶ *Si plures uncia quam 12. distributa sint.*

b Ex Papin. l. 24. hic. 8 Et si plures vnciæ, quàm duodecim distributæ sint, is, qui sine parte institutus est, quod dupondio *a* deest, habebit. Idemq; erit, si dupondius expletus sit. quæ omnes partes ad assem postea reuocantur, quanuis sint plurium vnciarum.

¶ *De modis instituendi.*

c † Dies incertus conditione facit. l. 75. D. de cond. & demonst. 9 Heres & purè, & sub conditione institui potest: ex *b* certo *c* † tempore, aut ad certum tempus non *d* † potest *e*, veluti *Post quinquennium, quàm moriar, vel, Ex Calendis illis, vel, Usque ad Calendas illas heres esto.* Denique diem adiectum haberi pro superuacuo placet, & perinde esse, ac si purè heres institutus esset.

¶ *De conditione impossibili.*

† Alioquin pro tempore esset testatus, pro alio tempore intestatus. Vide Bar. in l. miles ita. p. D. de testa. mil. Cessat hæc ratio in conditione: quia conditio retrotrahitur. l. possor. II. p. D. qui pot. in pign. hab. l. quod dicitur. 38. p. D. de test. mil. 10 Impossibilis *f* conditio in institutionibus & legatis, nec non in fideicommissis, & libertatibus, pro non scripta *g* † habetur.

¶ *De pluribus conditionibus.*

† Fanore Vlt. Voluntatis. aliud iuris est in contractibus. §. si impossibilis, inf. de iur. stipul. 11 Si plures conditiones in institutionibus adscriptæ sunt: si quidem coniunctim, ** Apagano verū est, certè à milite potest. l. Miles ita. De mil. testa. Ex l. 1. De cond. instit. secus dicendum de perplexa. Vt, si Titius heres erit, Seius heres esto. reddit enim institutionem inutilem. l. 16. De cond. instit.*

vt putà,

vt putà, Si illud & illud factum fuerit: omnibus parendum est. si separatim ^a †, veluti, Si illud, aut illud factum erit: cui libet ^b conditioni obtemperare satis est.

¶ De his quos nunquam testator vidit.

12. Ii, quos nunquam testator vidit^c, heredes institui possunt: veluti si fratris filios peregrinantes^d, ignorans qui essent, heredes instituerit. ignorantia enim testantis, inutilem institutionem non facit.

DE VVLGARI substitutione f.

TITVLVS XV.

¶ De numero graduum.

POTEST & autem quis in testamento suo plures gradus heredum facere: vt puta, Si ille heres non erit, ille heres esto, & deinceps, in

C. hoc titul. vnde hic locus petitus est. ^d Id esset. procul agentes. Theoph. habet, ἐπι ξέρως διαγορας: vnde vera est lectio manuscriptorum. peregrinos, diuisis vocibus. vt notat. I. C. Dicimus autem, sum peregrini, & vado peregre. vt Fl. Sosipater scribit. & Charisius. lib. 2. notat ex Plauto in Persa. ^e Cuius 2. Instit. titul. 4. Duar. 2. Diss. cap. 7. ^f Substitutionem generaliter definire possumus institutionem conditionalem in subsidium prioris heredis deficiens. Duplex autem est: altera est vulgaris qua & directa: vt, Si Titius heres non erit, Seius heres esto. Altera est pupillaris, & quodammodo vtilis, vt, Si filius meus heres erit, & ante pubertatem decesserit, Titius heres esto. Qua his tantum concessa est, qui liberos habet in potestate. Eius exemplo Iustinianus similem introduxit in fauorem furiosorum; & c. qua vulgò Exemplaris dicitur, satis insulse. A. C. ^g Ex Mart. l. 36. hic.

^a † Hoc. e. alternate, neque barbara est hac dicitio, & quidam putant: quippe cum ea statuerit vlp. in l. 8. §. si quis. D. de condit. inst. ^b Cui libet, legendum diuisis vocibus, id est, cui placet. Theoph. habet, οὐκ ἔστι βούληται.

^c Extraneis etiam penitus ignotum heredem quis institueri potest l. ii.

• Instituire quantum velit testator, substituere potest: vt nouissimo loco in subsidium, vel seruum necessarium heredem instituire^a possit.

¶ *De numero heredum in singulis gradibus.*

1 Et plures in vnus locum possunt substitui, vel vnus in plurium, vel singuli in singulorum, vel inuicem^b ipsi, qui heredes instituti sunt.

¶ *Quam partem singuli substituti accipiunt. Si partes in institutione expressæ non sint.*

2 Et si ex disparibus^c partibus heredes scriptos inuicem substituerit^d †, & nullam mentionem partium in substitutione habuerit: eas videtur in substitutione partes dedisse, quas in institutione^e † expellit: & ita diuus Pius rescriptit f.

¶ *Si coheredi substituto alius substituitur.*

3 Sed si instituto & heredi, coherede substituto dato, alius ei substitutus fuerit: diui Seuerus & Antoninus sine distinctione^h †

Vocantur, non sub proprio nomine, sed vt heredes instituti. l. 124. de legat. 1. l. 24. ad Trebell. c. † Non eius in cuius locum substitutio facta est, vt Theoph. interpretatur, sed eius qui est substitutus. l. 5. l. 24. D. h. r. l. 24. C. eod. f. Fac. l. I. C. De impub. & alijs subst. g. Omnes vt. C. Sed si instituto heredi, & coheredi suo substituto, alius, &c. Sic in l. Si ex pluribus. De suis & legit. her. I. C. h. † Non distinguendo scilicet inter partem primi & secundi heredis. Hac igitur verba sine distinctione mox declarat, cum ait ad vtramque partem.

rescripse-

rescripserunt, ad vtramque partem substitutum admitti.

¶ *Si quis seruo, qui liber existimabatur, instituto substitutus fuerit.*

4 Si seruum^a alienum quis patrem familiars arbitratus, heredem scripserit: & si heres non esset, Mæuium^b ei substituerit: isque seruus iussu domini adierit hereditatem: Mæuius substitutus in partem^c admittitur. illa enim verba, *Si heres non erit*, in eo quidē, quē alieno iuri subiectū esse testator scit, sic accipiuntur, Si neq; ipse heres erit, neq; aliū heredē effecerit: in eo verò quē patrē familiars esse arbitratur, illud significant, si hereditatem sibi, vel ei, cuius iuri postea subiectus esse cœperit, non adquisierit^d. Idq; Tiberius^e Cæsar in persona Parthenij serui sui constituit.

DE PVPILLARIS substitutione.

TITVLVS XVI.

¶ *Forma, effectus, origo, & ratio pupillaræ substitutionis.*

LIBERIS suis impuberibus, quos in potestate quis habet, non solum ita, vt supra diximus, substituere potest, id est, vt si heredes ei non extiterint, alius sit ei heres: sed eò amplius, vt si heredes ei extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, sit eis aliquis he-

^a *Ex l. 40. De hered. instit.*

^b *Fac. Iul. l. 40. De hered. instit.*

Qui huius loci speciem explicat.

Alc. lib. 1. ca. 2. Dissp.

^c *Dimidiā scilicet, nā l. si pater fa.*

De hered. instit. ait in hoc casu semisses fieri. Vide hic C.

[†] *Ait quidem fieri semisses: sed alterum tribuit domino, alterum diuidit inter dominū, & substitutum: habet igitur dominus dodrantem, substitutus quadrantem.*

^d *Ex Pomp. l. 41. De hered. instit.*

Alc. ibid. e Theoph. legit. Diuus Pius Cæsar. f Dicitur ab avaritate, de qua fieri solet. Theoph. g Id est, vulgariter.

^a In hoc exemplo, prius fit vulgaris, de inde pupillaris substitutio. l. 2. eod. titul.

^b Quæ verba propria sunt pupillaris substitutionis. Theoph.

^c Antiqua locutio quæ veteres pupillare ætatem significabant, id est, eam qua

tutorum potestati subiecta est. H.

^d Vulgaris instit. est ex 12. tab. Vide l. 2. D. eod.

^e † In quorū sunt potestate.

^f Fac. l. 9. C. De impub.

Et al. subst. hunc locum explicat Paul. leg. 43. hic. ^g † Et mater hoc modo substituit. d. l. 9. ^h † Velfuriosos. l. 5. l. im. C. de cur. fur. ⁱ Hæc abundat, et ex cōstitutione apparet. ^k † Particula et si hoc loco non implicat, nisi mater, aut pater qui emancipavit, substituat: nam filii, qui in potestate sunt, substituitur potius pupillariter, quā Iustinianicè. arg. l. 3. D. de tute. ^l Theoph. phil. habet ἀναρῶν δὲ, id est, abrogari. Paul. Verò, rumpi. d. l. 43.

^m Non est in vet. lib.

res: veluti si quis dicat hoc modo, *Tuius a filius meus heres mihi esto. Et si filius meus heres b mihi non erit: siue heres erit, & prius moriatur, quam in suam tutelam venerit c, id est, antequam pubes factus sit, tunc Seius heres esto.* quo casu, si quidem non extiterit heres filius, tunc substitutus patri fit heres: si verò extiterit heres filius, & ante pubertatem decesserit, ipsi filio fit heres substitutus. nā moribus d institutum est, ut quum eius ætatis filij sint, in qua ipsi sibi testamentum facere nō possunt, parentes e † eis faciant.

¶ Digressio de Iustinianca seu quasi pupillari substitutione.

I Quæ ratione excitati, etiam constitutionē posuimus in nostro Codice, qua prospectum est, ut si g † qui mente captos h † habeat filios, vel nepotes, vel pronepotes, cuiuscunque sexus, vel gradus i: liceat eis, et si k † puberes sint, ad exemplum pupillaris substitutionis, certas personas substituere. sin autem resipuerint, eandem substitutionem infirmari l sancimus m: & hoc ad exemplū pupillaris substitutionis: quæ postquam pupillus adoleuerit, infirmatur.

¶ Pro-

¶ *Proprium pupillaris substitutionis.*

2 Igitur in pupillari substitutione secundum præfatum modum^a † ordinata, duo quodammodo sunt testamenta: alterum patris^c, alterum filij, tanquam si ipse filius sibi heredem instituisset: aut certè vnum testamentum est duarum causarum, id est, duarum hereditatum.

¶ *Alia forma substituendi pupillariter.*

3 Sin autem quis ita formidolosus sit, ut timeat, ne filius suus^d pupillus adhuc ex eo, quòd palàm substitutum acceperit, post obitum eius periculo insidiarum^e subiaceat: vulgarem quidem substitutionem palàm facere, & in primis testamenti partibus ordinare debet: illam autem substitutionem, per quam, si heres extiterit pupillus, & intra pubertatè decesserit, substitutus vocatur: separatim in inferioribus^f partibus scribere debet, eamq; partem proprio lino^g, propriaq; cera consignare: & in priore parte testamenti cauere, ne inferiores tabulæ viuo filio & adhuc impubere, aperiantur. Illud palàm est, non ideo minùs valere substitutionem impuberis filij, quòd in eisdem tabulis scripta sit, quibus sibi quisque heredem instituisset: quanuis pupillo hoc periculosum sit.

¶ *Quibus substituitur.*

4 Non solùm tamen heredibus institutis

Asco. 3. in Verrem. idem Suet. in Nero. cap. 17. § Quo, sc. tabula testamenti ligabatur. Scauola in l. 28. §. 1. De liber. leg. Horat. 2. Serm. Satyr. 5. Lucia. in Timon. Alc. lib. 4. p. cap. cap. 6.

^a † Cum eodem tempore sunt institutio & substitutio.
^b Si testator & testamētis sollemnitas spectetur vnum est: si plurimum hereditas, duo.
^c l. 2. §. Prius. hsc. Theoph.
^d Fac. l. Patris. 20. hic.
^e Vet. ne filius eius.

^f Quibus expressa est pupillaris atas ob hereditatis spē. Perf. Sat. 2. Pupillum & vicinam quem proximus heres impubere, expungam.

^g Suet. in Iul. Cas. cap. 83. habet ima cera, id est, vltima parte tabulæ.

^a Leg. vt & si heredes . sic §. §. prox.

^b Absēt ab omnibus & rectē.

^c Fac. Triphoninus in l. Miles itā.

41. §. pen. De De mil. testam.

^d Quibus etiam substitui potest, tanquā iā natis, ob eorum commōdum l. 7. De stat. hom.

^e Ex Florēt. l. 37. hic.

^f Fac. l. 2. §. Prius. hic.

& regula Iuris in l. 177.

De regul. Iur. Aliud

de milite. d. l. 2. §. Quis-

quis. hic. & de hic locus

est descriptus.

^g † Sub. ex vlla parte l. 8. §. sed nec. D. de inoff. & iure ciuili. l. ex duobus. 34. §.

¶ D. h. t. ^h Fac. l. 25. De vulg.

impuberibus liberis ita substituere parentes possunt, vt si ^a heredes eis extiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, sit eis heres is, quem ipsi voluerint: sed etiam exheredatis.

Itaq; eo casu, si quid exheredato ^b pupillo ex hereditatibus, legatis ve, aut donationib. propinquorum atq; amicorum acquisitum fuerit, id omne ad substitutū pertinebit ^c. Quacūq; diximus de substitutione impuberum liberorum, vel heredum institutorum, vel exheredatorum, eadem etiam de posthumis ^d intelligimus.

¶ Qui substituunt.

5 Liberis ^e autem suis testamentum nemo facere potest, nisi & sibi faciat ^f. nam pupillare testamentum, pars & sequela est paterni testamenti: adeò vt si patris testamentum non valeat ^g †, nec filij quidem valebit.

¶ Quot liberis substituitur.

6 Vel singulis autem liberis, vel ei qui eorum nouissimus impubes morietur, substitui potest. singulis quidem, si neminem eorum intestatum decedere voluerit: nouissimo, si ius legitimarum ^h hereditatum integrum inter eos custodiri velit.

¶ De substitutione nominatim aut generaliter facta.

7 Substituitur autem impuberi aut nominatim, veluti, *Titius heres esto*: aut genera-

fitet, vt, *Quisquis mihi heres erit.* Quibus ver-
bis vocatur ex substitutione, impubere mor-
tuo filio, illi^a qui & scripti^b sunt heredes, &
extiterunt, & pro qua parte heredes facti sunt.

¶ *Quomodo substitutio pupillaris finitur.*

8 Masculo igitur vsque ad quatuordecim
annos substitui potest: feminæ vsq; ad duo-
decim annos. & si hoc tempus excefferint,
substitutio euanescit.

¶ *Quibus pupillariter non substituitur.*

9 Extraneo^c verò, vel filio puberi heredi
instituto, ita substituere nemo potest^d, vt si
heres extiterit & intra aliquod tempus de-
cesserit, alius ei sit heres: sed hoc solum per-
missum est, vt eum per fideicommissum te-
stator obliget alij hereditatē eius, vel totam,
vel pro parte restituere. quod ius quale sit,
suo loco trademus^e.

^a *Veletiam ille ne quis putet superiorem generalis substit. formulam omnino desiderare multitudinis numerū.*
^b *Ex Caio. l. 5. hic.*

^c *Qui nec natura, nec iure cōiunctus est. Videl. l. 2. de Vul. & pup.*
^d *Nisi miles. l. 41. §. penu. De test. mil.*
^e *Ubi ager de fideic. her.*

QVIBVS MODIS TESTA- menta infirmantur^f.

TITVLVS XVII.

¶ *Quibus modis testamentū infirmatur.*

TESTAMENTVM & iure factum vsque cō-
valet, donec rumpatur, irritūve fiat.

¶ *De testamento rupto. Definitio.*
De adoptione.

I Rumpitur autem testamentum, cūm
in eodem statu^h manēte testatore, ipsius te-

^f *Quæ ab initio valēt iure civili, aut rupti aut irriti & ius infirmantur. pratorio per bon. poss. contra tab. rescinduntur. I. C.*
^g *Vlp. in frag. tit. 23.*

^h *Theoph. negativè legit μὴ μένωντος τῆ τεσάτωπος, &c. sed mendum esse deprehenditur ex l. 3. §. Ex his. De in inst. rup. §. 5. Posthumorum. De exhered.*

† *l. pen. C. de adopt.* *b* † *Nisi is, quem adoptavit, sit institutus. l. filiosam. 23. §. 1. D. de lib. c* sui heredis.

‡ *posth. vel exhereditatus, si exheredari potuit. l. non potuit. 8. D. de bon. poss. con. tab.*

¶ *Videlib. 1. Deorat.*

¶ *Fac. l. 16. De iust.*

¶ *Intestatū alio modo accipit iust. in §. 1. De hered. qua ab intest. def.*

¶ *Ex Mart. l. 29. ad Trebell.*

¶ *Quia nihilominus habet contrariam hereditatem. §. hereditas. de hered. instit. l. 1. §. si ex fundo.*

¶ *D. eod.*

testamenti ius vitatur. Siquis enim post factū testamentum adoptauerit sibi filium per Imperatorem, eum, qui est sui iuris, aut per Præto-
 torem, secundum nostram constitutionē^a †, eum, qui in potestate parentis fuerit: testa-
 mentum eius rumpitur^b † quasi adgnatione^c

¶ *De posteriore testamento: 3 in quo heres ex certis rebus institutus est.*

2 Posteriore quoque testamento, quod iure perfectum est, superius rumpitur: nec interest, extiterit aliquis heres ex eo, an non. hoc enim solum spectatur^d, an aliquo casu existere potuerit. Ideoq; si quis aut noluerit heres esse, aut viuo testatore, aut post mortem eius, antè quàm hereditatem adiret, decesserit, aut conditione, sub qua heres institutus est, defectus sit: in his casibus paterfamilias intestatus^e moritur. Nam & prius testamento non valet, ruptum à posteriore: & posterius æquè nullas habet vires, cùm ex eo nemo heres extiterit.

3 Sed & si quis, priore testamento iure perfectò, posterius æquè iure fecerit: etiamsi ex certis rebus^f † in eo heredem instituerit: superius tamen testamentum sublatum esse, diui Seuerus & Antoninus Augusti rescripserunt. cuius constitutionis verba & hîc inferi iussimus, quum aliud quoque præterea in ea constitutione expressum sit. *Imperatores Seuerus & Antoninus Augusti Cocceio Cam-*

pano. Testamentum secundò loco factum, licet in eo certarum rerum heres scriptus sit, perinde iure^a valere, ac si rerum mentio facta non esset: sed & teneri heredi^{m^b} scriptum, ut contentus rebus sibi datis, aut suppleta quarta ex lege Falcidia^c, hereditatem restituat. his qui in priore testamento scripti fuerat, propter inserta fideicommissi verba, quibus ut valeret prius testamentum, expressum est, dubitari non oportet. Et ruptum quidè testamentum hoc modo efficitur.

¶ De testamento irrito. Quibus modis sit irritum.

4 Alio autem modo testamenta iure facta infirmantur: veluti cum is^d †, qui facit testamentum, capite^e deminutus sit, quod quibus modis accidat, primo libro retulimus.

¶ Cur dicatur irritum.

5 Hoc autem casu irrita fieri testamenta dicuntur: quum alioqui & quæ rumpuntur, irrita fiant: & ea quæ statim ab initio non iure fiunt, irrita sint. sed & ea, quæ iure facta sunt, & postea per capitis deminutionem irrita fiunt, possumus nihilominus rupta dicere. Sed quia sanè commodius^f † erat singulas & causas singulis appellationibus distingui: ideo quædam non iure facta dicuntur, quædam iure facta rumpi vel irrita fieri.

¶ Quibus modis conualescit.

Fac. l. 1. §. Si ex fundo. De her. inst. Cū testator heredis fidei comisit Et valerent priores tab. Quæ extesa est etiã ad fideicommissa: ne quis hic pro Trebelliano positam somniet. Vide Conium li. 2. Successuarum. ^d † Paganus scilicet §. de nique §. de mil. testa. ^e Etiam minima, & eluti arrogatio ne. l. 8. §. si post. De iur. codicill. ^f † Arist. 3. Ethic. 1. ἐπει γὰρ διαφέρει βέλτιον ὄνομα ἔχει ἰδίον. & Quas oēs differentia species tradit Papin. d. l. 1. De in. inst. rup.

a Vide Vlp. in frag. tit. 23. Et l. Posthumus. 12. De iniust. rupt. l. 8. §. 2. De iur. cod. b Prætorio Iure. s. neglecta Iuris civilis subtrahate. l. 12. De iniust. rupt. l. 7. De Iust. Et Iur. Fac. l. Sancimus. C. De testam. vbi irritum fit testamentū, quia ita velit testator, id apud alicuius profectus, tribus convocatis testibus Et decennio postea elapso. Vide Connanum lib. 9. cap. 7. d Qua præcessit 8. Confessio, cuius verba quaedam extant apud Capit. in Persinace Imperatore.

6 Non tamen^a per omnia inutilia sunt ea testamenta, quæ ab initio iure facta, per capitis deminutionem irrita facta sunt. nam si septem testium signis signata sunt: potest scriptus^b heres secundum tabulas testamenti bonorum possessionem agnoscere: si modò defunctus, & ciuis Romanus, & suæ potestatis mortis tempore fuerit. Nam si ideo irritum factum sit testamentum, quia ciuitatem, vel etiam libertatem testator amisit, aut quia in adoptionem se dedit, & mortis tempore in adoptiui patris potestate sit: non potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere.

¶ *Denuda voluntate.*

7 Ex eo autem solo non potest infirmari testamentum, quòd postea testator id noluerit^c valere: vsque adeò, vt & si quis post factum prius testamentum, posterius facere cœperit, & aut mortalitate præuentus, aut quia eum eius rei pœnituit, id non perfecerit: diui Pertinacis^d oratione cautum sit, ne aliàs tabulæ priores iure factæ, irritæ fiant, nisi sequentes iure ordinatæ & perfectæ fuerint: nam imperfectum testamentum sine dubio nullum est.

¶ *Si princeps litis causa, vel in testamento imperfecto institutus fuerit.*

8 Eadem oratione expressit, non admissurum

surum se hereditatem eius, qui litis ^a causa ^a *Quæ res profecto invidiosa est. l. pen. de hered. inst. Sueton. in Oct. Aug. cap. 66. & Capitol. ibid.*
 principem reliquerit heredem: neque tabulas non legitimè factas, in quibus ipse ob eam causam ^b † heres institutus erat, probaturus: neque ex nuda voce heredis nomen admissurum, neque ex vlla scriptura, cui iuris auctoritas desit, aliquid adepturum. Secundum hoc diui Seuerus & Antoninus sæpissime rescripserunt ^c. *Licet enim (inquiunt) legibus ^d † soluti simus, attamen legibus vinimus ^e.*

DE INOFFICIOSO s. testamento.

TITVLVS XVIII,

¶ Ratio huius querelæ.

QUIA & plerunque ^b † parentes sine causa liberos suos exheredant, vel omitunt, inductum est, vt de inofficioso testamento agere possint liberi, qui queruntur, aut iniquè ⁱ † se exheredatos, aut iniquè præteritos: hoc colore ^k, quasi non sanæ mentis fuerint, cum testamentum ordinarent. Sed hoc ^c

Non extat eorum rescriptum: sed simile in l. Ex imperfecto. C. de testa. d. † Ciuilib. f. ex quibus constat ius τὸ κατὰ συνθήκην. e. Fac. l. 13. de leg. 3.
 Hac actione testamenta rescinduntur, & hereditates petuntur. Vulgò autem dicitur actio, accusatio, querela inofficiosi testamenti: itemque, petitio hereditatis de inoff. testament. Et in l. si quis filium. C. eod. l. pen. §. sed quemadmodum. D. de bon. poss. cont. tabul. ^s Freqüentes sunt inofficiosi querelæ, inquit. Vlp. l. 1. hic. Vide Paul. lib. 4. Sentent. tit. 5. ^h † Particula plerunque afficit verbum sine causa, non verbum exheredant. ⁱ † Quia debetur hereditas filiis iure natura l. & l. D. de bon. dam. ^k Mart. l. 2. hic. Colorem, pretextum, titulum vocat Marcell. l. 49. De donat. int. vir. & vxor.

* *Quod esse debet huiusmodi, & pater filio omnia acquirat. l. Scripto. Si tab. testam. non ext. Iustin. Nozel. 89. Arist. I. Eth. cap. 8. l. r.* dicitur non quasi verè furiosus sit, sed rectè quidem fecerit testamentum, non autem ex officio pietatis^a. Nam si verè furiosus sit, nullum testamentum est.

¶ *Qui de inofficioso agunt.*

1 Non autè^b liberis tantum permillum est, testamentum parentum inofficiosum accusare, verum etiam liberorum^c parentibus^d. Soror autem & frater^e & turpibus^f personis scriptis heredibus, ex sacris constitutionibus^g prælati sunt. Non ergo contra omnes heredes agere possunt. Ultra fratres igitur & sorores cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes vincere^h & †.

^b *Ex Vlp. l. i. hic.*

^c *Paganorum, scilicet, non militum, quibus libera est testandi potestas. l. 8. §. 3. hic.*

^d *Fac. l. 15. hic.*

^e *† Consanguines l. fratres. 27. C. h. t.*

^f *Infamia notatis. Vid. Val. Max.*

lib. 7. cap. 8. De Pompcio Rhegino. §. Fac. l. pen. C. De adopt. §. 21. & 27. C. eod. h. † Nisi casu, quia nemo eos repellat. l. 9. §. si quis ex his personis. D. h. t. † Legitimi sc. h. 29. τιν γὰρ ἐστίν, ait Theop. Boët. od. osumenim est, & extraordinarium remediū. l. 6. De minor.

ⁱ *Posthumi sui, & filij de inofficioso testamento patris: posthumi legitimi, & filij de inofficioso testamento matris, fratres, nepotes ex filia. Posthumi cognati, & nepotes ex filio concepti post emancipationem. Posthumi ergo non sui tantum, sed etiam alieni. l. Posthumi. l. Papin. §. si ex causa. D. eod.*

¶ *De liberis naturalibus, vel adoptiuis.*

¶ *De his, qui alio iure venire possunt.*

2 Tam autem naturales liberiⁱ, quàm secundum nostræ constitutionis diuisionem adoptati, ita demum de inofficioso testamento agere possunt, si nullo alio iure & ad defuncti bona venire possint. Nam qui ad hereditatem totam vel partem eius alio iure veniunt: de inofficioso agere non possunt. Posthumi^l

quoque,

quoque, qui nullo alio Iure venire possunt, de inofficioso agere possunt.

¶ *De eo, cui testator aliquid reliquit.*

3 Sed hæc ita accipienda sunt, si nihil eis penitus à testatoribus testamento relictum est. quod nostra constitutio^a † ad verccundiam^b naturæ introduxit. Sin verò quancunque pars hereditatis, vel res eis fuerit relicta: de inofficioso querela quiescente, id quod eis deest, vsque ad quartam^c † legitimæ^d partis repleatur: licet non fuerit adiectum, † boni viri arbitratu debere eā compleri.

^a † *l. omni- modo. 30. C. h. t.*

^b *Ne à filijs parentū testamēta dis solvantur.*

Valer. De Aphrani.

^c † *Noviss- mo iure tri- entem vel semissem*

no. 18. c. 1.

^d *Quæ sit le- gitima & Unde dicta.*

Paul. lib. 4. Sent. cap. 4.

^e † *Si id ad- lectum inte- stamēto es- set, supplē- batur quar- ta ex consti- tutione Cō- stantini. l. 4.*

C. Theo.

h. t.

^f *Plin. l. 6. 5. Epist. 1.*

¶ *Si tutor pupilli nomine legatum acceperit, s aut de inoffic. agens succubuerit.*

4 Si tutor nomine pupilli, cuius tutelam gerebat, ex testamento patris sui legatum acceperit, cum nihil erat ipsi tutori relictum à patre suo: nihilominus poterit nomine suo de inofficioso patris testamento agere.

5 Sed si è contrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioso egerit, & superatus est: ipse tutor, quod sibi in testamento eodem legatum relictum est, non amittit.

¶ *De quarta legitima partis.*

6 Igitur quartam^f quis debet habere, vt de inofficioso agere non possit: siue Iure hereditario, siue Iure legati, vel fideicommissi, vel si mortis causa ei quarta donata fuerit,

^b *Cuiac. putat intelligi duos casus. l. pen. C. de Coll. quibus donationē inter viuos non tantum conferri existimat. sed etiā in qua. dranē imputari.* vel inter viuos in iis tantummodo casibus quorum mentionem facit nostra constitutio ^b, vel aliis modis ^c †, qui in nostris ^d † constitutionibus ^e cōtinentur. Quod autem de quarta diximus, ita intelligendum est: ut siue vnus fuerit, siue plures, quibus agere de inofficioso testamēto permittitur: vna quarta eis dari possit, ut ea pro rata eis distribuatur: id est, pro virili portione, quarta ^f.

DE HEREDVM QUALI-
tate, & differentia s.

TITVLVS XIX.

¶ *Diuisio heredum.*

^{3p.} ^d † *Al. deest nostris.* HEREDES autē aut necessarij dicuntur, aut sui & necessarij, aut extranei.

^e *l. Quoniā Nou. C. eod.*

¶ *De heredibus necessariis.*

l. Ut liberis. De collat.

^f *Hec verba in omnibus*

manuscrip. Significant

autem cuiq;

dari quartā sue virilis

partis. C.

^g *Caius 2. Instit. tit. 3.*

^h *Quidam cod. ideo sic appellatus.*

I Necessarius heres est seruus heres institutus. ideoque sic appellatur ^h: quia siue velit, siue nolit, omnino post mortē testatoris protinus liber & necessarius heres fit. Vnde qui facultates suas suspectas habēt, solent seruum suum primo aut secundo, aut etiam vltiore gradu heredem instituere: ut, si creditoribus satis non fiat, potiūs eius heredis bona, quā ipsius ⁱ testatoris, à creditoribus possideantur, vel distrahantur, vel inter eos diuidantur. Pro hoc tamē incommodo ^k,

ⁱ *Ne iniuria defunctus afficiatur. §. 1. Quibus ex caus. manu. nō lic. l. i. C. Qui man. non poss.* ^k *Theoph. habet, αὐτὸν δὲ τῆς τοιαύτης ὑπερῶς ἔγγ.*

illud

illud ei commodum præstatur: ut ea, quæ post mortem patroni sui sibi acquisierit, ipsi reseruentur. Et quanuis bona defuncti non sufficiant creditoribus: iterum tamen ex ea causa res eius, quas sibi acquisierit, non veniunt.

¶ *De suis heredibus.*

2 Sui^a autem & necessarij heredes sunt, veluti filius, filia, nepos, neptisve ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui in potestate morientis^b modò fuerint. Sed ut nepos neptisve sui heredes sint, non sufficit eum eamve in potestate^c aui mortis tempore fuisse: sed opus est, ut pater eius viuo patre suo defierit suus heres esse, aut morte interceptus^d, aut qualibet alia ratione liberatus à patris potestate: tunc enim nepos neptisve in locum patris sui succedit^e. Sed sui quidè heredes ideo appellantur, quia domestici^f heredes sunt, & viuo quoque patre quodammodo domini existimantur^g. Vnde etiam si quis intestatus moriatur, prima causa est in successione liberorum. Necessarij verò ideo dicuntur: quia omnino, siue velint, siue nolint, tam ab intestato, quàm ex testamento, ex lege duodecim tabularū^h † heredes fiunt.

cus est descriptus.

^h † Nonnulli putant hæc verba ex lege duodecim tabularū delenda esse. quia patria potestas necessarios facit. l. 5. D. de condit. & demonstrat. qua moribus est induc. a. l. 8. de his qui sui vel alien. iu. sunt. Theoph. hæc legit S. post illa verba, in successione liberorum. Sed vulgata lectio defendi potest. quid enim prohibet, quò minus dicamus, Decem viros hoc ius constituentes ad patriam potestatem respexisse?

^a §. l. tit. i.

lib. 3. j.

^b Theophil.

in τῶ κληρῶ

τῆς τελευτῆς.

^c Fac. V. p. l. 6.

§. Interdū.

De acq. her.

^d Et hic qui-

dem nepos

Opiter à ve-

teribus dice-

batur: cuius

scilicet pa-

ter viuo aui

obisset, au-

thore Sex.

Pomp.

^e Ex lege Iu-

lia Velleia.

^f Theophil.

habet οἰκονο-

κον, domina-

ri. Pli. in Pa-

negy. l. 12. in

fi. De bon. li-

berto.

^g Propter cō-

tinuationē

dominij. §.

fac. l. ii. De

lib. & Posth.

Vnde hic lo-

** Fac. Caius l. 57. De acq. hered. § l. 15. ill. titul. Vlp. in frag. tit. 22.*
 Sed his Prætor ^a permittit volentibus abstinere hereditate, ut potius parentis, quam ipsorum bona similiter à creditoribus possideantur.

¶ *De extraneis. Qui sunt heredes extranei.*

b Caius 2.

Instit. tit. 3.

c Theophil. habet ἐμπαύκητον.

d † Excipiuntur no. 81.

cap. 2. qui per dignitatem exierunt è potestate parentum.

e §. Femina de adopt. l.

Illud. §. Ad testamēta.

De bon. poss. contr. tabul.

f Extraneorum, scilicet, quia utrumque hereditatem & libertatem testamento non est consequutus. Theoph.

g Ex Florent. l. 49. §. 1. De hered. inst.

h Duob. temporib. id tertium additur.

3 Cæteri, qui testatoris Iuri subiecti non sunt, extranei heredes appellantur ^b. Itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non ^c sunt ^d †, heredes à nobis instituti, extranei heredes nobis videntur. Quæ de causa & qui heredes à matre instituuntur, eodem numero sunt: quia femina ^e in potestate liberos non habent. Servus quoque heres à domino institutus, & post testamentum factum ab eo manumissus eodem numero habetur ^f.

¶ *De testamenti factio.*

4 In extraneis ^g heredibus illud observatur, ut sit cum eis testamenti factio, siue heredes ipsi instituuntur, siue ij qui in potestate eorum sunt. & id duobus temporibus inspicitur: testamenti quidem facti tempore, ut constiterit institutio: mortis verò testatoris, ut effectum habeat. hoc amplius, & cum adit hereditatem ^h, esse debet cum eo testamenti factio, siue purè, siue sub conditione heres institutus sit. nam Ius heredis eo maximè tempore inspicendum est, quo acquirit hereditatem. Medio autem tempore inter factum testamentum, & mortem testatoris, vel conditionem institutionis existentem, mutatio

mutatio iuris non nocet heredi: quia (vt diximus) tria tempora inspici^a debent^b. Testamenti autem factionem non solum is habere videtur, qui testamentum facere potest: sed etiam qui ex alieno testamento vel ipse capere potest, vel alij acquirere, licet non possit facere testamentum. Et ideo furiosus, & mutus, & posthumus, & infans, & filius familias, & seruus alienus testamenti factionem habere dicuntur. Licet enim testamentum facere non possint, attamen ex testamento vel sibi, vel alij acquirere possunt.

¶ *De iure deliberandi, & beneficio inuentarij.*

§ Extraneis autem heredibus deliberandi^c potestas est de adeunda hereditate, vel non adeunda. Sed siue is, cui abstinendi potestas est, immiscuerit^d se bonis hereditatis: siue extraneus, cui de adeunda hereditate deliberare licet, adierit: postea relinquenda hereditatis facultatem non habet, nisi minor sit xxv. annis. Nam huius ætatis^e hominibus, sicut in cæteris omnibus causis, deceptis: ita & si temerè damnosam^f hereditatem susceperint, Prætor succurrit. Sciendum est tamen diuum Adrianum & etiam maiori viginti quinque annis veniam dedisse, cum post aditam hereditatē grande æs alienum, quod aditæ hereditatis tempore latebat, e-

^a *Alià tria tantum tempora inspiciamus.*

^b *Testamenti factio, mors testatoris, & tempus aditionis. Theoph.*

^c *Vt instrumenta hereditatis inspiciat. l. 5. De iur. delib. & rationes defuncti petat l. 28. De acquir. hered.*

Vlp. in frag. tit. 22.

^d *In necessariis heredibus dicitur immistio, in extraneis aditio. Vid. Th.*

^e *Cuius consiliū infirmum est, & multorum insidiis expositum. l. 1. De minor.*

^f *Porrò si lucrosam in-*

consultè reiecerint, recuperant. l. 1. 2. Cod. Si & omis. her. & Non extat. similis est Iustin. Constit. l. Vlt. C. de iur. delib.

merfisset. Sed hoc quidem diuus Adrianus cuidam speciali beneficio præstitit. diuus autem Gordianus postea militib. tantummodo hoc concessit^a. Sed nostra beneuolentia commune omnibus subiectis imperio nostro hoc beneficium præstitit: & constitutionem^b tam æquissimam quàm nobilissimam scripsit: cuius tenoré si obseruauerint homines, licet eis adire hereditatem, & in tantum teneri, quantum valere bona hereditatis contingit: vt ex hac causâ neque liberationis auxilium sit eis necessarium, nisi omissa obseruatione nostræ constitutionis, & deliberandum existimauerint, & sese veteri grauamini aditionis supponere maluerint.

¶ *De acquirenda vel amittenda hereditate.*

^a *Nec illud quoque extat. fac. d. l. & l.*

^b *Extat in d. l. & l. est autem hoc beneficium repertorij.*

^c *† Nuda voluntate, id est, sine illo factio, expressa tamen aliquo modo. alioquin propositus in menteretentum nihil operatur. l. si reperiendi. C. de cond. ob caus.*

Hic igitur proprie accipitur & anguste verbum pro herede gerere, dum gestioni opponitur nuda voluntas: mox

accipitur latius, & dicatur quis pro herede gerere, quoquo modo voluntatem suam declaret, vel re, vel verbo. Idcirco ait, Pro herede gerere videtur. est enim Verbum videtur improprietatis nota.

^d *Solo animo. l. Gerit. 88. De acquir. hered.* ^e *Fac. l. Pro herede. 20. De acquir. hered.* ^f *Vlp. in frag. tit. 22.*

vel re,

vel re, vel verbo, de adeūda hereditate, dum modo sciat eum, in cuius bonis pro herede gerit, testatum intestatūve obiisse, & se ei heredem esse. Pro herede enim gerere est pro domino^a gerere. veteres enim heredes pro dominis appellabant. Sicut autem nuda^b voluntate extraneus heres fit: ita contraria destinatione statim ab hereditate repellitur. Eum^c, qui surdus vel mutus natus, vel postea factus est: nihil prohibet^d pro herede gerere^e, & acquirere sibi hereditatem: si tamen intelligit quod agit.

DE LEGATIS.

TITVLVS XX.

¶ Continuatio.

POST hęc videamus de legatis: quę pars Iuris extra propositam quidē materiam videtur: nam loquimur de iis Iuris figuris^g, quibus per vniuersitatem^b res nobis acquiruntur, sed cū omnino de testamentis, & de heredibus, qui in testamento instituuntur loquuti simus: non sine caussa sequenti loco potest hęc iuris materia tractari.

nim testamenti factionem Et infans, furiosus, &c. §. 4. §. 5. cod.
^c Nō dicit adire propter ius vetus, unde hic locus sumtus est, l. 5. De acquir. hered. ^f Caius 2. instit. tit. 5. Vlpian. in frag. tit. 28. Harmen. lib. 5. tit. 10. ^g Id est, speciebus, modis, & formis. sic Caius in l. 1. De obl. l. mortis caussa capitur. De donat. caus. mor.
^h Res vniuersa per institutionem, singula per legatum acquiruntur. l. 10. De hered. instit. l. 37. De acq. hered.

^a Itaq; hęc Verba, Titius hereditatis meę dominus esto, declarāt vtilem institutionem. l. 48. De hered. instit. Et heres dicitur quasi heres, vnde sine diphthōgo scribitur. quod & in Cic. lib. P. Victorius annotauit.

^b Dicendo se hereditatem admittere. Theop. & d. l. Gerit. ^c Ex Vlp. l. Mutum. 5. De acq. hered. l. 1. §. Mutus. De hered. instit.

^d Habet e-

¶ *Definitio.*

^a *Hac Verba nec Modest. l.36. De leg. 2. nec Theophil. nec Armen. agnoscunt. Diuersa est Florentini definitio. l.119. De leg.1.*

^b *De legatis, fideicommissis, ac eorum differētia à Iustiniano sublata, Duar.2.*

Disp. cap.9.

^c *† Constantini, Constantij, & Constantis. l. in legatis.*

21. C. h. t.

^d *Ext. ut in l. 1. Cod. Com. mu. de leg.*

^e *l. Non aliter. 89. De leg.3.*

^f *Ha. tribu-*

untur legatario, quasi non domino: Et nec esse videtur dominus, saltem iure gentium, quo dominia ante traditionem non transferebantur, l. traditionibus. C. de pactis. G. † Ut & nam ex his actionibus eligat legatarius. neq. enim pluribus uti potest. l. cum filius. 76. §. penult. de legat. 2. Hypothecaria datur in res defuncti, non in res heredis. l. 1. C. com. de leg.

1 Legatum itaque est donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præstanda^a.

¶ *De antiquis generibus legatorum sublatis.*

2 Sed olim quidem erant legatorum genera^b quatuor: per vindicationem, per damnationē, sinēdi modo, per præceptionem: & certa quædam verba cuique generi legatorum adsignata erant, per quæ singula genera legatorum significabantur. Sed ex constitutionibus diuorum Principum^c † solenitas huiusmodi verborum penitus sublata est. Nostra^d autem constitutio, quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum voluntates validiores esse cupientes, & non verbis^e, sed voluntatibus eorum fauentes, disposuit, ut omnibus legatis vna sit natura: & quibuscunque verbis aliquid relictum sit, liceat legatariis id persequi, non solum per actiones personales^f, sed etiam per in rem, & per hypothecariam^g †. Cuius constitutionis perpensum modum ex ipsius tenore perfectissimè accipere possibile est.

¶ *Collatio legatorum, & fideicommissorum.*

3 Sed non vsque ad eam constitutionem standum esse existimauimus. Cùm enim antiquitatem inuenimus legata quidem strictè concludentem: fideicommissis autem, quæ ex voluntate magis descendebant defunctorum, pinguiorem naturã indulgentem: necessarium esse duximus, omnia legata fideicommissis exæquare^b, vt nulla^c sit inter ea differentia: sed quod deest legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorum: & si quid amplius est in legatis, per hoc crescat fideicommissorum natura. Sed ne in primis legum cunabulis permistim de his exponendo, studiõsis adolescentibus quandam introducamus difficultatem: operæpretium esse duximus interim separatim prius de legatis, & postea de fideicommissis tractare: vt, natura vtriusque Iuris cognita, facillè possint permissionem eorum eruditi subtilioribus auribus accipere.

¶ De relegata. Et primùm de re testatoris, heredis, aliena, cuius non est commercium.

4 Non solùm autem testatoris vel heredis, sed etiam aliena legari potest: ita, vt non legatariam, & omnino relictum verbis precariis nolim appellari legatum, sed fideicommissum: quemadmodum si quid relinquatur verbis directis & imperatiuis, nolim appellari fideicommissum, sed legatum. Ergo ex Iustiniani constitutione neq; legatum est fideicommissum, neq; fideicommissum est legatum: sed alterum habet alterius vim & naturam. quod significat verbo exæquare: nam aliud est exæquare: aliud, eadem facere.

^a l. 2. C. commu. de leg.
^b Vlp. habet per omnia exæquata sunt legata fideicommissis. l. 1. De legat. l. 1. Ant. August. E. mend. l. is. 3. cap. 9. Vgl. hic.

^c † Nulla est differentia in ipsa re: nam subiicit vnam esse naturã: & in f. l. 2. C. commu. de leg. se non verbis, sed rebus leges imponere. Manet igitur differentiam verbis, dicimus enim hereditatē fideicommissariã,

^a † *Iustopre-*
tio. l. 14. de
leg. 3.

^b † *Iust. am.*
d. l. 14.

^c † *Com-*
merciū defi-
nit Vlp. tit.

19. emendi
vendendiq;
missam ius

quo loco e-
mendi &
vendendi

verbum la-
tius accipit,
et omnē a-

lienationē
cōplectatur,
et in l. statu

liberi. 29. f.
D. de statu-
lib.

^d *Ex Paul. l.*
39. §. Vlt. De
leg. 1. l. 104.

§. 2. eod. l. 67.
§. 6. De leg.

^e *Vt theatrum, balneum, forum. §. Idem Iuris. De inutil. stipul.*
l. 6. Derer. diuis. §. Vniuersitatis. Instit. ibid.

^f † *Quia furiosus*
est talia legata testamento adscribere. l. cum seruus. 39. §. Vlt. D.
de leg. 1.

^g † *Nisi proxima persona reliquerit: nā hoc casu igno-*
rantia testatoris non vitiat legatum. leg. cum. alienam. 10. C. h. t.
^h *Non extat hoc rescriptum. huic Alexandri simile est. l. Cum*
alienam. C. hic.

ⁱ *Totus hic locus descriptus est ex Instit. Mar-*
tiani: cuius verba extāt in l. 2. §. l. Verius. de probat.

^k *Ex Vlp.*
l. 57. De leg. 1.

heres cogatur redimere eam, & prestare: vel si eam non potest redimere ^a †, æstimationem ^b † eius dare. Sed si talis sit res, cuius commercium ^c † non est, vel adipisci non potest, nec æstimatio eius debetur: veluti si quis campum Martium ^d, vel basilicas, vel templa, vel quæ publico ^e vsui destinata sunt, legauerit. nam nullius in omni ^f † tale legatum est. Quod autem diximus, alienam rem posse legari, ita intelligendum est si defunctus sciebat alienam rem esse, non si ignorabat ^g †. Forsitan enim si sciisset alienam rem esse, non legasset, & ita diuus Pius rescripsit ^h. Et verius est ⁱ ipsum qui agit, id est, legatarium probare oportere, sciuisse alienam rem legare defunctum: non heredem probare oportere, ignorasse alienam. quia semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit.

¶ *Derepignerata.*

^j Sed & ^k si rem obligatam ^l creditori aliquis legauerit, necesse habet heres eam luere ^m. Et in hoc quoq; casu idem placet, quod

^l *De leg. 1. l. 104.*

^m *De leg. 1. l. 104.*

ⁿ *De leg. 1. l. 104.*

^o *De leg. 1. l. 104.*

^p *De leg. 1. l. 104.*

^q *De leg. 1. l. 104.*

in re aliena: ut ita demum luere necesse habeat heres, si sciebat defunctus rem obligatam esse: & ita diui Severus & Antoninus rescripserunt^a. Si tamen defunctus voluerit legatarium luere, & hoc expresserit: non debet heres eam luere.

^a Non extat. Fac. l. Prædia. C. De fideicom.

^b Idem de

stipulationibus. l. 83. §.

si rem. De verb. obl. §.

aliis ite contractibus. l.

16. De oblig. §. act.

^c † Vel eo mortuo. secundum Doct.

^d l. 18. De

oblig. §. maxime. l. 5. vni.

§. Lucrativas. C. De

impon. luc. def.

^e † Si donec

feruolegatarij, manet legatus,

l. si feruus.

108. §. 1. D. de leg. 1.

^f Ex Papin. partim. l. 66.

^g Dnorum testatorum scilicet, Theoph.

^h Ex Pompon. l. 24. De legat. 1. §.

Matia. l. 17. De legat. 3. ⁱ † In hoc legato inest tacita conditio. l. 1. f. D. de cond. §. demonstrat. qua non facit legatum conditio-

nale. l. 99. eod.

¶ *Dere aliena post testamentum à legatario acquisita.*

6 Si res aliena^b legata fuerit, & eius rei viuo testatore^c † legatarius dominus factus fuerit: siquidem ex causa emptionis, ex testamento actione pretium consequi potest: si verò ex causa lucratiua, veluti ex donatione, vel ex alia simili causa, agere non potest. Nam traditum^d est, duas lucratiuas causas in eundem^e † hominem & eandem rem concurrere non posse. Hac ratione^f, si ex duobus testamentis^g eadem res eidem debeatur: interest, utrum rem, an æstimationem ex testamento consequutus sit. nam si rem habet, agere non potest: quia habet eam ex causa lucratiua: si æstimationem, agere potest.

¶ *De his, quæ non sunt in rerum natura.*

7 Ea quoque^b res, quæ in rerum natura non est, si modò futura est, rectè legaturⁱ †:

§. 1. De legat. 2. partim Vlp. l. 34. §. 1. De legat. 1.

^h Ex Pompon. l. 24. De legat. 1. §. Matia. l. 17. De legat. 3. ⁱ † In hoc legato inest tacita conditio. l. 1. f. D. de cond. §. demonstrat. qua non facit legatum conditio-

nale. l. 99. eod.

▪ *Fac. l. i. in* veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt
fi. De cond. aut quod ex illa ancilla natum erit.

¶ *demonst.*

¶ *Id est, se-*

paratim, &

planè oratio

ne diuersa.

l. Reconiun

cti. 89. De

leg. 3. l. Tri-

plici. 142.

De verb. sig.

° *Ex l. 82 §.*

Fundus. De

leg. 1. Periti-

net autem

hic. §. ad le-

gatum causa

lucratiua,

de qua sit

præ.

° *Pand. Flor.*

habent de-

tracto. d. §.

Fundus l. 82.

° *Id est, fun-*

di astima-

tionem, τὸ

ἀγροῦ διατι-

μνωiv. Theo.

† *Id est, in-*

tentione:

Veluri, fundum, id est, eius proprietatem, & usufructum miki dari oportere.

¶ *Ususfructus à proprietate separatus, est seruitus cum ea coniunctus, non est seruitus. l. 5. D. si usufructus pet. l. in re communi. 25. de seru. v. b. In hac verò specie, quannus usufructus sit coniunctus cum proprietate, tamen habetur pro separato, ac proinde seruitutis locum obtinet: quia proprietas, quæ adest ex causa onerosa, censetur abesse. l. Labeo. 14. D. de verb. signif.*

¶ *De eadem re duobus legata.*

8 Si eadem res duobus legata sit, siue coniunctim, siue disiunctim: si ambo perueniant ad legatum, scinditur inter eos legatum: si alter deficiat, quia aut spreuerit legatum, aut viuo testatore decesserit, vel alio quoque modo defecerit, totum ad collegatariū pertinet. Coniunctim autem legatur, veluti si quis dicat, *Titio & Seio hominem Stichum do, lego.* Disiunctim ^b ita, *Titio hominem Stichum do, lego: Seio hominem Stichum do, lego.* Sed & si expresserit *eundem hominem Stichum*, æquè disiunctim legatum intelligitur.

¶ *Si legatarius proprietatē fundi alieni sibi legati emerit: & ususfructus ad eum peruenerit.*

9 Si cui^c fundus alienus legatus sit, & emerit proprietatem deducto ^d usufructu, & usufructus ad eum peruenerit, & postea ex testamento agat: rectè eū agere, & fundum ^e petere, Iulianus ait: quia usufructus in petitione ^f, seruitutis locum obtinet ^g. sed offi-

cio iudicis continetur, vt deducto vsufructu, iubeat æstimationem præstari.

¶ *Derelegatarij.*

10 Sed si rem^a legatarij quis ei legaue-² rit^b, inutile est legatum: quia quod proprium est ipsius, amplius eius fieri non potest. Et licet^c alienauerit eam, non debetur, nec ipsa res, nec æstimatio eius.

¶ *Siquis rem suam quasi non suam legauerit.*

11 Si quis rem suam quasi alienam legauerit, valet legatum: nam plus valet^d † quod in veritate est, quàm quod in opinione^e. Sed & si legatarij esse putauit, valere constat: quia exitum voluntas defuncti habere potest.

¶ *De alienatione, vel oppigneratione rei legate.*

12 Si rem suam legauerit testator, posteaque eam alienauerit: Celsus putat, si non adimendi animo vendidit, nihilominus deberi: idemque diui Seuerus & Antoninus rescripserunt^f. Iidem rescripserunt & eum, qui post testamentum factum prædia, quæ legata erant, pignori dedit, ademisse legatum non videri: & ideo legatarium cum herede eius agere posse, vt prædia à creditore luan-^g tur^h: Si verò quisⁱ partem rei legate alienauerit: pars, quæ non est alienata, omnino debetur: pars autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit.

² Ex l. Proprietas. C. h. t.

^b Purè. s. nō sub conditione. leg. Mæres. 97. De cond. & demonst.

^c Ex Paul. l.

41. §. 1. De leg. 1.

^d † Hoc casu: quandoque contrā. §. placuit. j. de oblig. que ex del.

^e l. 4. De man. v. ind.

^f Non extat rescriptum.

Fac. l. 12. §. si rem suā. De leg. 3. & l. 3. C. cod.

^g Extat in d. l. 3.

^h Sumptu heredis sc.

ⁱ Subaudi, testator.

^a *Ut bonorū
possessore.*

^b *Nisi libe-
ratio sit per
sonalis, quo
casu ad aliū
non porrigi-
tur l. 7. §. & l-
tim. De lib.
l. g.*

^c *Fac. l. 3. §.
nunc. Delib.
leg.*

^d *Ex Pomp.
l. 8. §. 1. ill.
tit.*

^e *Fac. Paul.
l. 29. de leg. 3.*

^f *Id est, præ-
sentem solu-
tionē. Theo-
phil. κατα-
πάσταται
Sueton. in
Aug. c. 101.*

^g *l. Verbi,
Ad leg. Fal.*

^h *Paul. forte
intelligit. l.
82. De leg. 2.*

ⁱ *cuius sentē-
tiā impro-
bat. Papin.*

^j *Veroprobat.*

^k *† Quā ac-
cepit.*

^k *Quia sta-
tim soluitur legatum: dos non soluto statim matrimonio, sed ana-*

nua bima trima die. † l. 1. de do. pral. l. 5. n. C. de rei & x. act.

¶ *De liberatione legata.*

13 Si quis debitori suo liberationem le-
gauerit, legatum vtile est: & neq; ab ipso de-
bitore, neque ab ^a herede ^b eius potest heres
petere, neque ab alio, qui heredis loco sit. sed
& potest à debitore conueniri, vt liberet
eum ^d. Potest etiam quis vel ad tempus iube-
re, ne heres petat.

¶ *De debito legato creditori.*

14 Ex contrario, si debitor creditori suo
quod debet, legauerit: inutile est legatum, si
nihil plus est in legato, quàm in debito: quia
nihil amplius per legatum habet ^e. Quòd si
in diem, vel sub conditione debitum ei purè
legauerit: vtile est legatum propter repræ-
sentationem ^f. Quòd si viuo testatore dies
venerit, vel conditio extiterit: Papinianus
scripsit vtile esse nihilominus legatum, quia
semel constitit. quod & verū est. Non enim
placuit sentētia ^g existimantium ^b extinctum
esse legatum: quia in eam causam peruene-
rit, à qua incipere non potest.

¶ *De dote uxori legata.*

15 Sed si uxori maritus dotem ⁱ † legauit
rit, valet legatum: quia plenius est legatum,
quàm de dote actio ^k. Sed si, quam non acce-
pit, dotem legauerit: Diui Seuerus & Anto-
ninus rescripserunt, si quidem simpliciter le-
gauerit, inutile esse legatum: si verò certa pe-

cunia, vel certum corpus, aut instrumēta dotis in prælegando ^a demonstrata sunt, valere ^b † legatum.

¶ *De interitu, & mutatione rei legata.*

16 Si res ^c legata sine facto heredis perierit ^d †, legatario decedit. Et si seruus alienus legatus, sine facto ^e heredis manumissus fuerit: non tenetur heres. Si verò heredis seruus legatus sit, & ipse eum manumiserit: teneri ipsum Iulianus scripsit *f. nec interest*, sciuerit, an ignorauerit à se legatum esse. Sed & si alij donauerit & seruum, & is, cui donatus est, eum manumiserit: tenetur heres: quanuis ignorauerit, à se eum legatum esse.

¶ *De interitu quarundam ex pluribus rebus legatis.*

17 Si quis ^b ancillas cum suis natis legauerit, etiam si ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt. Idem est ⁱ, & si ordinarij serui cum vicariis legati fuerint: quia licet mortui sint ordinarij, tamen vicarij legato cedunt. Sed si ^k seruus fuerit, cum peculio legatus: mortuo seruo ^l, vel manumisso, vel alienato.

^a *Id est, representando. alij legunt, Relegando. relegari enim dos dicitur, id est, retro-tradi. A C.*

^b † *Quia falsa demonstratio non vitiat legatum. §. hinc proxima. j. h. r.*

^c *Certa species scilicet, sic enim*

Pomp. Unde hic locum petitus est. l.

26. §. 1. De leg. 1. Aliud est in corpore incerto. l. Quod te. Si cert. pet.

^d † *Ante morā. l. 47. §. & l. de leg.*

^{1.} *id est, ante interpellationem l. 36. §. & l. ult. eod.* ^e *Id est, mora & culpa. §. l. 91 §. de illo. De verb. oblig. l. 25. §. Si quis, ad Trebell. §. Ex Mart. l. 112. §. 1. De leg. 1.* ^h *Ex Paul. l. 8. De pecul. leg. l. 62. De leg. 1.* ⁱ *Ex Casio leg. 4. De pecul. leg.* ^k *Ex Paul. leg. 1. ill. titulo.* ^l *Addit Scauola, viuo adhuc testatore, leg. 59. §. Duos. Famil. ercisc. ff. † Vide etiam leg. 12. D. de pecul. leg.*

^a *Fac. l. 5. De instr. vel instr. leg.*

peculij legatum extinguitur. Idem est, si fundus instructus^a, vel cum instrumento legatus fuerit. Nam fundo alienato, & instrumenti legatum extinguitur.

¶ De grege legato.

^b *Ex Pom. l. 21. De leg. 1.*

^c *Ex pradi. l. 21.*

^d *Ex Pomp. l. Rerū mixtura. De usufr. cap.*

^e *His verbis significabāt*

Veteres omnia adib.

uncta. l. Ca. 1. §. 1.

De leg.

^f *leg. 8. §. Vtrum. De pecul. leg.*

^g *Libertas, et usufructus legatū,*

nō transmittitur ad heredes,

et quod sit personale. Wes.

† l. 8. D. quan. di. leg. ced. l. 1. §. 1. in nouissimo. C. de ead. toll.

† l. 8. D. quan. di. leg. ced. l. 1. §. 1. in nouissimo. C. de ead. toll.

† l. 8. D. quan. di. leg. ced. l. 1. §. 1. in nouissimo. C. de ead. toll.

† l. 8. D. quan. di. leg. ced. l. 1. §. 1. in nouissimo. C. de ead. toll.

† l. 8. D. quan. di. leg. ced. l. 1. §. 1. in nouissimo. C. de ead. toll.

18 Si grex^b legatus fuerit, & postea ad vnam ouē peruenerit: quod superfuerit, vindicari potest. Grege autem legato, etiam eas oues quæ post testamentum factum gregi adiiciuntur, legato cedere, Iulianus ait^c. Est autem gregis vnum^d corpus ex distantibus capitibus: sicut ædium vnum corpus est ex coherentibus lapidibus.

¶ De adibus legatis.

19 Ædibus denique legatis, columnas & marmora^e, quæ post testamentum factum adiecta sunt, legato dicimus cedere.

¶ De peculio.

20 Si peculium legatum fuerit, sine dubio quicquid peculio accedit, vel decedit viuo testatore, legatarij lucro vel damno est. Quòd si post mortem testatoris, ante aditam hæreditatem aliquid seruus acquisierit: Iulianus ait^f, si quidem ipsi manumisso peculium legatum fuerit: omne quod ante aditam hereditatem acquisitum est, legatario cedere, quia huiusmodi legati dies ab adita hereditate cedit^g: sed si extraneo peculium legatum fuerit, non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit peculium.

Pecu-

Peculium autem, nisi legatum fuerit, manumisso non debetur: quanuis, si viuis manumiserit, sufficit, si non adimatur ^a: & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserunt ^b. Iidem rescripserunt, peculio legato, non videri id relictum, vt petitionem habeat pecuniae, quam in rationes dominicas impenderit. Iidem rescripserunt, peculium videri legatum, cum rationibus redditis liber esse iussus est, & ex eo ^c reliqua inferre.

¶ De rebus corporalibus, & incorporalibus.

21 Tam autem corporales ^d res legari possunt, quam incorporales: & ideo quod defuncto debetur, potest alicui legari, vt actiones suas heres legatario praestet ^e†, nisi ^f exegerit & † viuis testator pecuniam: nam hoc casu legatum extinguitur ^h †. Sed & tale legatum valet, *Damnas esto heres meus domum illius reficere* ⁱ: vel, *Illum a re alieno liberare*.

qua restant soluenda, unde reliquatores à prudentibus disti sunt. leg. 102. §. 3. De solutio. ^a Fac. l. Catera. 41. De leg. 1. *Vi de titul. De usu & usufruct. leg. 83 Paul. Sent. lib. 3. cap. 5.* ^c † Sed & ante quam actiones sibi cedantur, legatarius similiter experitur. leg. 18. C. hoc titul. ^e Iudicio scilicet, quod petebat, sit consecutus. leg. 7. §. Liberatio. De liber. leg. ^g † Non tantum petierit. leg. 6. D. de fun. instrum. leg. ^h † Nisi probetur, non adimendi animo factum esse. leg. fideicommissa. 11. §. si rem. D. de leg. 3. leg. penult. §. <im. D. de adi. lega.

ⁱ Fac. leg. 11. §. <im. De leg. 3. l. 49. in fin. De leg. 2. Paul. in Sent. ibid.

^a l. Si Stricho. De pec. leg.

^b Non putat G. extare horum Principum rescriptum, sed aliud non dissimile, quod tribuitur

Diocletiano & Maximis.

l. Senica. C.

De pecul. eius qui lib. me.

^c Hoc est, ex peculio per solvere, cum aliunde non possit seruus Thcopl. Intelligit autem reliqua,

¶ De legatogenerali.

† Testa- 22 Si generaliter seruus, vel res alia † le-
toris. l. 2. D. getur, electio^b † legatarij^c est, nisi aliud testa-
de opt. lega. tor dixerit.
Res inquā

id est, cor-

pus : nam

quantitate

legata, ele-

ctio est he-

redis. l. 4. de

trit. lega.

^b † Non o-

mnino libe-

ra : quia nō

potest elige-

re optimum

seruum, l. le-

gato. 37. D.

de lega. I.

^c Hoc ita o-

lim proce-

debat, si per

¶ De optione legata.

23 Optionis^d legatum, id est, vbi testa-

tor ex seruis suis vel aliis rebus optare lega-

tarium iusserat, habebat olim^e in se con-

ditionem^f : & ideo, nisi ipse legatarius vi-

uus optasset, ad heredem legatū non trans-

mittebat. Sed ex constitutione^g nostra &

hoc in meliorem statum reformatum est,

& data est licentia heredi legatarij optare

seruum, licet viuus legatarius hoc non

fecerit. Et diligentiore tractatu habito, &

hoc in nostra constitutione additum est:

sive plures legatarij extiterint, quibus o-

ptio relicta est, & dissentiant in corpore

eligendo : sive vnus legatarij plures here-

des sint, & inter se circa optandum dissen-

tiant, alio aliud corpus eligere cupiente:

ne pereat legatum (quod plerique pruden-

tium contra beneuolentiam introducebāt)

fortunam esse huius optionis iudicem, &

eod. titul. Aliud in stipulat. l. Quicquid. 99. De Verb. oblig. &

aliis contractibus, in quibus debitoris est electio. leg. Plerunque.

De iure dot. Fac. l. 37. § 20. De leg. I. Est locus obscurus. Vide l.

39. § 5. eod. ^d Fac. l. 2. De optio. leg. Vlpian. in fragm. titul. 24.

^e Fac. leg. 3. Qui & à quib. ^f Tacitam, addunt ex Vetust.

exempl. Theophil. Ferretus & Cuiacius. ^g Extat in leg. <.

C. Com. de leg.

forte ^a hoc esse dirimendum : vt ad quem fors peruenerit, illius sententia in optione præcellat.

^a *Id frequẽs est in Iure. leg. Sed cum ambo. De iud. leg. 3. C. Com. de leg.*

¶ *Quibus legari potest.*

24. Legari autem illis solum potest, cum quibus testamenti factio ^b est.

^b *Vi, scilicet, ex testam. n. to capere possint.*

¶ *Ius antiquum de personis incertis.*

25. Incertis verò personis neque legata, neque fideicommissa olim relinqui ^c concessum erat. Nam ne miles quidem incertæ personæ poterat relinquere, vt diuus Adrianus rescripsit. Incerta autem persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subiiciebat, veluti si quis ita dicat, *Quicumque filio meo filiam suam in matrimonium dederit, ei heres meus illum fundum dato.* Illud quoque, quod iis relinquebatur, qui post testamentum scriptum primi Consules designati essent: æquè incertæ personæ legari videbatur: & denique multæ aliæ huiusmodi species sunt. Libertas quoque incertæ personæ non videbatur posse dari: quia placebat ^d † nominatim seruos liberari. Sub certa verò demonstratione, id est, ex certis personis incertæ personæ rectè legabatur: veluti ^e, *Ex cognatis meis, qui nunc sunt, si quis filiam meam uxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato.* Incertis autem personis legata, vel fideicommissa relicta, & per errorem soluta, repeti

^c *Ratio est apud Vlp. in frag. tit. 22. quoniã certum esse debet restantis consilium.*

Paul. l. b. 3. Sent.

^d † *Ex lege Fusia Caninia. Vlpian. tit. 1. f.*

^e *Fac. l. Quisdam relegatus, De reb. dub.*

^a *Non ex-* non posse, sacris constitutionibus ^a cautura
tant. Fac. §. erat.

¶ Vlt. De ob-
lig. qua quis
si ex contr.
nascun. In-
telligit autē
ea, qua reli-
gionis vel
pietatis in-
stituta reli-
cta sunt.

^b *Qui cum*
natus fue-
rit, non est
futurus in-
ter suos he-
redes. Dua.
^c *Inclusa sic*
legenda &
dispungēda,
Qui natus,
inter suos he-
redes testa-
tori futurus
non est. Id
est, non na-
scetur suus.

^d *Fac. l. 20.*
De test. tut.
^e *Alc. lib. 9.*
cap. cap. 1.
negatiue le-
git. Theoph.
contrā. Ho-
tom. hic.

^f *Iure scili-*
cet Pratorio, non iure ciuili. §. i. j. de bon. poss. & §. Seruus etiam.
^g *de hered. instit.*

¶ *Ius antiquum de posthumo alieno.*

26 Posthumo quoque alieno inutiliter antea legabatur. Est autem alienus ^b posthumus, [qui natus, inter suos heres testatori futurus non ^c est.] Ideoque ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat posthumus aub.

¶ *Ius nouum de personis incertis, & posthumo alieno.*

27 Sed nec huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione relicta, quum in nostro Codice constitutio posita sit, per quam & huic parti medemur, non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis, & fideicommissis: quod euidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit. Tutor autem nec per nostram constitutionem incertus ^d dari debet: quia certo iudicio debet quis pro tutela suæ posteritati cauere.

¶ *De posthumo alieno herede instituto.*

28 Posthumus autem alienus, heres institui ^e & antè poterat ^f, & nunc potest: nisi in utero eius sit, quæ iure nostro vxor esse non potest.

¶ *De errore in nomine legatarij.*

29 Si quidem in nomine, cognomine,

prænomine, agnomine ^a legatarij testator
errauerit: cùm de persona constat, nihilomi-
nus valet ^b legatum. Idemque in heredibus
seruatur, & rectè. Nomina enim significan-
dorum ^c hominum gratia reperta sunt: qui
si alio quolibet modo intelligantur, nihil
interest.

¶ *Defalsa demonstratione.*

30 Huic proxima est illa Iuris regula ^d,
Falsa demonstratione legatum non perimi.
veluti si quis ita legauerit, *Stichum seruum
meum vernam* ^e *do lego.* ^f † licet enim non
verna, sed emptus sit: si tamen de seruo con-
stat, vtile est legatum. Et conuenienter, si ita
demonstrauerit, *Stichum seruum, quem à
Seio emi*, sitque ab alio emptus: vtile est lega-
tum, si de seruo constat.

¶ *Defalsa causa adiecta.*

31 Longè magis legato falsa causa adie-
cta & non nocet: veluti cùm quis ita dixerit,
*Titio, quia me absente negotia mea curauit,
Stichum do lego:* vel ita, *Titio, quia patrocinio
eius capitali crimine liberatus sum, Stichum
do lego.* Licet enim neque negotia testatoris
vnquam gesserit Titius, neque patrocinio
eius liberatus sit: legatum tamen valet. Sed
si conditionaliter ^h enuntiata fuerit causa,

[†] † *Persona quoque legatarij falsa causa adiecta non vitiat lega-
tum.* l. 33. & 34. D. de cond. & demonst. commodi § 3. hic fuisset
exemplum huiusmodi legati: quoniam hic loquitur de legatarijs,
non de rebus legatis. [§] Ex Caro. d. l. 17. §. Quod autem. De cond.
& demon. Fac. l. 2. C. De fals. caus. ad. leg. ^h Per conditionem,
Theophil. αἰρετικὸς.

^a Ant. Aug.
lib. 3. cap. 8.
hanc vocem
nō agnoscit.
Sumptus est
autē hic lo-
cus ex l. 4. C.
de test. Poli.
Misc. cent.
I. cap. 31.
^b Fac. l. 4. De
leg. l. 1. 4. C.
De test. l. 8.
§. 2. De bon.
poss. §. c. t.
^c l. Ad reco-
gnoscendos.
C. De ing.
man.
^d l. 33. § 17.
De condit.
& demonst.
^e Seruū do-
mī nostræ ex
seruo vel
ancilla na-
tum, Theo-
phil. Vocat
οἰκευτὴν.
Martial. l.
lib. Epigr. 7.
in Casil. § 1.
de Sexr.
Pomp.

▪ *Quia ta-* aliud Iuris^a est: veluti hoc modo, *Titio, sine-*
men ratio- *gotia mea curauerit* ^b, *fundum meum do-*
nem habet lego.
caussa fina-

lis: quae ces-
sante cessat
effectus.

^b *Al. curauit,*
Et tollatur
dubium, an
sic praterit,
an futuri
temp. Theo
phil. di. 1. 1.
oe. vide l.
123. De
Verb. sig.

^c *Ex Regu-*
la, Nemo si-
mul & he-
res & lega-
tarius esse
potest. leg. 12.
18. 116. De
leg. 1.

^d *Ex regula*
Catoniana,
leg. 1. de reg.
Cat.

^e *Apud ser-*
uum herede
dem insti-
tutum.

^f *† Quia*
speciale est,
ut hereditas

non acquiratur domino, antequam eius iussu adeatur. §. item
vobis. supr. à. per quas pers. acq. & Ad alium legati, ad alium
Verò hereditatis commodum spectat.

¶ De seruo heredis.

32 An seruo heredis rectè legemus, quaeritur. & constat purè inutiliter legari^c, nec quicquam proficere, si viuo testatore de potestate heredis exierit: quia quod inutile foret legatum, si statim post factum testamentum decessisset testator, hoc non debet ideo valere, quia diutius testator vixerit^d. Sub cōditione verò rectè legatur seruo, vt requiramus, an, quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit.

¶ De domino heredis.

33 Ex diuerso, herede instituto seruo, quin domino rectè etiam sine conditione legetur^e, non dubitatur. Nam etsi statim post factum testamentum decesserit testator, non tamen apud eum, qui heres sit, dies legati cedere intelligitur^f: cùm hereditas à legato separata sit^g, & possit per eum seruum alius heres effici, si prius, quàm iussu domini adeat, in alterius potestatem trāslatus sit: vel manumissus, ipse heres efficitur: quibus casibus vtile est legatum. Quòd si in eadem causa permanserit, & iussu legatarij adierit, euasit legatum.

¶ *De modo & ratione legandi. De ordine scriptura.*

34 Ante heredis institutionem inutiliter antea ^a legabatur : scilicet, quia testamenta vim ex institutione heredis accipiunt, & ob id veluti caput atque fundamentum intelligitur totius testamenti, heredis institutio. Pari ratione nec libertas ante heredis institutionem dari poterat ^b. Sed quia inciuile esse putauimus, scripturae ordinem quidem sequi (quod & ipsi antiquitati ^c vituperandum fuerat visum) sperni autem testatoris voluntatem ^d: per nostram constitutionem ^e & hoc vitium emendauimus: vt liceat & ante heredis institutionem, & inter medias heredis institutiones, legatum ^f † relinquere, & multò magis libertatem, cuius vsus fauorabilior ^g est.

¶ *Delegato post mortem heredis, vel legatarij.*

35 Post mortem quoque heredis aut legatarij simili modo inutiliter ^b † legabatur ⁱ: veluti si quis ita dicat, *Cum heres meus mortuus fuerit, do lego.* Item, *Pridie quam heres, aut legatarius morietur.* Sed simili modo hoc correximus ^k, firmitatem huiusmodi legatis ad fideicommissorum similitudinẽ præ-

^a *Paul. lib. 3. Sent. cap. 8.*

^b *Vlp. in frag. hoc tit. quia potestas testamenti sumebat ab institutione.*

^c *Excepto militis testamento, Vlp. ibid.*

^d *Vlp. scilicet, leg. 35. §. Rerum. De her. instit. l. 77. §. Fidei tua. De leg. 2. leg. 6. De solut.*

^e *Qua quidem totum, Et ait Vlp. d. l. 35. §. Rerum, testamentum facit.*

^f *Extat in l. Ambiguita res. 24. C. De*

^g *test. §. Pecuniarium. §. §. Vlt. §. De donat. h* † *Ne actio contra heredem, vel ab herede inciperet. leg. §. n. C. Et act. ab hered. i* *Vide Vlp. in frag. tit. 24. Idem est de contractibus. §. Post mortem. De inutil. stip. Paul. lib. 3. Sent. tit. 8. k* *l. Vnic. C. Et act. ab hered. † l. scrupulosam. C. de contr. stipul.*

a l. i. De his
 qua pæ. no.
 leg. l. i. §. Itē
 si. Ad leg.
 Fal. Sid. Ias.
 in intell. sin
 gular. §
 Alc. in pæp.
 an stipula-
 tio pænalis
 nonet prace-
 dentē. Vlp.
 in frag. tit.
 24.
 b † Pœnam
 à cōditione
 Voluntas re-
 statoris di-
 stinguit. l. 2.
 D. de his
 qua pæ. no.
 c Non extāt.
 fac. §. Sltim.
 Quib. mod.
 test. infir.
 d l. Snc. C.
 de his qua
 pæ. nom. re-
 lin.
 e Non enim
 tam cohere-
 dis institu-
 tio quàm he-
 redi inter-
 minatio §
 pœna appo-
 sita videba-
 tur. Wesf.

stantes: ne in hoc casu deterior caussa lega-
 torum, quàm fideicommissorum inuenia-
 tur.

¶ *Sipœna nomine relinquatur, adi-
 matur, vel transferatur.*

36 Pœnæ quoque nomine inutiliter an-
 tea legabatur^a, & adimebatur, vel transfere-
 batur. Pœnæ autē nomine legari videtur^b †,
 quod coercendi heredis caussa relinquitur,
 quò magis aliquid faciat, aut non faciat: velu-
 ti si quis ita scripserit: *Heres meus si filiã suam
 in matrimonium Titio collocauerit: vel ex di-
 uerso, Si non collocauerit, dato decem aureos
 Seio: aut si ita scripserit: Heres meus si seruum
 Stichum alienauerit, Titio decem aureos dato.* Et in tan-
 tùm hæc regula obseruabatur, vt quàm plu-
 rimis principalibus constitutionibus^c signi-
 ficaretur, nec principem agnoscere, quod ei
 pœnæ nomine legatum^d sit. nec ex militis
 quidem testamento talia legata valebant:
 quanuis alię militum voluntates in ordinan-
 dis testamentis valde obseruabantur quin-
 etiam nec libertates pœnæ nomine dari pos-
 se placebat. eò ampliùs nec heredem pœnæ
 nomine adiici posse^e, Sabinus existimabat:
 veluti si quis ita dicat, *Titius heres esto, si Ti-
 tius filiã suam in matrimonium Seio collo-
 cauerit, Seius quoque heres esto.* Nihil enim
 intererat, qua ratione Titius coerceretur, v-
 trùm legati datione, an coheredis adiectione.
 Sed huiusmodi scrupulositas nobis non
 placuit:

placuit: & generaliter ea, quæ relinquuntur, licet pœne nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium translata, nihil distare à cæteris legatis constituimus^a, vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo: exceptis videlicet iis, quæ impossibilia sunt^b †, vel legibus interdicta, aut aliàs probrosa. Huiusmodi enim testamentorum dispositiones valere, secta^c meorum temporum non patitur.

DE ADEMPTIONE^d
legatorum, & translatione.

TITVLVS XXI.

¶ De ademptione.

ADEMPTIO legatorum, siue eodem testamento adimantur, siue codicillis, firma est^e. sed & siue contrariis verbis^f fiat ademptio: veluti si quis ita quid legauerit, *Do lego*, ita adimatur, *Non do, non lego*: siue non contrariis, sed aliis quibuscunque verbis.

¶ De translatione.

I Transferri & quoque legatum ab alio ad alium^h potest: veluti si quis ita dixeritⁱ †, *Hominem Stichum^k, quem Titio legavi, Seio*

tate legata, & fideicommissa adimuntur. l. si iure. 18. De legat. 3.
^z Vide l. Sicut adimi. De adi. lega. ^h Etiam si nulla sit cum eo testamenti factio. Vlp. l. Plane, & bi. De leg. 1. ⁱ † Nisi & triq. legare voluerit. §. si eadem. §. de leg. ^k Sed et si simpliciter & generaliter ita dixerit, *Quod Titio legavi, id Seio do lego*, intelligitur ademptio, & translatio.

^a l. Enic. C. De his quæ pæn. nom.

^b † κατὰ φύ-
τιν, & κατὰ
συμβεβηκός.

l. simih. 12.
§. 1. D. de leg.
1. Obserua
differentiã
inter legata
conditiona-
lia, & pœna

nomine: hac
impossibili-
tas vitiat,
vt hic: illa
non vitiat.

§. impossibi-
lis. §. de he-
red. inst.

^c Id est, disci-
plina. sic in
l. Et. in fir.
C. De pact.

^d Vide titul.
De adi. Vel
transf. l. ff.

^e l. 17. C. De
leg. l. 3. hic.

^f Sine vlla
scriptura,
nuda vltim

do, lego: siue in eodem testamento, siue in codicillis hoc fecerit: quo casu simul & Titio adimi videtur, & Seio dari.

^a *Caius 2. Instit. tit. 6. Vlp. in frag. tit. 24. Harmen. lib. 5. tit. 9. Sigon.*

De iur. antiq. cin. Ro. lib. 1. ca. 12. Duar. Diss. cap. 58. & 1. 2. cap. 10. Paulus. li. 3. Sent. tit. 8.

^b *† Eam tulit P. Falcidius Trib. pl. anno. V. C. 714. Cn. Domitio, C. Asinio Cos.*

^c *Et sapius magno dispendio quia & aris alieni, & prestādi legati onus fusciperet heres, nondum inuēto inuentarij beneficio.*

^d *Super ar- & unda legandi licentia. ^e Vlp. in frag. tit. 1. & 28. Eam tulit Furius Tribun. pl. ne supra 100. asses legere, mortis & causa donare liceret. ^f Quae cautum est, ne legatarius plus haberet, quā heres. Theoph. & Cic. 3. in Verr. ^g † Lata à Q. Voconio trib. pleb. an. V. C. 584. Philippo & Capione Cos. ^h id est, 9. uncias.*

DE LEGE FALCIDIA ^b †.

TITVLVS XXII.

¶ *Continuatio. ¶ Ratio, & Summa huius legis.*

SUPEREST, vt de lege Falcidia dispiciamus, qua modus nouissimè legatis impositus est. Cū enim olim lege duodecim tabularum libera erat legandi potestas, vt liceret vel totum patrimonium legatis erogare: quippe cū ea lege ita cautū esset, *Vti quisq; legasset suae rei, ita ius esto*: visum est hanc legandi licentiam coarctare: idque ipsorum testatorum gratia prouisum est, ob id quòd plerunque intestati moriebantur, recusantibus scriptis heredibus pro nullo aut minimo lucro hereditates adire. Et cū super hoc ^d tam lex Furia ^e, quā lex ^f Voconia ^g † latae sunt, quarum neutra sufficiens ad rei summationem videbatur: nouissimè lata est lex Falcidia, qua cauetur, ne plus legare liceat, quā dodrantem ^h totorum bonorum: id est, vt siue vnus heres institutus sit,

siue

siue plures, apud eum eòsve pars quarta remaneat.

¶ *De pluribus heredibus.*

1 Et cum quaesitum esset, duobus heredibus institutis (veluti Titio & Seio) si Titij pars aut tota exhausta^a sit legatis, quæ nominatim ab eo data sunt, aut supra modum onerata: à Seio verò aut nulla relicta sint legata, aut quæ partem eius dumtaxat in partem diminuant: an, quia is quartam partem totius hereditatis, aut amplius habet, Titio nihil ex legatis, quæ ab eo relicta sunt, retinere liceat, ut quartam partem suæ partis saluam habeat, placuit posse retinere^b. etenim in singulis heredibus ratio legis Falcidiæ ponenda est.

¶ *Quo tempore spectatur quantitas patrimonij, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur.*

2 Quantitas^c autem patrimonij^d, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur, mortis tempore^e spectatur. Itaque; (verbi gratia) si is, qui centum aureorum patrimonium in bonis habeat, centum aureos legauerit: nihil legatariis prodest^f, si ante aditam hereditatem per seruos hereditarios, aut ex partu ancillarum hereditariarum, aut ex foetu pecorù tantum accesserit hereditati, ut centum aureis legatorum nomine erogatis, heres quartam par-

^a Legata, quæ dodrantem excedunt, hereditatem onerant & dicuntur: quæ assensu assumunt, exhaustant: quæ dodrantem non excedunt, delibari. igitur per legem Falcidiam delibari hereditas potest, non onerari, non exhaustari. I. C.

^b Fac. l. In singulis. 77. hic.

^c Hic. §. ex Casu. leg. In quantitate. 73. Fac. l. in ratione. 30. hoc tit.

^d Res hereditarias intellige. Theophil. τῆς τῆ τελευτῆσάντος ἕστίας.

Quo & legata cedunt. Theop. & d. cap. 73.

^f Nec nocet, si quod damnum con-

^a Nam omne commodum & incommodum hereditatis ad heredem pertinet, non ad legatarios. l. in ratione. D. eod. Wesf.

^b Quia res perit domino. l. pignus. C. De ping. act. Wesf.

^c † Heres neq; à legatario, & hic, neq; à fideicommissario particulari cogitur adire. leg. nam quod. §. <. D. ad Trebell. sed cogitur à fideicommissario & uniuersali.

§. ergo si quidē. j. tit. i. quia fideicommissarius & uniuersalis subit onera hered. §. restituta. eod. ^d Nullo sc. herede adire solente. d. l. 73. ^e Deductis omnibus, quæ Falcidiã non patiuntur, & quæ extra bona defuncti esse censentur, id quod superest pro dodrante & quadrante dividitur inter heredem & legatarios. I. C. ^f Quo non deducto, nihil in bonis esse creditur. l. Subsignatum. 39. §. 1. De Verb. sig. ^g Cuius causa est maxime favorabilis. l. pen. Dere. lig. Fac. l. 6. C. hoc tit. Funeris autē appellatione intelligitur quicquid corporis causa, antequam sepeliatur, consumptum est. ^h Ex Caio. d. l. In quantitate. §. < hic.

tem hereditatis habiturus sit: sed necesse est, vt nihilominus quarta pars legatis detrahatur^a. Ex diuerso si septuaginta quinque legauerit, & ante aditam hereditatem in tantum decreuerint bona (incendiis fortè, aut naufragiis, aut morte seruorum) vt non amplius quàm septuaginta quinque aureorum substantia, vel etiam minus relinquatur: solida legata debentur^b. Nec ea res damnosa est heredi, cui liberum est^c † non adire hereditatem. quæ res efficit, vt sit necesse legatariis, ne destituto^d testamento nihil consequantur, cum herede in portione pacisci.

¶ Quæ detrahuntur ante Falcidiam.

3 Cùm autem^e ratio legis Falcidiæ ponitur, antè deducitur æs alienum^f, item funeris impensa g, & pretia seruorum manumissorum: tunc demum in reliquo ita ratio habetur, vt ex eo quarta pars apud heredem remaneat, tres verò partes, inter legatarios distribuantur, pro rata scilicet portione eius, quod cuique eorum legatum fuerit. Itaque^h si fingamus quadringentos aureos legatos

esse,

esse, & patrimonij quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum esse: quarta pars legatariis singulis debet detrahi. Quòd si trecentos quinquaginta legatos fingamus, octava debet detrahi. Quòd si quingentos legauerit, initio quinta, deinde quarta detrahi debet. Antè enim detrahendum est, quod extra bonorum quantitatem est, deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet.

DE FIDEICOMMISSARIIS

hereditatibus, [& ad Senatuf-
consultum Trebel-
lianum ^a.]

TITVLVS XXIII.

¶ *Continuatio.*

NVNC transeamus ad fideicommissa. sed prius est ^b, vt de hereditatibus fideicommissariis videamus.

¶ *Origofideicommissorum.*

I Sciendum itaque est, omnia fideicommissa primis temporibus ^c infirma fuisse: quia nemo inuitus cogebatur præstare id, de quo rogatus erat. Quibus ^d enim non poterant ^e hereditatem vel legata relinquere, si relinquerebant, fidei committebant eorum qui capere ex testamento, poterant, [hereditatem.] Et ideo fideicommissa appellata sunt, quia nullo vinculo iuris, sed tantùm pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Postea

^a *Inclusa desunt in Vet. C.*

^b *De vniuersalibus prius differit, de singularibus. agit prox. tit. in Pandectis cõtrà. l. i. in princ. ad Trebell. Vlp. in frag. tit. 25. Fab.*

lib. 9. cap. 11. Paul. Sent. lib. 4. tit. 1.

^d *Putà peregrinus Theophil. Exemplum est 1. Verr. de Trebonij testamento, § 2. De Finibus. Quæ caussa fuit cur heredis fidei bona committeretur. Vide Theop.*

Pomponius id Claudio Casari tribuit. leg. 2. §. Capta. De origin. Iur. Sueton. in Claud. cap. 23. Fab. l. 3. cap. 6. Vlp. in frag. tit. 25.
 diuus Augustus ^a primus, semel iterumque gratia personarum motus, vel quia per ipsius salutem ^b rogatus quis diceretur, aut ob insignem quorundam perfidiam, iussit Consulibus authoritatem suam interponere ^c. Quod quia iustum videbatur, & populare erat: paulatim conuersum est in assiduam iurisdictionem: tantisque eorum fauor factus est, vt paulatim etiam ^d Prætor ^e † proprius crearetur, qui de fideicommissis ius diceret, quem fideicommissarium appellabant.

¶ *De fidei commissio heredis scripti.*

Hoc modo, vt Augustū saluum & in columē cupis, ita promittis. sic iuratur per salutem principis. l. 5. De iure iur. H. Nondum Silla de fidei commissio persequendo pro dita actione à iudice, ex aquo & bono impetrabatur extraordinaria. l. Pecunia. Verbū. 78. §. Actionis. De Verb. signif. d. l. 2. C. Qui potio. in pignor. hab. l. 78. §. Per. De leg. 3. e. † Roma. Præses in prouincia cognoscebat. l. cum etiam. C. de reb. cred. f. Heredis institutio est caput testamenti §. Ante heredis. De leg. 3. Quam fieri necesse est, vt rectè fideicommissaria relinquatur hereditas. g. Veluti post biennium, quàm excessero.
 2 In primis igitur sciendum est, opus esse, vt aliquis recto iure testamento heres instituat ^f: eiusque fidei committatur, vt eam hereditatem alij restituat. alioqui inutile est testamentum, in quo nemo heres instituitur. Cùm igitur aliquis scripserit, *Lucius Titius heres esto*, potest adiciere, *Rogo te Lucii Titi, vt cùm primum poteris hereditatē meam adire, eam Caio Seio reddas, restituas*. Potest autem quisque & de parte restituenda heredem rogare. & liberum est, vel purè, vel sub conditione relinquere fideicommissum, vel ex certo die &.

¶ *Effectus restitutionis hereditatis.*

Verbū. 78. §. Actionis. De Verb. signif. d. l. 2. C. Qui potio. in pignor. hab. l. 78. §. Per. De leg. 3. e. † Roma. Præses in prouincia cognoscebat. l. cum etiam. C. de reb. cred. f. Heredis institutio est caput testamenti §. Ante heredis. De leg. 3. Quam fieri necesse est, vt rectè fideicommissaria relinquatur hereditas. g. Veluti post biennium, quàm excessero.

3 Restituta autem hereditate, is quidem qui restituit, nihilominus heres^a permanet: is verò, qui recipit hereditatem, aliquando heredis, aliquando legatarij loco habetur.

¶ De S. C. Trebelliano.

4 Et Neronis quidem temporibus, Trebellio Maximo, & Anneo Seneca Consulibus, Senatusconsultum factum est^b: quo cautum est, vt si hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, omnes actiones^c†, quæ iure ciuili heredi^d, & in heredem competerent, ei, & in eum darentur^e, cui ex fideicommissio restituta esset hereditas. Post quod Senatusconsultum Prætor vtiles^f actiones ei, & in eum, qui recepit hereditatem, quasi heredi, & in heredem dare cœpit.

¶ De S. C. Pegasiano.

5 Sed quia heredes scripti, quum aut totam hereditatem, aut penè totam plerunq; restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum, vel minimum lucrum recusabant: atque ob id extinguebantur fideicommissa: postea Vespasiani Augusti temporibus, Pegaso & Pulione Consulibus, Senatus censuit, vt ei, qui rogatus esset hereditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. Ex singulis quoque rebus, quæ per fideicommissum relinquuntur, eadem

^a *Qui semel heres fuit, non desinit esse heres. l. Eiqui. De hered. inst.*

l. i. Ad Trebell.

^b *leg. i. Ad Trebell. Hi autem collega fuerant A. V. C. 814.*

Vide Onuphrium in Fast. Imperat. Rom.

^c *† Omnes in solidum, si tota hereditas restitueretur: & vel*

pro rata portione, si restitueretur

pro parte. §. 6. j. h. t.

^d *De solemnem emptam*

& venditam hereditatis

stipulatione, Theoph.

hic. Vide l. 50. De verb.

oblig.

^e *Sine ulla stipulatione, aut cessione. §. Actio utilis, leg. 4. Si quadrup. paup. Vide Fr. Duar. Diss. lib. 2. cap. 4. & Horum non meminerunt fasti. Vide Paul. lib. 4. Sent. tit. 23.*

^a *Id est, dodrantem.*

^b *Id est, esus legatarij, qui partem dimidiã acciperet.*

Theoph.

Vlp. in ff. ag. tit. 25. tit. 14.

§ 24. C. c. 2. de Leg. l. No men. 164. §.

Partitionis. De verb. sig.

De stipulatione anti-

qua diuidẽda hereditatis inter he-

redem & le-

gatarium. Theoph. hic.

^d *Id est, Sencias nouem.*

^e *Ita & tribus quarta*

deductioe opus sit, quã

quartam ex

voluntate testatoris reti-

neat. Wes.

^f *Nam hoc quarta de-*

ductionẽ in fideicommissis induxit.

à S. C. Trebellianã. Wes.

retentio permessa est. Post quod Senatusconsultum ipse heres onera hereditaria sustinebat: ille autem, qui ex fideicommissio recipiebat partem^a hereditatis, legatarij partiarij loco erat, id est, eius legatarij^b, cui pars bonorum legabatur: quæ species legati, partitio^c vocabatur, quia cum herede legatarius partiebatur hereditatem. Vnde quæ solebant stipulationes inter heredem & partiarium legatarium interponi, eadem interponebantur inter eum, qui ex fideicommissio recepit hereditatem, & heredem: id est, ut lucrum & damnum hereditarium pro rata parte inter eos commune esset.

¶ *Quibus casibus locus est S. C. Trebelliano vel Pegasiano.*

6 Ergo si quidem non plus quàm dodrantem^d hereditatis scriptus heres rogatus sit restituere^e, tunc ex Trebelliano Senatuscõsulto restituebatur hereditas, & in vtrunque actiones hereditariæ pro parte rata dabantur: in heredem quidem Iure ciuili: in eum verò, qui recipiebat hereditatem ex Senatuscõsulto Trebelliano, tanquam in heredem. At si plus, quàm dodrantem, vel etiam totam hereditatem restituere rogatus esset: locus erat Pegasiano^f Senatuscõsulto: & heres, qui semel adierat hereditatem (si modò sua voluntate adierat) siue retinuerat quartam partem, siue retinere noluerat: ipse vniuersa onera hereditaria sustinebat. Sed quarta quidem retenta, quasi partis & pro

pro parte stipulationes ^a interponebantur, tanquam inter partiarium legatarium & heredem: si verò totam hereditatem restitueret ^b, emptę & venditę hereditatis stipulationes interponebantur. Sed si reculabat scriptus ^c heres adire hereditatem, ob id, quòd diceret eam sibi suspectam esse, quasi damnosam: cauebatur Pegasiano Senatuscōsulto, vt desiderante eo, cui restituere rogatus esset, iussu Prætoris adiret, & restitueret hereditatem: perindeque ei & in eum, qui reciperet hereditatem, actiones darentur, ac iuris est ^d ex Trebelliano Senatuscōsulto. quo casu nullis stipulationibus est opus: quia simul & huic, qui restituit, securitas datur: & actiones hereditarię ei, & in eum transferuntur, qui recipit hereditatem: vtroque Senatuscōsulto in hac specie concurrente ^e.

¶ *Pegasiani in Trebellianum transfusio.*

7 Sed quia stipulationes ex Senatuscōsulto Pegasiano descendentes, & ipsi antiq̄uitati displicuerunt ^f, & quibusdam casibus captiosas eas homo excelsi ingenij Papinianus appellat, & nobis in legibus magis simplicitas, quàm difficultas placet: ideo omnibus nobis suggestistã similitudinibus, quàm differentiis vtriusque Senatuscōsulti, placuit, exploso & Senatuscōsulto Pegasiano, ^g *Et Senatuscōs. Pegasiano, eiusque captiosis ambagibus, Trebelliano soli locum esse voluit.*

^a Paul. lib. 4. Sent. tit. 1.

^b Ex Pegasiano Senatuscōsulto.

^c Hunc locum interpretatur

Vlp. l. 4. Ad Trebell. Ca. ius. l. Si quis omissa. ff. Si quis omiff. caus. test.

^d Id est, Senatuscōsulto Trebelliano cauetur.

^e Nam ex Trebelliano actiones

transferuntur, ex Pe-

gasiano coactus adit.

Horom.

^f Nec profectò iniuria: ad fugiendos, scilicet anfractuos.

^g Sic Iustin. in præfat.

Pand. reie-

Trebellia- quod postea superuenit ^a, omnem authori-
nū enim fa- tatem Trebelliano Senatusconsulto præsta-
ctum est sub re, vt ex eo fideicommissariæ hereditates re-
Augusto. Pe stituantur : siue habeat heres ex voluntate
gasiazū sub testatoris quartam, siue plus, siue minus, siue
Vespasiano. nihil penitus: vt tunc, quando vel nihil, vel
^b *† Hoc in-* minus quarta apud eum remanet, liceat ^b *†* ei
re, quanuis vel quartam, vel quod deest, ex nostra au-
inuito testa thoritate retinere, vel repetere solutū, quasi
toro : quod ex Trebelliano S.C. pro rata portione actio-
tariē emen- nibus ^c *†* tam in heredem, quam in fideicom-
daram est, missarium competentibus. Si verò totam he-
No. cap. 1. 2. reditatem sponte ^d restituerit, omnes here-
^e *† Credito-* ditariæ ^e actiones fideicommissario, & aduer-
re scilicet. sus eum competant. Sed etiam id, quod præ-
Quid de a- cipuum Pegasiani Senatusconsulti fuerat, vt
*ctionib. lega quando recusaret heres scriptus sibi datam
tariorum da hereditatem adire, necessitas ei imponere-
centus ? Si tur totam hereditatem volēti fideicommis-
quidē dāna sario restituere, & omnes ad eum & contra
tus est he- eum transferre actiones : & hoc transposui-
res restitue- mus ad Senatusconsultum Trebellianum, vt
reio am he- ex hoc solo necessitas heredi imponatur, si
reditatē, so- ipso nolente adire, fideicommissarius ^f de-
lus fideicom- sideret & restitui sibi hereditatem, nullo nec
missarius o- ^g
nera susti- ^g *†* ^h *†*
net. l. i. f. D. ^h *†* ⁱ *†*
h. t. l. & l. C. ⁱ *†* ^j *†*
cod. Si par- ^j *†* ^k *†*
tem, pro ra- ^k *†* ^l *†*
ta portione tenentur heres & fideicommissarius. leg. 2. C. cod.
^a *Reiecto etiam vltro quadrante. c Quæ ex ipsius testatoris*
hereditate veniunt, non post aditam hereditatem quasita. leg.
Qui ita. 7. 6. §. Si damnum. Ad Trebell. e Vel certè eius nomi-
ne procurator. d. l. Qui ita. §. 1. g Prator enim in cogendo of-
ficium non impartit, nisi fuerit postulatum. l. 4. §. Hoc autem. De
*damn. infect. Wes.**

damno

damno nec commodo apud heredem remanente^a†.

¶ In quibus heredibus, & in quibus fideicommissariis supra dicta locum habeant.

^a † Quia alieno periculo adit. leg. quia poterat. D. h. t.

8 Nihil autem interest, utrum aliquis ex asse^b heres institutus, aut totam hereditatem, aut pro parte restituere rogatur: an ex parte^c heres institutus, aut totam eam partem, aut partem partis restituere rogatur. Nam & hoc casu eadem observari præcipimus, quæ in totius hereditatis restitutione diximus.

^b Id est, in solidum.

^c Putà, ex semisse.

¶ De eo, quod heres voluntate testatoris deducit, præcipit ve.

9 Si quis una aliqua re deducta, siue præcepta quæ quartam continet (veluti fundo, vel alia re^d) rogatus sit restituere hereditatem: simili modo ex Trebelliano Senatusconsulto restitutio fiat, perinde ac si quarta parte retenta, rogatus esset reliquam hereditatem restituere. Sed illud^e interest, quòd altero casu, id est, cum deducta siue præcepta aliqua re, restituitur hereditas: in solidum ex eo Senatusconsulto actiones transferuntur: & res, quæ remanet apud heredem, sine vlllo onere^f hereditario apud eum remanet, quasi ex legato ei acquisita. altero verò casu, id est, cum quarta parte retenta, rogatus est heres restituere hereditatem, & restituit: scinduntur actiones, & pro dodrante quidem

^d Singulari.

^e Hic locus ex Mart. l.

Si leg. 30. §.

Multum interest. Ad

Trebell.

^f Quia hic heres non retinet us

glum & universitatis: sed

tantum habet rem sin-

gularem & legatarius.

Wes.

Quod si plus quarta contineat, heres etiam legatariis in id tenetur, quod quartam excedit transferuntur ad fideicommissarium, pro quadrante remanent apud heredem. Quintam licet vna re aliqua deducta, aut præcepta, restituere aliquis hereditatem rogatus sit, in qua maxima pars hereditatis contineatur: æquè in solidum transferuntur actiones. Et secum deliberare debet is, cui restituitur hereditas, an expediat sibi restitui. Eadem scilicet interueniunt, & si duabus pluribusve deductis præceptisve rebus, restituere hereditatem rogatus sit. Sed etsi certa summa deducta præceptave, quæ quartam vel etiam maximam partem hereditatis continet^a, rogatus sit aliquis hereditatem restituere: idem iuris est. Quæ autem diximus de eo, qui ex asse institutus est, eadem transferimus & ad eum, qui ex parte heres scriptus est.

^b *Vlp. l. 6. §. Meminisse. Ad Trebell.*

^c *† Legata non in testamento relicta, non valent vt legata, sed valent vt fideicommissa, ob exaurationem legatorum & fideicommissorum.*

^d *Vnde apparet legatorum & fideicommissorum discrimen. Fac. l. pe. De leg. I. Caius 2. Inst. cap. 7.*

¶ De fideicommisso heredis ab intestato.

IO Præterea intestatus^b quoque moriturus, potest rogare eum, ad quem bona sua vel legitimo iure, vel honorario pertinere intelligit: vt hereditatem suam totam partemve eius, aut rem aliquam, veluti fundum, hominem, pecuniam alicui restituat: cum alioqui^c † legata^d, nisi ex testamento, non valeant.

¶ De fideicommissore relicto à fideicommissario.

II Eum

11 Eum quoque ^a, cui aliquid restituitur, potest rogare, ut id rursus alij aut totum, aut partem, vel etiam aliquid aliud restituat ^b†.

¶ *De probatione fideicommissi.*

12 Et quia prima fideicommissorum cubacula à fide heredum pendent, & tam nomen quàm substantiam acceperunt: ideo diuus Augustus ad necessitatem Iuris ea retraxit ^c. Nuper & nos eundem principem superare contendentes, ex facto, quod Tribonianus vir excellentissimus ^d, Quæstor sacri palatii suggestit, constitutionē ^e fecimus: per quam disposuimus, Si testator fidei heredis sui commisit ^f†, ut vel hereditatem, vel speciale fideicommissum restituat: & neque ex scriptura, neque ex quinque testium numero (qui in fideicommissis legitimus esse noscitur) possit res manifestari: sed vel pauciores quàm quinque, vel nemo penitus testis interuenerit: tunc siue pater heredis, siue alius quicumque sit, qui fidem heredis elegerit, & ab eo restitui aliquid uoluerit: si heres perfidia tentus adimplere fidem recusat, negando rem ita esse subsequutam: si fideicommissarius iusiurandum ei detulerit, cum prius ipse de calumnia iurauerit: necesse eum habere, vel iusiurandum

^a Hic locus ex Vlp. l. 1. §. De illo. Ad Trebell.

^b † Hoc casu nō est locus Trebell. l. ino. l. mulier. 2. §. Slt. D. h. t.

^c Quidam cod. habent, ea detraxit. Legendum autē censet Cuiac. eadē traxit.

^d Vir. Vir excelsus.

^e Exiit in l. Slt. C. De fideicom.

^f † Loquitur de eo, cuius presentis fideicommissum fuit nam fideicommissum, quo absens oneratur, nō valet, nisi legitime probetur. l. si Veritas. C. de fideic.

³ *Iurare de calumnia, id est, se non animo calumniandi iusiurandum deferre, ὅτι οὐ κατὰ συκοφαντίαν ἐπάγγλτον ὄρκιον. Theoph. Fac. locus Platon. 2. De leg.*

*Inclusa de-
sunt in Ve-
ter. † &
Theoph.*

*Scilicet
quinque te-
stes non in-
teruenisse.*

*Fideicom-
missa singu-
laria sunt,
Veluti, Ro-
go te, heres,*

*vt fundum
Seianū Titio
restituas. &
niuersalia
Verò, Peto,
vt heredita-
tem reddas.*

*Alia est le-
gati, & fidei
cōmissi dif-
ferētia. Ca-
ius 2. Instit.
tit. 7. Vlp. in
frag. tit. De
legat. Fac. l.
2. C. Com. de
leg.*

*† Si à lega-
tario lege-
tur, etsi ea
voluntas nō
valebit iure
legati, vale-
bit tamē, ni-
si fallor, iu-
re fideicom.*

subire, quòd nihil tale à testatore audiuerit: vel recusantem, ad fideicommissi vel vniuersalis, vel specialis solutionem coarctari: ne depereat vltima voluntas testatoris, fidei heredis commissa. Eadem obseruari censuimus & si à legatario, vel fideicommissario aliquid similiter relictum sit. Quòd si is, à quo relictum dicitur, [postquam negauerit^a,] confiteatur quidem aliquid à se relictum esse, sed ad legis subtilitatē recurrat^b, omnino solvere cogendus est.

DE SINGVLIS REBVS per fideicommissum relictis.

TITVLVS XXIII.

¶ Summa.

POTEST tamen quis etiam singulas res per fideicommissum relinquere: veluti fundum, argentum, hominem, vestem, & pecuniam numeratam: & vel ipsum heredem rogare, vt alicui restituat, vel legatarium, quanuis à legatario^d legari non possit^e †.

¶ Quarelinqui possunt.

I Potest autem non solum proprias res testator per fideicommissum relinquere: sed & heredis, aut legatarij, aut fideicommissarij, aut cuiuslibet alterius. Iraque & legatarius, & fideicommissarius, non solum
de ea

de ea rogari potest, vt eam alicui restituat, quæ ei relicta sit: sed etiam de alia, siue ipsius, siue aliena sit. Hoc solùm^a obseruandum est, ne plus^b quisquam rogetur alicui restituere, quàm ipse^c † ex testamento^d ceperit. nam quod ampli⁹ est, inutiliter relinquitur. Cùm autem aliena res per fideicommissum relinquitur: necesse est ei, qui rogatus est, aut ipsam redimere & præstare, aut æstimationem eius soluere.

¶ *De libertate.*

2 Libertas^e quoque seruo per fideicommissum dari potest, vt heres eũ rogetur manumittere, vel legatarius, vel fideicommissarius. nec interest, vtrùm de suo proprio seruo testator roget, an de eo qui ipsius heredis, aut legatarij, vel etiam extranei sit^f. Itaque & alienus seruus redimis & manumitti debet. Quòd si dominus eum non vendat^h †: si modò nihil ex iudicio eius, qui reliquit libertatem, perceperitⁱ †: non statim extinguitur fideicommissaria libertas, sed differtur, quoad possit tempore procedente, vbicunque occasio serui redimendi fuerit, præstari libertas. Qui autem ex fideicommissi^k causa manumittitur, non testatoris fit libertus, etiam

testamenti factio. Fac. l. Alieno. De fideicom. libert. § Quod fit fauore libertatis, non idem in re pecuniaria. l. Paulus. 39. De fideicom. liber. ^h Iusto pretio. leg. non dubium. 14. D. de leg. 3. ⁱ † Nam si quid percepit, cogitur vendere. l. site. C. de fid. lib. Hic locus ex l. Deberi. C. De fideicom. libert.

^a *Fac. l. 1. §. Si is. Ad Trebell.*

^b *Saltem & tantundem præstet, rogari potest.*

^c † *Per se, & ob per subiectas personas. leg. 4. §.*

^d *5. D. de leg. 3. Vel certè*

ex auctore testatoris voluntate: quia

ab intestato relinquere possit fideicommissum §. tit. prox.

^e *Hic locus videtur esse descriptus*

ex leg. Libertates. ff.

De fideicommiss. lib. bert.

^f *Dummodò sit cum eo*

^a *Fac. l. His quibus. C. ill. tit.*

^b *Theophil. Vocat χαρω- νιστὸν, quod ab eo manu mittitur, qui in Orcū demittitur, Theop. Fac. l. 10. C. De test. manū.*

^c *† Orthinus legit Alciat. lib. 1.*

pratermis. minūs re- ctē.

^d *l. testamē- ro liber. 25. l. si serui, 30.*

*de man. testam. Et hoc nimirum est directo siue recto iu- re. Legata ex ipso testamento, fideicommissa ex fide heredis pen- dent: Ut rectē Suidas legata definiērit τὰ ἐν διαθήκῃς, fideicom- missa τὰ ἐν πίσει καταλιμπανόμενα ὑπὸ τῷ κείμενῳ τελευτῶν. Illa igitur sunt directa. hac non item. ^e *l. quidam. 19. de man. test.**

^f *Fac l. Fideicommissa. 1. in principio. De leg. 3. § l. 2. C. Com. de leg. Casus. 2. Instit. tit. 5. Vlp. in fragm. tit. 24. Paul. lib. 4. Sent. tit. 1.*

si testatoris seruus sit, sed eius, qui manumit- tit. At is, qui directò ex testamento ^a liber esse iubetur, ipsius testatoris libertus sit: qui etiam ^b Orcinus ^c † appellatur. Nec alius vl- lus directò ex testamento libertatem habe- re potest, quàm qui utroque tempore testa- toris fuerit ^d, & quo faceret testamentum, & quo moreretur. Directò autem libertas tunc dari videtur, cùm non ab alio seruum manu- mitti rogat, sed velut ex suo testamento ^e li- bertatem ei competere ^f vult.

¶ De verbis fideicommissorum.

3 Verba autem fideicommissorum hæc maximè in vñu habentur: *Peto, rogo, volo, mando*^b, *fidei tue committo.* quæ perinde sin- gula firma sunt, atq; si omnia in vnum con- gesta essent.

^e *Et hoc nimirum est directo siue recto iu- re. Legata ex ipso testamento, fideicommissa ex fide heredis pen- dent: Ut rectē Suidas legata definiērit τὰ ἐν διαθήκῃς, fideicom- missa τὰ ἐν πίσει καταλιμπανόμενα ὑπὸ τῷ κείμενῳ τελευτῶν. Illa igitur sunt directa. hac non item. ^f *l. quidam. 19. de man. test.**

^g *Fac l. Fideicommissa. 1. in principio. De leg. 3. § l. 2. C. Com. de leg. Casus. 2. Instit. tit. 5. Vlp. in fragm. tit. 24. Paul. lib. 4. Sent. tit. 1.*

^h *Volo, id est cupio: mando, id est committo, hæc verba imperativa non sunt, sed precaria.*

DE CODICILLIS

TITVLVS XXV.

¶ Origo.

ANTE Augusti tempora constat codicillorum ius in vsu non fuisse: sed primus Lucius Lentulus, ex cuius persona etiam fideicommissa [esse] cœperunt, codicillos introduxit. Nam cum decederet ^b in Africa, scripsit codicillos ^c testamento confirmatos ^d, quibus ab Augusto ^e petiit per fideicommissum, vt faceret aliquid. Et quum diuus Augustus voluntatem eius impleisset, deinceps reliqui eius auctoritatem sequuti, fideicommissa præstabant: & filia Lentuli legata, quæ iure non debebat, soluit. Dicitur autem Augustus conuocasse sapientes ^f viros, inter quæ eos Trebatium quoque ^g cuius tunc auctoritas maxima erat, & quæsisse, an posset recipi hoc, nec absonans à iuris ratione codicillorum vsus esset: & Trebatium ^h suasisse Augusto, quòd diceret vtilissimum & necessarium hoc ciuibus esse, propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuissent: vbi si quis

^a Codicilli sunt eorum, quæ in testamento, testatoris voluntati desunt, supplementum. Theophil. Harmenop. lib. 5. tit. 7.

^b Hoc est, moreretur. Theophilus videtur legisse, discederet in Africam.

^c Facto Roma testamento.

^d Vide Duar. 2. Diss. cap. 6. l. 1.

^e Quem hœredem instituerat & cum filia & aliis quibusdam: & Theoph.

^f In rebus

statuendis, prudentum consilio & sos fuisse Principes, constat ex Lamprid. in Alexand. Seuero. l. humanum. §. C. De legat. & Ver. Cod. Prudentes, inter quos Trebatium quoque. ^h Huius frequens est mentio in Iure l. 2. §. Fuit. De orig. Iur.

^a His scilicet testamentum facere non posset, tamen co-
 destitutus, dicillos posset. Post quæ tempora, cum & La-
 qua ad testa beo ^b codicillos fecisset, iam nemini dubium
 menti sole- erat, quin codicilli iure optimo admitteren-
 mnitatem tur.
 pertinebāt.
 tot. t. t. u. l.

Qui testam.
 fac. poss.

† Nam si te-
 stamenti fa-
 ctionem non
 haberet, ne-
 que codicil-
 los facere
 posset. l. 6. §.
 penult. l. 8. §.
 I. D. de iur.
 codic.

^b Labeo An-
 ristius Tre-
 batij audi-
 tor. d. l. 2. §.

Ex his. De
 orig. iur. Ta-
 cit. lib. 3. An-
 na. in f.

• In l. 5. De
 iure codicil.

† Extat re-

sponsum Papiniani, sed interpolatum à Triboniano. ^d Vide
 Plinium in Epist. lib. 2. Ad Annianum. ^e Ex Paulo l. Scauola.
 76. ad Trebell. ^f Paganum intellige, cum militis hereditas co-
 dicillis dari vel adimi possit. l. Quærebatur. 19. §. l. Militis. 36. De
 testam. milit. ^g Quod fit per exheredationem. ^h † Aliam ra-
 tionem affert Papin. in l. 10. D. de iur. codic. sed hac est magis gene-
 ralis. ⁱ l. 7. Cod. De Cod. ^k Eorum, scilicet, qui heredes scri-
 pti sunt: eorum verò qui heredes scripti nō sunt, exheredatio nul-
 la est, nisi suorum numero sint. l. C.

¶ Efficiens.

1 Non tantum autem testamento facto
 potest quis codicillos facere, sed & intestatus
 quis decedēs fideicommittere codicillis po-
 test. Sed cum ante testamentum factum co-
 dicilli facti erant: Papinianus ^c ait, non aliter
 vires habere, quam si speciali postea volun-
 tate confirmentur. Sed diui Severus & An-
 toninus rescripserunt: ex iis codicillis, qui te-
 stamentum præcedunt, posse fideicommissum
 peti: si appareat ^d eum, qui testamentum
 fecit, à volūtate, quam in codicillis expresse-
 serat, non recessisse.

¶ Materia.

2 Codicillis ^e autem hereditas neque da-
 ri, neque adimi ^g potest: ne ^h † confundatur
 ius ⁱ testamentorum, & codicillorum: & ideo
 nec exheredatio ^k scribi. Directò autem he-

reditas

reditas codicillis neque dari, neque adimi potest: nam per fideicommissum hereditas codicillis iure relinquitur. Nec conditionem herei instituto codicillis^a adiicere^b †, neq; substituere directò quis potest.

¶ Numerus, & solemnitas.

3 Codicillos autem etiam plures^c quis facere potest; & nullam solemnitatem ordinationis desiderant^d †.

^a Ex Mar-
tian. l. 6. De
iure Codic-
ill.

^b † Quoniã
in defectum
conditionis
de adẽptio-
ne cogitasse
videtur. leg.

quidam in suo. 27. f. D. de condit. inst. ^c Nisi sint contrarij. l. 3. C. eod. testamenta non item. † Quia posteriore testamento tollitur prius. §. posteriore. §. quib. mod. test. infirm. ^d † Requiritur presentiam quinque testium duntaxat. l. Slt. C. hoc tit.





INSTITVTIO-
 NVM IVRIS DIVI
 IVSTINIANI
 LIBER III.

DE HEREDITATI-
 bus * quæ ab intestato
 deferuntur.

TITVLVS I.

* *In vetustissimo & probatissimo Codice sic habetur: Dn. Iustiniani perp. A. Institutio-
 num compositarum per Tribonianum virum
 magnificum, magistrum & exquæstorem sa-
 cri palatij: & Theophilum & Dorotheum VV.
 Illustres & antecessores, incipit tertius, De
 heredit. quæ ab intest. def.*

¶ *Hic autem tit. pertinet ad totam materiam in-
 testata successionis: specialiter autem sub eo de Suo-
 rum dumtaxat successione tractatur, cuiusq. summa
 hæc est. Suos heredes nobis esse ex 12. tabul. legitimos
 filios & naturales factos legitimos. In suorum linea
 Vltiorem à proximioe non excludi. Vltiorem Si-
 ce sui patris admitti. Inter suos heredes à Pratore
 Vocari emancipatos, non etiam eos qui sunt in ado-
 ptiva familia. Inter suos heredes ex constit. Vocari
 nepotes ex filia, & deinceps ceteros. I. C.*

¶ *Defi-*

¶ *Definitio intestati.*

INTESTATUS ^a decedit, qui aut omnino testamentum nõ fecit, aut non iure ^b fecit: aut id quod fecerat, ruptum ^c irritumve ^d factum est: aut si ex eo nemo heres extiterit

^a Hic locus ex *Vlpia. l. 1. De suis & leg. Quatuor autem modis quis dici potest intestatus. Vlp. in frag. tit. 23. Paul. lib. 4. Sent.*

¶ *Primus ordo succedentium ab intestato.*

1 Intestatorum autem hereditates ex lege duodecim Tabularum ^f primùm ad suos heredes pertinent.

tit. 8. Caius 2. inst. tit. 18. b Quo casu idem est, ac si nullum factum fuisset. l. Quoties qui suis. d. cog.

¶ *Qui sunt sui heredes.*

2 Sui autem heredes existimantur (vt supra ^g diximus) qui in potestate morientis fuerint: veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex nepote, ex filio nato prognatus prognatave. Nec interest ^b, utrùm naturales ⁱ sint liberi, an adoptivi. Quib. connumerari necesse est etiam eos, qui ex legitimis quidẽ nuptiis, vel matrimoniiis non sunt progeniti: curiis tamen ciuitatum dati, secundum Duialium ^k constitutionum, quæ super his positæ sunt, tenorem,

^c *Natiustate putà posthumi preteriti, vel arrogatione filij.*

^d *Capitis fortẽ deminutione.*

^e *Id est, nemo hereditatẽ adierit.*

^f *Lex 12. tabul. ait, Intestatorum hereditates primò suorum heredum, velint nolintve, sunt. His deficientibus, adgnatus proximus familiam habeto. titul. 4. Cic. act. 3. in Verr. §. sui de hered. qual. & diff. h Vt, scilicet sint heredes legitimi. i † Sub. & legitimi. k l. Si quis. l. Quoniam Cod. De statu. lib.*

^a *Quod non fuissent cōsequenti, si spurij mansissent.* heredum suorum ^a iura nanciscuntur. Nec non eos ^b, quos nostræ amplexæ sunt constitutiones ^c, per quas iussimus, ut si quis mulierem in suo contubernio copulauerit, non ab initio affectione maritali, eam tamē,

^b *Qui sunt natalibus restituti, ex principis re scripto. Nouell. 89. in princ.* cum qua poterat habere coniugium, & ex ea liberos sustulerit, postea verò affectione procedente, etiā nuptialia instrumenta cum ea fecerit, & filios vel filias habuerit: non solum eos liberos, qui post dotem editi sunt, iu-

^c *l. Nuper. l. Cum quis. Cod. de natu. lib.* stros, & in potestate patris esse: sed etiam anteriores, qui & iis, qui postea nati sunt, occasionem legitimi nominis præstiterūt. Quod

^d *l. Nuper. § Non. 12. § 18.* obtinere censuimus ^d, & si non progeniti fuerint post dotale instrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac luce fue-

^e *l. Cū quis. 10. l. Nuper. C. de nat. li.* rint subtracti ^e. Ita demum tamen nepos neptisve, pronepos proneptisve, suorum heredum numero sunt, si præcedens per-

^f *Ut pater præcedit nepotem: hic pronepotē. Vide Wes.* sona ^f defierit in potestate parentis esse: siue morte id acciderit, siue alia ratione, veluti emancipatione. Nam si per id tempus, quo quis moritur, filius in potestate eius sit, nepos ex eo, suus heres esse non potest. Idque & in cæteris deinceps liberorum personis dictum esse intelligimus. Posthumi quoque, qui si viuo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui heredes

^g *† Si nemo eos gradu præcederet.*

sunt ^g †.

¶ *Quomodo sui heredes fiunt.*

3 Sui autem heredes fiunt etiam ignorantēs

rantes ^a, & licet furiosi sint, heredes possunt ^b † existere: quia quibus ex ^c causis, ignorantibus nobis acquiritur, ex his causis & furiosis acquiri potest. Et statim à morte parentis quasi continuatur ^d dominium. & ideo nec tutoris autoritate opus est pupillis, cum etiam ignorantibus acquiratur suis heredibus hereditas: nec curatoris ^e assensu acquiritur furioso, sed ipso iure.

¶ *De filio post mortem patris ab hostibus reuerso.*

4 Interdum autem, licet in potestate parentis, mortis tempore suus heres non fuerit, tamen suus heres parenti efficitur: veluti si ab hostibus quis reuersus fuerit post mortem patris sui. ius enim postliminij ^f † hoc facit.

¶ *De memoria patris damnata ob crimen perduellionis.*

5 Per contrarium autem hoc euenit, ut licet quis in familia defuncti sit, mortis tempore, tamen suus heres non fiat: veluti si post mortem suam pater iudicatus fuerit perduellionis ^g reus, ac per hoc memoria eius damnata ^h fuerit. suum enim heredem habere

• *Fac. l. 1. §. 3. Si quis omiss. caus. test. leg. 63.*

De acqu. hered. Olim etiam inuiti: posteatamen, Pratoris beneficio abstinendi data fuit facultas.

^b † *Vide l. Olim. C. de cur. fur.*

^c *Regula est Pom. l. Si à furioso, si cer. pet. l. Si à furioso. De obl. § act.*

^d *Paul. habet, Propter dominij continuatione.*

l. In suis, de suis § leg. § l. 3. C. De iur. delib.

^e *Aliud in extranei hereditate. §.*

Neque. De author. tutor. § † Tribuitur hoc legi Cornelia in l. 9. C. de postlim. § Mæstatis laesa reus. Iustin. Nouell. 95. καθοσιώσιως ένοχος. ^h Quam scilicet perpetua infamia comitatur. l. Ex iudiciorum. De acc. l. § l. Ad l. Iul. mai.

^a *Vide Nov.*
134.

^b † *Quannis
regulariter,
qui semelest
heres, non
desinat esse
heres. leg. et
qui soluen-
do. D. de
her. instit.*

^c *Idq; ex leg.*
12. tab. Fac.
l. 4. Cod. De
leg. hered.

^d *Fac. Nov.*
118.

^e *Hic locus
ex Caij Inst.*
lib. 2. tit. 8.

*Fac. l. 2. §. 2.
De suis &
legit.*

^f *Fac. l. 1. §.
Sciendū. De
suis & legit.*
l. ultim. De
condit. inst.

^g *Hoc est, &
interpreta-
tur Theoph.*

*Cum ritè
quidem fa-
ctum est te-
stamentum,
nemo tamè
ex eo heres
extitit.*

non potest, cum fiscus^a ei succedat: sed potest dici ipso quidem iure suum heredem esse, sed desinere^b †.

¶ De divisione hereditatis inter suos heredes.

6 Cùm filius filiæve, & ex altero filio nepos neptisve existunt, pariter ad hereditatem aui vocantur: nec qui gradu proximior est, vltiorem excludit. Æquum enim esse videtur, nepotes neptisque in patris sui locum succedere^c. Pari ratione, & si nepos neptisve sit ex filio, & ex nepote proneptisve, simul vocantur. Et quia placuit nepotes neptisque, item pronepotes proneptisque in parentis sui locum succedere, conueniens esse visum est, non in capita,^d sed in stirpes hereditatem diuidi: vt filius partem dimidiam hereditatis habeat, & ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. Item^e si ex duobus filiis nepotes neptisque existant, ex altero tres aut quatuor: ad vnum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel ad quatuor altera dimidia.

¶ Quo tempore suitas spectatur.

7 Cùm autem quæritur, an quis suus heres existere possit: eo tempore^f quærendum est, quo certum est aliquem sine testamento decessisse. quod accidit & destituito testamento^g. Hac ratione, si filius exheredatus fuerit, & extraneus heres institutus: & filio

filiò mortuo ^a, postea certum fuerit, heredem institutum ex testamento non fieri heredem, aut quia noluit esse heres, aut quia non potuit ^b: nepos aucto suus heres existet: quia quo tempore certum est intestatum decessisse patrem familias, solus inuenitur nepos: & hoc certum est.

¶ *De nato post mortem aui, vel adoptato a filio emancipato.*

8 Et licet post mortem aui natus sit, tamen aucto uiuo conceptus ^c, mortuo patre eius, posteaque deserto aui testamento, suus heres efficitur ^d. Planè si & conceptus & natus fuerit post mortem aui, mortuo patre suo, desertoque postea aui testamento, suus heres aucto non existet: quia nullo iure ^e † cognationis patrem ^f sui patris attingit. Sed nec ille est inter liberos aui, quem filius emancipatus adoptauit ^g. Hi autem, cum non sint sui (quantum ad ^b † hereditatem [†]) liberi: neque bonorum possessionem petere possunt, quasi proximi cognati. Hæc de suis heredibus.

¶ *De liberis emancipatis.*

9 Emancipati autem liberi, iure ciuili ^h ni-

^a Post mortem, patris. f. Theophil. Fac. l. Scripto. 7. Si tab. testam. null. ext. Theoph. hic.

^b Quia forte defecit conditio institutioni adscripta. Theop.

^c Quia conceptus pro iam nato habetur, quò de eius utilitate agitur. l. Qui in utero ff. De sta. hom.

^d Fac. l. 6. §. 1. De iniust. resp.

^e † Dicitur tamè cognatus per abusionem vel potius à νεοφρίκως. l. 8. D. de suis & legit. Vide

Alc. 1. Pra-

term. c. pe. ^f Aucto testatorem. Theoph. ^g l. 26. De adopt. ^h † & ad successionem in bonis liberti aucti. l. Paulus. 47. §. pe. D. de bo. liber. ⁱ † Secus enim quantum ad causam prohibendum nuptiarum. A. C. ^k Usque ad Nouellas. A. C. Caius 3. Instit. tit. 8. l. Capitis. 11. De suis & leg. l. 7. De ca. min.

hil iuris habent : neque enim sui heredes sunt, qui in potestate parentis esse desierunt, neque vlllo alio iure per^a † legem duodecim tabularum vocantur. sed Prætor naturalis^b æquitate motus, dat eis bonorum possessionem *Vnde liberi*, perinde ac si in potestate parentis, tempore mortis fuissent: siue soli sint, siue cum suis heredibus concurrant. Itaque duobus liberis existentibus, emancipato vno, & eo qui tempore mortis in potestate fuerit: sanè quidem is qui in potestate fuit, solus Iure ciuili heres est, & solus suus heres: sed cùm emancipatus beneficio Prætoris in partem^c admittitur, euenit, vt suus heres pro parte heres fiat.

¶ *Si emancipatus se dederit in adoptionem.*

10 At hi, qui emancipati à parente, in adoptionem^d se dederunt, non admittuntur^e ad bona naturalis patris, quasi liberi^f †: si modò, cùm is moreretur, in adoptiua familia fuerint. Nam viuo emancipati ab adoptiuo patre, perinde admittuntur^g ad bona

Verba illa, neque enim sui her. sunt qui in pot. par. es. def. Sublata Verò parentesi, facilis est huius loci interpretatio. ^b Cogitat enim Prætor filium esse, licet emancipatum. Nouell. 118. Fac. l. 2. Vnd. leg. l. Vltim. De suis & leg. l. 4. Si tab. testam. null. ext. l. 6. §. 1. De bon. possess. ^c Dimidiam ait Theophil. † Fac. l. nomen. §. portionis. D. de Verbor. signific. ^d Si arrogari siue- runt, quia sui essent iuris. ^e Fac. l. Vlt. Vnd. lib. ^f † Rectè ait quasi liberi: nam admitti possunt quasi cognati. §. admonendi. J. b. tit. ^g Fac. l. 2. Vnd. lib.

naturalis

naturalis patris, at si emancipati ab ipso essent, nec vnquam in adoptiua familia fuissent. Et conuenienter, quod ad adoptiuum patrem pertinet^a, extraneorum loco esse incipiunt^b. Post mortem verò naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre: & quantum ad hunc adoptiuum patrem pertinet, æquè extraneorum loco fiunt: & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilo magis liberorum gradum nanciscuntur. Quod ideo sic placuit, quia iniquum erat esse in potestate patris adoptiui, ad quos bona naturalis patris pertineant, vtrùm ad liberos eius an ad adgnatos.

¶ *Collatio filiorum naturalium,
& adoptiuorum.*

II Minus ergo iuris habent adoptiui filij quàm naturales^c. Namque naturales emancipati, beneficio Prætoris gradum liberorum retinent, licèt Iure ciuili perdant. Adoptiui verò emancipati, & iure ciuili^d perdunt gradum liberorum, & à Prætore non admittuntur: & rectè. Naturalia^e enim Iura ciuilis ratio perimere non potest: nec, quia desinunt sui heredes esse, possunt desinere filij filiæve, aut nepotes neptésve esse. adoptiui verò emancipati, extraneorum loco incipiunt esse: quia ius nomenque filij filiæve, quod per adoptionem consequuti, sunt, alia ciuili ratione, id est, emancipatione, perdunt.

^a *leg. 1. §. 3. Si tab. test. nul. ext.*

^b *Ab extraneo patre emancipati: intestato autem succedent patri adoptiuo. si morte, non emancipatione soluti sit ius adoptionis. l. 3. Vnde cog.*

^c *Hic locus ex Paulo l.*

^d *4. Si tab. test. nul. ext. Fac. l. §. lrim. Cod. de legit. hered.*

^e *Fac. l. 13. De adopt.*

^f *Regula est Pomponij. l. Iura. 8. De reg. Iur. Iura sanguinis nullo ciuili iure dirimi posse. §. §. l. De leg. adgnat. tutel.*

¶ *De bonorum possessione contra tabulas.*

^a Et non solum in hereditate ab intestato deferebatur. Theophil.

^b † Quocirca supradictio non habetur pro exheredatione. §. ult. §. de exhered. lib.

^c Theophil. habet vomimus, & oportet, id est, nominatum.

Fac. l. Non putavit. §. Non quavis.

De bon. poss. cont. tab.

^d Fac. l. pen. C. De adopt. qui a patri adoptivo in re civili succedunt. F. Horom.

^e Intestatum hic accipe, qui nullum fecit testamentum.

tab. rationem reddit. l. 1. §. 2. §. 2. §. 2. §. 2.

12 Eadem hæc observantur^a & in ea bonorum possessione, quam contra tabulas testamenti parentis liberis præteritis^b †, id est, neque heredibus institutis, neque, ut oportet^c, exhereditis, Prætor pollicetur. Nam eos quidem, qui in potestate mortis tempore fuerint, & emancipatos, vocat Prætor ad eandem bonorum possessionem: eos verò, qui in adoptiva familia fuerint per hoc tempus, quo naturalis pater moreretur, repellit^d. Itæ adoptivos liberos emancipatos ab adoptivo patre, sicut nec ab intestato^e, ita longè minus contra tabulas testamenti ad bona eius admittit: quia desinunt in numero liberorum eius esse.

¶ *Vnde cognati.*

13 Admonendi tamen sumus, eos qui in adoptiva familia sunt, quæ post mortem naturalis parentis ab adoptivo patre emancipati fuerint, intestato parente naturali mortuo, licet ea parte edicti^f, qua liberi ad bonorum possessionem vocantur, non admittantur, alia tamen parte vocari, scilicet qua cognati & defuncti vocantur^h. Ex qua parte ita admittuntur, si neque sui

^f Ulpian. l. 1. §. 4. l. 3. §. 2. De bon. poss. cont.

tab. rationem reddit. §. Fac. l. 1. §. 1. §. 2. §. 2. §. 2.

^h Fac. l. 1. §. 2. §. 2. §. 2. §. 2.

heredes

heredes liberi ^a, neque emancipati obſtent, neque adgnatus quidem vllus interueniat. Ante enim ^b Prætor liberos vocat tam ſuos heredes, quàm emancipatos, deinde ^c legitimos heredes, tertio proximos cognatos.

¶ *Emendatio iuris antiqui.*
De adoptiuis.

14 Sed ea omnia antiquitati quidem placuerunt: aliquam autem emendationem à noſtra conſtitutione ^d acceperunt; quam ſuper iis perſonis expoſuimus, quæ à patribus ſuis naturalibus in adoptionem aliis dantur. Inuenimus etenim nonnullos caſus in quibus filij, & naturalium parentum ſucceſſionem propter adoptionem amittebant ^e: & adoptione facile per emancipationem ſoluta, ad neutrius patris ſucceſſionem vocabantur. Hoc ſolito more corrigentes, conſtitutionem ^f ſcripſimus, per quam defini- mus, Quando parens naturalis filium ſuum adoptandum alij dederit, integra omnia iurata ſeruari, atque ſi in patris naturalis poteſtate permanſiſſet ^g †, nec penitus adoptio fuiſſet ſubſequuta: niſi in hoc tantummodo caſu, vt poſſit ab inteſtato ad patris adoptiui ^h † venire ⁱ † ſucceſſionem. Teſtamento autem ab eo facto, neque iure ciuili, neque

^a Ad bono-
rū poſſ. Pra-
tor hoc ordi-
ne admiſiſ-
ſit primò ſuos
& emanci-
patoſ, poſt
adgnatoſ,
deinde co-
gnatoſ. l. i.

^b Quis ord. in
bon. leg. l. Si
tab. teſt. nul.
ext.

^c Quàm hūc
ordinem ad-
mittat. W.

^d Primo or-
dine deſici-
ente vocat
ſecundū ad-
gnatorum.

^e Extat in
l. penult. in
princ. C. De
adopt. Qua
loco huic
multum lu-
cis adfert.

^f Eſt autem
vna ex iis
nouis, Codi-
ci inſerſis.

^g Vide Theo-
phil. hūc.

^h l. pen. C. de

adopt. ⁱ † Immo & permanet in eius poteſtate. §. ſed hodie. §. de adopt. ^h † Non aliorū. l. pen. §. & ideo. C. de adopt. ⁱ † Tan-
quam ſuus heres. d. l. penult. §. & ideo.

^a Post scilicet constitutionem Iustiniani: nã antè secus fuit.

^b Huius mētio est in l.

pen. §. Quæ autē. C. De adopt. Vide hic Theoph.

^c Alc. lib. 4.

παρ. cap. 3.

legit. manibus. Vide l.

Ult. C. De de

curio. Theoph.

phil. habet.

ἐξ ὀπίσθους

μαρίθους.

Vid. Conna.

^d Leges enim

masculis he

reditatē po

tius, quàm

feminis de

beri solue

runt. §. Ca

terū. prox.

tit. l. 12. tab.

tit. 4. & seq.

Fæ. l. Pro

nuntiatio.

195. in fi. De

Verb. signif.

Mulier e

nim familia

sua. & caput

& finis est.

Prætorio^a, ex hereditate eius aliquid persequi potest: neque contra tabulas bonorum possessione agnita, neque inofficiosi querela instituta: cùm nec necessitas patri adoptiuo imponatur, vel heredem eum instituere, vel ex heredem facere: utpote nullo vinculo naturali copulatum: neque si ex Sabiniano^b Senatusconsulto, ex tribus maribus^c fuerit adoptatus. Nam & in eiusmodi casu, neque quarta ei seruatur, neque vlla actio ad eius persequutionem ei competit. Nostra autem constitutione exceptus est is, quem parens naturalis adoptandum susceperit. Vtroque enim iure tam naturali quàm legitimo in hanc personam concurrente, pristina iura tali adoptioni seruamus: quemadmodum si pater familias sese dederit adrogandum. quæ specialiter & singulatim ex præfatæ constitutionis tenore possunt colligi.

¶ De descendantibus ex fœminis.

15 Item vetustas ex masculis progenitos^d plus diligens, solos nepotes vel neptes, qui quæve ex virili sexu descendunt, ad suorum vocabat successionem, & iure agnatorum eos anteponebat: nepotes autem, qui ex filiabus nati sunt, & pronepotes qui ex neptibus, cognatorum loco connumerans, post adgnatorum lineam eos vocabat, tam in aui vel proauis materni, quàm in auia vel proauia, siue paternæ, siue maternæ successionem.

fionem. Diui autem ^a Principes non passi-
 sunt talem contra naturam ^b iniuriam sine
 competenti emendatione relinquere : sed
 cùm nepotis, & pronepotis nomen ^c † com-
 mune sit vtrisque, tam qui ex masculis, quàm
 qui ex fœminis descendunt : ideo eundem
 gradum & ordinem successionis eis donaue-
 runt. Sed vt amplius aliquid sit eis, qui non
 solùm naturæ, sed etiam veteris Iuris ^d suffra-
 giis muniuntur : portionem nepotum, vel
 neptum, vel deinceps (de quibus suprà dixi-
 mus) paulò minuendam esse existimauerūt:
 vt minùs tertia parte acciperent, quàm ma-
 ter eorum, vel auia fuerat acceptura : vel pa-
 ter eorum, vel auus paternus, siue maternus,
 quando fœmina mortua sit, cuius de here-
 ditate agitur : iisque (licèt soli sint) adeunti-
 bus, adgnatos minimè vocabant. Et quem-
 admodum lex duodecim tabularum ^e, filio
 mortuo, nepotes vel neptes, pronepotes
 vel proneptes, in locum patris sui ad suc-
 cessionem aui sui vocat : ita & principalis
 dispositio in locum matris suæ, vel auix ^f †,
 eos cum iam designata partis tertiæ demi-
 nutione vocat. Sed nos, cùm adhuc dubi-
 tatio maneret inter adgnatos, & memora-
 tos nepotes, quartam partem ^g substantiæ
 defuncti adgnatis sibi vindicantibus ex cu-
 gentiles) hereditatem tribuebat: vel S. C. Orficiani. I. C. ^c Fac.
 l. 3. C. De suis & legit. ^f † Vel patris, vel aui paterni siue mater-
 ni, quando fœmina mortua sit, de cuius hereditate agitur.
^g Quam illi Principes quandam Falcidiam vocant.

^a Valentinianus sc.
 Theodosius
 & Arcadius. l. Si de-
 functus 9.

Cod. De suis
 & legit. Qua
 ex C. Theod.
 in Inst. Cod.
 transfusa
 fuit. Fac. l.
 19. Cod. De
 coll.

^b Masculo-
 rum habitã
 quoq; fuisse
 lege Mosai-
 carationem
 passim repe-
 ritas.

^c † Nomen
 accipit pro
 ipsa re. Sit in
 §. & l. §. de
 leg. adgnat.
 §. sed pradi-
 et a. §. de te-
 stam. l. 1. pe-
 D. de Inst.
 & Iu.

^d Leg. 12. tab.
 Qua natis
 ex filio
 (quod esset

^e Fac.

^a *Cantiuncula* & *Ferrarius legunt* eiusdem. iusdam ^a constitutionis ^b autoritate : memoratam quidem constitutionem à nostro Codice segregauimus, neque inferi eam ^c ex

^b *Theophil.* duas fuisse *Sult.* Theodosiano Codice in eo cōcessimus. Nostra autem constitutione promulgata ^d, toti iuri eius derogatum est: & sanximus, talibus

^c *Inferta* nepotibus ex filia, vel pronepotib. ex nepte, & deinceps, superstitionibus ^e, adgnatos nullam partem mortui successionis sibi vindicare:

sed detracta illa clausula, qua illa quarta adgnatorū introducebatur: nā illa est, l. si defunctus. C. Theo. & Justin. de legit. hered. ne hi, qui ex transuersa linea veniunt, potiores ^f† his habeantur, qui recto iure descendunt. Quam constitutionem nostram obtinere secundum sui vigorem, & tempora, & nunc sancimus: ita tamē, vt quemadmodum inter filios & nepotes ex filio antiquitas & statuit, non in capita, sed in stirpes diuidi hereditatem: similiter nos inter filios & nepotes ex filia, distributionem ^b fieri iubeamus, vel

^d *l. vlt. C. de suis & legit. Fac. leg. Defunctus. in Cod. Theod. De suis & legit.* inter omnes nepotes & neptes, & inter pronepotes & proneptes, & alias deinceps personas: vt vtraq; progenies, matris vel patris, auix vel aui portionem sine vlla deminutione ⁱ consequatur: vt si fortē vnus vel duo ex vnā parte, ex altera tres aut quatuor extent:

^e *Solis, scilicet, & sine cōcursu nepotū ex filio:* vnus aut duo dimidiā, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hereditatis habeant.

^f *† Olim erant potiores, non absolute sed in ea quarta, quam vindicabant. Lex 12. tab. l. 3. C. De suis & legit. her. h. Fac. d. l. vlt. C. De suis & legit. & l. Illam. C. De colla. i. Quarta. s. intellige omnes hos casus, quando (vt dictum est) non concurrunt nepotes ex filio cum nepotibus ex filia. Vide Nouell. 18. & 118. A. C.*

ⁱ *Quarta. s. intellige omnes hos casus, quando (vt dictum est) non concurrunt nepotes ex filio cum nepotibus ex filia. Vide Nouell. 18. & 118. A. C.*

^h *Fac. d. l. vlt. C. De suis & legit. & l. Illam. C. De colla. i. Quarta. s. intellige omnes hos casus, quando (vt dictum est) non concurrunt nepotes ex filio cum nepotibus ex filia. Vide Nouell. 18. & 118. A. C.*

ⁱ *Quarta. s. intellige omnes hos casus, quando (vt dictum est) non concurrunt nepotes ex filio cum nepotibus ex filia. Vide Nouell. 18. & 118. A. C.*

^h *Fac. d. l. vlt. C. De suis & legit. & l. Illam. C. De colla. i. Quarta. s. intellige omnes hos casus, quando (vt dictum est) non concurrunt nepotes ex filio cum nepotibus ex filia. Vide Nouell. 18. & 118. A. C.*

ⁱ *Quarta. s. intellige omnes hos casus, quando (vt dictum est) non concurrunt nepotes ex filio cum nepotibus ex filia. Vide Nouell. 18. & 118. A. C.*

^h *Fac. d. l. vlt. C. De suis & legit. & l. Illam. C. De colla. i. Quarta. s. intellige omnes hos casus, quando (vt dictum est) non concurrunt nepotes ex filio cum nepotibus ex filia. Vide Nouell. 18. & 118. A. C.*

ⁱ *Quarta. s. intellige omnes hos casus, quando (vt dictum est) non concurrunt nepotes ex filio cum nepotibus ex filia. Vide Nouell. 18. & 118. A. C.*

DE LEGITIMA AD- gnatorum successione.

TITVLVS II.

¶ Secundus ordo heredum le- gitimorum.

SI nemo suus heres, vel eorum, quos inter
suos heredes Prætor^a vel constitutiones^b vocant^c † existat^d, qui successione^e quoquo
modo amplectatur: tunc ex lege duodecim
Tabularum ad adgnatum^e proximum^f per-
tinet hereditas^g †.

^a Vocant scilicet eman-
cipatos. §. Admonen-
di. §. titul.
proxi.

^b Ut ex filia
nepotes. §.

Sed nos §. tit. prox. & natalibus restitutos. Theoph. ^c † Inter
suos heredes dicuntur constitutiones vocare eos, qui non sunt ve-
rè sui heredes, & descendentes ex fœminis §. & tit. §. tit. 1. At qui le-
gitimantur per sequens matrimonium, vel oblationem curia, ex
constit. Verè & propriè sui heredes fiunt: & vocantur à l. 12. tan-
quam sui heredes. §. 2. §. eod. quoniam lex semper loquitur. l. Ar-
riani. C. de heret. & ad omnes res personarum pertinet, qua quan-
doque similes erunt. l. ideo. D. de legibus. ^d Si nascatur, vel
ab hostibus redeat, adgnatos repellit. l. 2. De suis & leg. Quidam
legunt, extat, & successione, &c. ^e Sui heredes sunt etiam
adgnati. l. filius. de suis & legit. hered. l. Iurisc. §. i. de grad. &
affin. l. de bonis. §. huic a. de Carb. ed. Sed differentia causa se-
parantur sui ab adgnatis. In ordine suorum non seruat^rur gra-
dus prærogatiua: quod secus est in ordine adgnatorum. Hi di-
uidunt hereditatem in capita: illi in stirpes. In his habetur
discretio sexus: in illis non item. Hi sunt heredes aditione:
illi existunt. His capite diminutis non datur bonorum posses-
sio unde legitimi: illis tunc etiam datur bonorum possessio un-
de liberi. Adgnati & sui dicuntur etiam legitimi. l. C. §. l. 12.
De suis & legit. Vlpian. in frag. tit. 26. ^g † l. pronuntiatio.
195. D. de verb. signif.

^a §. tit. De leg. adgnat. tutel. Fac. l.

5. Vnde leg. l. §. 1. De grad. l. 2. De suis & leg.

^b Id est, per patrē. Cuius leg. à patre cognati.

Theoph. ὁμοίους ὁκατ.

^c Aliud Nouell. 118. statutum est.

^d Καταχρηστικῶς. l. Celebrādis. Cod.

De nuptiis. Consobrini enim ex duabus soro-

ribus geniti quasi consobrini. † §.

quarto. j. de gradib.

^e Id est, fraternitatis. Accurs. & Theophyl.

^f † Igitur & adgnationis. nam, consanguinitas est species adgnationis. §. Vulgo. j. de succ. cogn. Valet autem argum. à specie ad genus affirmatiuè.

^g Et non solum per consanguinitatem, & ut Theoph. ait, ἕνεκεν. Vlp. l. 3. §. Parui. ill. tit. ^h † Cuius legendum putat propriè. mihi vulg. lectio magis probatur: quoniam adoptio ius sanguinis non affert. l. 23. D. de adopt.

¶ De adgnatis naturalibus.

1 Sunt autem adgnati (vt primo quoque libro^a tradidimus) cognati per virilis sexus personas cognatione coniuncti, quasi à patre connati^b. Itaque ex eodem patre nati fratres, adgnati sibi sunt, qui & consanguinei vocantur: nec requiritur^c, an etiam eandem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, & inuicē is illi adgnatus est. Eodē numero sunt fratres patruales, id est, qui ex duobus fratribus procreati sunt: qui etiam consobrini^d vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus adgnationis peruenire poterimus. Ij etiam, qui post mortem patris nascuntur, iura^e consanguinitatis^f † nanciscuntur. Non tamen omnibus simul adgnatis dat lex hereditatem: sed iis, qui tunc proximio gradu sunt, cū certū esse cœperit, aliquem intestatum decessisse.

¶ De adoptiuis.

2 Per adoptionem quoque^g adgnationis ius consistit: veluti inter filios naturales, & eos quos pater eorum adoptauit. Nec dubium est, quin ij improprie^h † consanguinei appellentur. Item si quis ex cæteris ad-

gnatis

gnatis [tuis,] veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui longiore gradu est, adoptauerit aliquem: adgnatus^a inter tuos heredes esse non dubitatur.

¶ De masculis, & foeminis.

3 Cæterum inter masculos quidem adgnationis iure hereditas, etiã si longissimo^b gradu sint^c, vltro citroque capitur. Quod ad foeminas verò [attinet,] ita placebat, vt ipsæ consanguinitatis iure^d tantum capiant hereditatem, si sorores sint: vltèrius non capiant. masculi autem ad earum hereditates (etiam si longissimo gradu sint) admittantur. Quae de causa fratris tui, aut patruui tui filia, vel amitæ tuæ hereditas ad te pertinebat: tua verò ad illas non pertinebat. Quod ideo ita constitutum erat, quia commodius^e videbatur, ita iura constitui, vt plerunque hereditates ad masculos confluerent. Sed quia sanè iniquum erat, in vniuersum eas quasi extraneas repelli: Prætor eas ad bonorum possessionem admittit ea parte, qua proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur: ex qua parte ita scilicet admittuntur, si neq; adgnatus vllus, neque proximior cognatus interueniat. Et hæc quidem lex duodecim Tabularum nullo modo introduxit: sed simplicitatem legibus amicam^g amplexa, simili

² Alij cod. habeat adgnatos inter tuos. & melius, id est, adgnatus est inter alios agnatos.

^b Decimo. f. §. vltim. D. succes. cogn. Defunctus f. & eius successor.

^d Lege. f. Voconia. Vlp. in frag. tit. 26. Paulus Sent. cap. 8. lib. 4.

^e Multis certè de causis: primò quia familiam conseruent masculi: publica munera obeant: remp. domi, militia administrant: foemina verò, de familia exeant.

^f Successio

proximitatis propriè ad foeminas pertinet. l. 4. Vnd. cog. Wesemb.

^g §. Sed quia. De fideicommiss. hered.

a leg. pen. & Slt. C. De legit. her. modo ^a omnes adgnatos, siue masculos, siue fœminas, cuiuscunque gradus, ad similitudinem suorum inuicem ad successionem vocabat. Media ^b autem Iurisprudencia ^c †, quæ erat quidem legè duodecim Tabularum iunior, Imperiali autem dispositione anterior: subtilitate quadã excogitata præfatam differentiam inducebat, & penitus eas à successionem adgnatorum repellebat: omni alia successionem incognita, donec Prætores paulatim asperitatem Iuris ciuilibus corrigentes ^d, siue quod deerat, implentes, humano ^e proposito alium ordinem suis edictis addiderunt, & cognationis linea, proximitatis nomine introducta, per bonorum possessionem eas adiuuabant, & pollicebantur his bonorum possessionem, quæ *Unde cognati* appellatur. Nos verò legem duodecim Tabularum sequentes, & eius vestigia in hac parte conseruantes, laudamus quidem Prætores suæ humanitatis, non tamen eos in plenum huic causæ mederi inuenimus. Quare etenim vno eodemque gradu, naturali concurrente & adgnationis titulis, tam in masculis, quàm in fœminis æqualitate constitutis ^f: masculis quidem datur ad successionem venire omnium adgnatorum: ex adgnatis autem mulieribus nulli penitus, nisi soli sorori, ad adgnatorum successionem patebat aditus. Ideo nos in plenum omnia reducentes, & ad ius duodecim Tabularum eandem dispositionem

exæquan-

exæquantur^a: nostra constitutione^b fancimus, omnes legitimas personas, id est, per virilem sexum descendentes (siue masculini generis, siue fœminini sint) simili modo ad iura successionis legitimæ ab intestato vocari, secundum sui gradus prærogatiuam: nec ideo excludendas, quia consanguinitatis iura, sicut germanæ^c, non habent.

¶ *De filiis sororum.*

4 Hoc etiam addendum nostræ constitutioni^d existimauimus, vt transferatur vnus^e tantummodo gradus à iure cognationis in legitimam successionem: vt nō solūm fratris filius & filia (secundum quod iam definiuimus) ad successionem patris sui vocentur: sed etiā germanæ, consanguineæ^f, vel sororis vterinæ filius & filia soli, & nō deinceps personæ, vnà cum his ad iura auunculi sui perueniant: & mortuo eorū, qui patruus quidem est sui fratris filius, auunculus autem sororis suæ soboli: simili modo ab vtroque latere^g succedant: tanquā si omnes ex masculis descendentes legitimo iure^h veniant, scilicet vbi frater & soror superstites nō sunt^k (His

^a *Quidam cod. exequentes. Hæc igitur est ex 12. tab. Et constit. Ex definitione Iust.*

Legitimi sunt agnati: & trisusque sexus, siue natura, siue adoptione qua sitisunt.

Ex lege Voconia legitimi sunt agnati & virilis sexus. Vide. C. in notis ad Vlp.

^b *Exstat in l. pen. C. de legit. her. Vnde desumptus est hic locus. Fac. l. & l. eod.*

^c *Id est sorores consanguineæ, & r̄.*

Vide Nouell. 118. Et 127. ^d + l. pen. §. in his C. de leg. hered. Male ergo quidam notant hanc constitutionē desiderari. ^e + Ex Nouell. 118. omnes cognati & vocantur ad legitimam successionem.

^f *Id est, sororis nata eodem patre. Theoph. τῆς ἀδελφῆς. ^g De cuius hereditate agitur, patruo scilicet, & auunculo. Wes. ^h Et filij fratris, & filij sororis. Wesemb. ⁱ Ex lege, & veluti agnati.*

^k *+ Nouissimo iure fratrum & sororum filij succedunt & cum patruis suis & el auunculis. Nou. 118. cap. 3. Et Nou. 127. cap. 1.*

*inter ipso-
rum fratru
filios, nullis
aliis concur-
rentib. quod
à Justin. abo-
litū non esse
notat. Cuius.*

*Accursius
abolitū esse
contēdit, cu-
sus partes
nonis ratio-
nib. tuerur
Contius, in
lib. de here.
ab intest. Vi-
de d. Nouell.
II 8.*

b Theop. hic.

*c Harmen.
lib. 5. tit. 8.*

*e Fac. l. 2. §.
1. De suis & l.*

d Vlp. l. 2. §.

Legitima.

*De suis &
legit. l. 1. §.*

Proximus.

Vnde cog.

*e Fac. l. 2. §.
4. De suis &
leg.*

*f Alij Codi-
ces habent,*

Tunc enim

etiā propriè.

*recte Vlp.
l. 1. De suis
& legit.*

etenim personis præcedentibus, & succes-
sionem admittentibus, cæteri gradus rema-
nent penitus semoti) videlicet hereditate nō
in stirpes^a, sed in capita^b diuidenda.

¶ *De proximis, vel remotis.*

5 Si plures sint gradus adgnatorum, aper-
tè lex duodecim Tabularum proximum
vocat. Itaque si (verbi gratia) sint defuncti
frater & alterius fratris filius, aut patruus:
frater potior habetur. Et quanuis singula-
ri numero vsā lex duodecim Tabularū pro-
ximum vocet: tamen dubium non est, quin
si plures sint eiusdem gradus, omnes admit-
tantur. Nam & propriè proximus^d ex pluri-
bus gradibus intelligitur: & tamen non du-
bium est, quin, licèt vnus sit gradus adgnato-
rum, pertineat ad eos hereditas.

¶ *Quo tempore proximitas
spectatur.*

6 Proximus^e autem, si quidem nullo te-
stamento facto quisquam decesserit, per
hoc tempus requiritur, quo mortuus est
is, cuius de hereditate quæritur. Quòd si
facto testamento quisquam decesserit, per
hoc tempus requiritur, quo certum esse
cœperit, nullum ex testamento heredem
exiturum. tunc enim^f propriè quisque in-
testatus decessisse intelligitur. Quod qui-
dem aliquando longo tempore declara-
tur. In quo spatio temporis sæpe accidit,
vt proximior mortuo, proximus esse in-
cipiat,

cipiat, qui moriente testatore non erat proximus.

¶ *De successorio edicto.*

7 Placebat ^a autem in eo genere ^b † percipiendarum hereditatum successionem ^c non esse ^d †: id est, ut quavis proximus, qui secundum ea, quæ diximus, vocatur ad hereditatem, aut spreuerit ^e hereditatem, aut, antequam adeat, decesserit: nihilo magis legitimo iure sequentes admittantur. Quod iterum Prætores imperfecto iure corrigentes, non in totum sine adminiculo relinquebāt, sed ex cognatorum ^f ordine eos vocabant, utpote adgnationis iure eis recluso ^g. Sed nos nihil perfectissimo iuri deesse cupientes, nostra constitutione ^h, (quam de iure patronatus, humanitate suggerente, protulimus) fancimus successionem in adgnatorum hereditatibus non esse eis denegandam: cum satis absurdum erat, quod cognatis à Præto- re apertum est, hoc adgnatis esse reclusum ⁱ: maximè cum in onere quidem tutelarum & primo gradu deficiente, sequens succedit: & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum ^k.

^a Legi. f. 12. tabul. Vlp. l. 2. De suis & legit. Idē in frag. tit.

26. Paul. li. 4. Sent. tit. 8. §. In hereditate.

^b † In secundo ordine heredum, in quo vocantur adgnati.

^c Successorium edictū intellige, cum prioribus non succedentibus sequentes suo ordine succedūt. Unde liberi & de adgnati, Unde de cognati.

^d † Quia nō potest here-

ditas pertinere, nisi ad eum, cui lex defert: lex autem proximo- ri dumtaxat defert. Paul. 4. Sent. 8. ^e Id est, à principio repudiavit. ^f Fac. l. 1. De success. edict. ^g Recluso hic pro occluso accipit Iustin. contra auctorum loquendi consuetudinem. Horat. 1. Epist. Ebrietas aperta recludit. ^h Desideratur hæc constitutio. ⁱ Fac. l. 13. §. & lt. De leg. tut. ^k Est regula iuris l. Secundum. De reg. iur.

¶ *De legitima parentum successione.*

8 Ad legitimam successionem nihilominus vocatur etiam parens, qui contracta ^a fiducia ^b † filium vel filiam, nepotem vel nepotem ac deinceps emancipat. quod ex nostra constitutione ^c omnino inducitur, ut emancipationes liberorum semper videantur quasi contracta fiducia fieri: quum apud veteres non aliter hoc obtinebat, nisi specialiter contracta fiducia ^d parens manumisisset.

^a *Negative legit Theophil. Patris fiduciarij mentio est lib. 1. Instit. Caij. tit. 6. Et §. Quam autem de bon. poss. l. 2. §. Obijcitur. ad Tertyll.*

Vide Hoto. b † *Id est, qui filium patri fiduciario mancipavit hoc pacto, ut sibi remanciparetur, posteaq; a se manmitteretur. Contracta igitur fiducia, pater naturalis*

DE SENATVSCONSVLTOTO
Tertylliano

TITVLVS III.

¶ *De lege xij. tab. Et iure pratorio.*

L Ex duodecim Tabularum ita stricto iure utebatur, & præponebat masculorum progeniem: & eos, qui per fœminini sexus necessitudinem sibi iunguntur, ad eum expellebat, ut ne quidem inter matrem & filium

succedebat iure civili quasi patronus: non contracta fiducia, succedebat iure pratorio per bonorum possessionem unde decem personæ. §. sunt autem. vers. tertio. j. de bon. poss. c. Extrat in l. ult. C. De emancip. liber. §. praterea. §. Quibus modis ius pa. pot. d. Id est, Pignore constituto. Cic. pro Flac. c. Factum est imperante D. Pio, Tertullo Et Sacerdote Cos. Vide Paul. lib. 4. Sentent. titul. 9. Dicitur est supra patrem inter adgnatos succedere, consequens est Et de successione matris ac parentum maternorum subiicere.

filiamve

filiamve vltro citroq; ^a hereditatis capiendæ ^a *Ve nec mater filio, nec filius matri succederet.* Theoph. Vlp. in fragm. tit. 6.

ius daret: nisi quòd Pratores ex proximitate cognatorum eas personas ad successionem bonorū possessione *Vnde cognati* ^b ad comodata, vocabant.

¶ *De constitutione Diui Claudij.*

1 Sed hæ Iuris ^c angustie postea emendatæ sunt. Et primus quidem diuis Claudius ^d matri, ad solatium liberorum amissorum, legitimam eorum detulit hereditatem.

¶ *Ad Senatusconsultum Tertullianum.*
De iure liberorum.

2 Postea autem Senatusconsulto Tertulliano, quod diui Adriani ^e temporibus ^f factum est, plenissimè de tristi & successione matri, non etiam auie ^b deferenda cautum est: vt mater ingenuatrum liberorum ius ⁱ habens ^k † libertina quatuor, ad bona filiorū filiarūve admittatur intestatò mortuorū, licet in potestate parentis sit ^l: vt scilicet cum alieno iuri subiecta est, iussu ^m † eius adeat hereditatem, cuius iuri subiecta est ⁿ.

luctuosam. l. vlt. m. C. De instit. & substit. mutatofati ordine.

^h *Hoc correctum est per Nouell. 118. A. C. Vt ex constitutionibus nepos neptisve auia succedit, si a mutatur Cuiac cur ante Iustinianum non existerit constitutio aliqua, que auia mutuum successionem daret.* ¹ *De iure trium liberorum. Duar. lib. 1. Diss. cap. 40. Paul. Sent. 4. tit. 9.*

^k *† Ius liberorum habet, que vel liberos habet, vel amisit, vel à principe hoc ius impetravit. Paul. 4. Sent. 9. f.* ¹ *Fac. l. Filij. hoc. tit.* ^m *† Si pater nolit iubere. filia nihilominus adhibet, sed & usufructus non quaereretur patri. l. vlt. §. 1. C. de bon. qua. lib.*

ⁿ *Ad no. filiam etiam nuptus datam in paterna semper residere potestate. l. si uxorem. C. de cond. inser.*

¶ *Qui præferuntur matri, vel cum ea admittuntur.*

^a *l.2. hoc tit. Siue virilis siue femineæ sint sexus, siue naturales, siue adoptiuæ.* 3 Præferuntur^a autem matri liberi defuncti, qui sui sunt, quive suorum loco sunt^b †, siue primi gradus, siue vltioris. Sed & filia suæ^c † mortuæ filius vel filia^d † præponitur ex constitutionibus^e † matri defunctæ^f, id est, auia suæ. Pater^g † verò^h vtriusque, non etiam auus & proauus, matri anteponiturⁱ, scilicet quum inter eos^k solos^l † de hereditate agitur. Frater autem^m consanguineusⁿ † tam filij quàm filia excludebat matrem. soror autem consanguinea pariter cum matre^o admittebatur. Sed Hoc casu cessi fuerant frater & soror consanguinei, & sat Senatus-consultū: Et admittuntur, vna cū patre, per bonorū poss.

vnde cognati, ex constit. D. Pij l. 2. §. sed si quis. D. h. t. ^c † Suæ, id est, *suuris*. ^d † *Nepos vel neptis, pronepos, vel proneptis. l. vlt. C. de suis & legit.* ^e † *Ante constitutiones controuersia erat inter matrem defunctæ hereditatem sibi vindicantē ex S. C. Tertulliano, & filiam ex Orficiano.* ^f l. 4. De S. C. Orfic. l. II. De suis & legit. ^g † *Naturalis sc. non adoptiuus. l. 2. §. sed neq. D. h. t.* ^h *d. l. 2. §. Obicitur. hic.* ⁱ *In successione filij emancipati, de quo hic agitur, idq. per contractam emancipatione fiduciam, non ex S. C. Tertyl.* ^k *Patrem s. & matrem.* ^l † *Vide l. 5. D. h. t.* ^m *Huius loci habes interpretem Iustin. Nou. 22. inf.* ⁿ † *Quamuis adoptiuus leg. 7. D. h. t.* ^o *Et mater filia pro dimidia filio pro virili succedebat, l. 2. C. Th. De secundis nupt. I. C.* ^p *Ostendit Cuiac. in notis ad Vlpian. tit. vltim. legendum esse honorata.*

¶ *Ius nouum. De iure liberorum
sublato.*

4 Sed nos constitutione ^a, quam in Codice, nostro nomine decorato, posuimus, matri subueniendum ^b esse existimauimus, respicientes ad naturam, & puerperium, & periculum, & sæpe mortem ex hoc casu matribus illatam. Ideoque impium esse credidimus, casum fortuitum in eius admitti detrimentum. Si enim ingenua ter, vel libertina quater non peperit, immeritò defraudabatur successione suorum liberorum. Quid enim peccauit, si non plures sed paucos peperit? Et dedimus ius legitimum plenum matribus, siue ingenuis siue libertinis, etsi non ter enixę fuerint vel quater, sed eum tantum vel eam, qui quæve morte intercepti sunt, vt sic vocetur in liberorum suorum legitimam successione.

¶ *Quibus mater præponitur, & quibus cum admittitur.*

5 Sed cum antea constitutiones ^c iura legitimæ successione perscrutantes, partim matrem adiuuabant, partim eam prægrauabant ^d, nec in solidum eam vocabant, sed in quibusdam casibus tertiam ei partem abstrahentes, certis legitimis dabant personis, in aliis autem contrarium faciebant: nobis

^a Extat in l. 2. Cod. De iur. delib.

^b Iustinian. fauet cõditioni femina. l. 1. §. l. C.

Quipotio. in pign. hab. §. Nonell. 162.

^c Constantini & aliorum qua extant lib. 5. Cod. Theod. tit. 1.

De legi. her.

quarum hæc est sententia:

Vt mater qua liberis honorata non

est, cum adgnatis filio

filia & ex triente succedat: Et

qua liberis honorata

est, trientem aspergat fra-

tri cognato, vel patruo,

et si filio, vel nepoti,

non & prioribus. Vide

Cuiacium hic. ^d Vt partem scilicet fratribus & filiis aspergeret, vt ex prædicto tit. Cod. Theod. patet, l. 1. 2. & 3.

^a *Extat in l. vifum^a est recta & fimplici via, matrē omni-*
Vol. ad Ter- bus perfonis legitimis^b anteponi, & fine vlla
tyll. Vide deminutione, filiorum fuorū fucceffionem
Novell. 22. accipere: excepta^c fratris & fororis perfo-
Voi mater (fiue confanguinei fint fiue fola cognationis
patruū, eius iura habentes^d †) vt quemadmodum eam
que filium totum alij ordini legitimo præpofuimus, ita om-
fubmouet. nnes fratres & forores (fiue legitimi fint, fi-
^b *Ideft, ad- ue non) ad capiendas hereditates fimul vo-*
gnatis. cemus: ita tamen, vt fi quidem folæ forores
^c *Addit No- adgnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel*
uell. 127. & defunctæ fuperfint: dimidiam quidem ma-
fratruū fil. os. Harmenop. ter, alteram verò dimidiam^e partem omnes
lib. 5. tit. 8. forores habeant. Si verò matre fuperfite, &
^d *† Hoc eft, fratre vel fratribus folis, vel etiam cum foro-*
correctum. ribus, fiue legitima, fiue fola cognationis iu-
Nov. 118. c. 2. ra habentibus, inteltatus quis vel inteltata
^e *Novell. 118. moriatur: in capita diftribuat⁹ hereditas.*

¶ *De tutore liberis petendo.*

6 Sed quemadmodum nos matribus pro-
 fpeximus, ita eas^f oportet fuæ soboli confu-
 lere: fcituris eis, quòd fi tutores^g † liberis nō
 petierint, vel in locū remoti vel excufati^h †,
 intra annumⁱ petere neglexerint, ab eorum
 impuberum morientium fucceffione^k me-
 ritò repellentur^l †.

^g † *Idoneos.*

leg. 1. §. non foliam. D. h. t. Vel curatores. d. leg. 2. §. quid fi curatores.

^h † *Vel mortui. d. leg. 2. §. quid fi decefferint. ⁱ Modestinus*
habet confeltim. leg. 2. §. 1. Qui pet. tut. hoc eft, & bi Pratoris da-
bitur copia. leg. 2. §. Quid. h. t. leg. 3. Cod. cod. ^k Legitima fci-
licet. de qua hic agitur. ^l † Nifi fint minores 25. ann. leg.
2. Cod. fi adu. del. Eadem ratione repelluntur & alij fucceffores.
4. 10. C. de leg. hered.

¶ *De*

¶ *De vulgò quæsitis.*

7 Licèt autem vulgò ^a quæsitus sit filius filiave: potest tamen ad bona eius mater, ex Tertylliano Senatusconsulto, admitti ^b.

^a *d. leg. 2. in prin. ff. eod. Fac. l. 4. Unde cog.*

^b *Fac. l. Spurius. Unde cog.*

DE SENATVSCONSVLTO
Orficiano ^d.

TITVLVS IIII.

¶ *Origo, & summa senatusconsulti.*

PER contrarium autem liberi ad bona matrum intestatarum admittuntur ^e ex Senatusconsulto Orficiano, quod Orficio & Rufo Consulibus effectum est, diui Marci temporibus: & data est tam filio, quàm filie, legitima hereditas, etiam si alieno iuri subiecti sint, & præferuntur consanguineis ^b, & adgnatis defunctæ matris.

^c *Hoc S. C. filius succedit matr:*

& quantum matri cognatus sit, non adgnatus, matris tamè adgnatis præferatur. l. C.

^d *Hic titulum cum præcedenti in*

Pand. coniunctus est. Paul. lib. 4.

Sent. tit. 10. l. 1. ad Terr.

^f *Marco & Commodo Imperatoribus. Lampri dius in Cō-*

mod. Onu-

phrius in Fast. Cassiodorus idem narrat in libro de Consulibus. E. l. Ultim. ad Tertyll. h Fratribus scilicet. Theoph. i Valentiniani, Theodosii & Arcadij. l. Si defunctus & alius. Cod. Th. de legit. hered. k † Ex Nouell. 118. cap. 1. Vocantur omnes liberi, cuiuscunque sexus, vel gradus.

¶ *De capitis deminutione.*

2 Sciendum autem est huiusmodi successiones, quæ ex Tertylliano & Orficiano Senatusconsultis deferuntur, capitis deminutione ^a † non perimi ^b, propter illam regulam, qua nouæ ^c hereditates legitimæ capitis deminutione ^d non pereunt: sed illæ solæ, quæ ex lege duodecim Tabularum deferuntur.

^a † *Minima.*
^b *Fac. Vlp. l. 1. §. Capitis.*
Ad Tertyll.
^c *Qua nouo post leg. 12. tab. iure deferuntur. l. Tutelas. §. 1. De capitis min.*

¶ *De vulgò quæsitis.*

3 Nouissimè sciendum est etiam illos liberos, qui vulgò quæsitæ sunt, ad matris hereditatem ex Senatusconsulto admitti.

^d *Minima, sc. qua intra cognatorum nō pereunt: aliis duabus secus.*

¶ *De iure accrescendi inter legitimis heredes.*

4 Si ex pluribus legitimis heredibus quidam omiserint hereditatem, vel morte, vel alia causa ^b impediti fuerint, quo minùs ad eant: reliquis, qui adierint, ad crescit ⁱ † illorum portio: & licèt antè ^k decesserint, ad hereditatem eorum pertinet.

^e *Fac. l. 1. §. Sed. Ad Tertyll. item ex concubina. l. pen. §. Vlt. Ad Orfic.*

DE SUCCESSIONE
cognatorum.

TITVLVS V.

^f *Ex Mart. l. Si ex pluribus. De suis & leg. Fac. l. 3. 4. 5. de bon. poss. l. 26. §. 1. De*

cond. & demonstr. l. Vnic. §. His ita. Cod. de cad. toll. & Intestato succedentibus scilicet. h Præter pœnalem, qua fisco deferretur hereditas. i † Proportione hereditaria. §. in his itaq; §. hac a. omnia. C. de cad. toll. k Vet. & licèt antè decesserūt quàm adierint. legendum tamen est, quàm ad cresceret, & in l. si ex pluribus. I. C.

¶ *Tertius*

¶ *Tertius ordo succedentium
ab intestato.*

POST suos heredes, eosque quos inter suos heredes Prætor^a & constitutiones^b vocant, & post legitimos, (quo numero sunt adgnati, & ij, quos in locum adgnatorum tam supra dicta Senatusconsulta^c, quàm nostra erexit constitutio^d) proximos cognatos Prætor vocat.

¶ *Qui vocantur in hoc ordine. De adgnatis capite minutis.*

I Quæ parte naturalis^e cognatio spectatur. nam adgnati capite deminuti^f, qui quæ ex his progeniti sunt, ex lege duodecim Tabularum, inter legitimos non habentur, sed à Præto^{re} tertio ordine vocantur: exceptis solis tantummodo fratre & sorore emancipatis, non etiam liberis & eorum: quos lex Anastasiana^h cum fratribus integri iuris constitutis, vocat quidem ad legitimam fratris hereditatem, siue sororis, non æquis tamen partibus, sed cum aliqua deminutioneⁱ †, quam facile est ex ipsius constitutionis^k verbis intelligere. Aliis verò adgnatis inferioris

^a *Emancipatos intelligit. §. Admonendi.*

^b *De hered. qua ab intest. Paul. li.*

^c *4. Sent. tit. II.*

^d *Vt eos qui curiis dati sunt. §. 2. ill. titul.*

^e *Tertyllianum & Orficiannum.*

^f *Illæ ex sorore genitis, adgnatorum ius tribuit.*

^g *§. Necnon. De heredit. qua ab intest. def.*

^h *Fac. l. Non facile. §. cognationis.*

Degrad. cogn. §. l. Legitimus, Vnde cogn. §. Imò ex constit. Iustiniani etiam filius. l. & l. C. De legit. hered. I. C. anno Christi 492. ab eo secundus imperavit Iustin. h Regnavit licet frater integri iuris duplum acciperet, ut ait hic Theophil. i † Vt scilicet frater integri iuris duplum acciperet, ut ait hic Theophil. Sed eam deminutionem sustulit Iustin. in l. & l. C. de leg. hered. k Non extat. Fac. d. l. & l. De legit. hered. §. l. 4. De legit. tutor. Cod.

gradus, licet capitis deminutionem passi non sunt tamen anteponit eos, & proculdubio cognatis.

² † Gradū hic accipe pro ordine, Et in §. prox. j. Et in l. i. D. si ab. test. null. ext. Et alibi.

¶ De coniunctis per feminas.

2 Eos etiam qui per feminam sexus personas extransverso cognatione iunguntur, tertio gradu^a †, proximitatis^b nomine Prætor ad successionem vocat.

¶ De liberis datis in adoptionem.

3 Liberi quoque, qui in adoptiva familia sunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu vocantur.

¶ De vulgò quaesitis.

4 Vulgò quaesitos^c, nullos habere adgnatos, manifestum est: quum adgnatio à patre sit, cognatio à matre, hi autem nullū patrem habere intelligantur. Eadem ratione ne inter se quidem possunt videri consanguinei esse: quia consanguinitatis ius, species est adgnationis. Tantum ergo cognati sunt sibi, sicut & matri cognati sunt^d. Itaque omnibus istis ex ea parte competit bonorum possessio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.

¶ Ex quo gradu adgnati, vel cognati succedunt.

5 Hoc loco & illud necessariò admonendi sumus, adgnationis quidē iure admitti ali-

^b Hoc proprio nomine cognatio naturalis significatur: nā in ea sola proximitas spectatur. In suorum, in adgnatorū ordine, non quis sit proximior, sed quis suus, quis adgnatus, spectatur: ac saepe fit, ut proximiorē suus vel adgnatus excludat, §. Reperituris. §. Ultimo infra t. Et.

^c Fac. Vlp. d. l. Spurius. Vnde cog. ^d Vet. sicut ex matre cognati sunt. Sensus hic est, eos inter se cognatos esse, sicut ex illis qui per matrē coniunguntur, cognati sunt. Adgnati sunt ex patre cognati: Cognati sunt ex matre cognati. l. Cuiac.

quem-

quem ad hereditatem, etsi decimo gradu sit, siue de lege duodecim Tabularum quarum, siue de edicto, quo Prætor legitimis heredibus daturum se bonorum possessionem pollicetur^a. Proximitatis verò nomine^b †, iis solis Prætor promittit bonorum possessionem, qui usque ad sextum gradum cognationis sunt, & ex septimo sobrino^c sobrinaque nato natave^d.

DE GRADIBVS †
cognationum †.

TITVLVS VI.

¶ Continuatio: & cognationis diuisio.

HOC loco necessarium^b est exponere, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Quare^c in primis admonendum sumus, cognationem aliam supra numerari, aliam infra, aliam ex transuerso, quæ etiam à latere dicitur. Superior cognatio est parentum: inferior liberorū: ex transuerso fratrum

maiorū patruorū, filios maximorū patruorū, filios trisauorū, qui omnes in septimo gradu sunt, æquæ ac sobrinorum filij, Prætor non vocat? An quia vix illis sit am prorogari tam longè contingit? an quia illis nomina nō suppetebāt, ut sobrino natis? A. Cont. ^e Id est, ordinibus, sic Ouid. 13. Metam. Tot idem q̄ gradus distamus ab illo. ^f † Gradus cognationis dicuntur à similitudine scalarum locorum q̄, procliuium. l. i. iuriscons. 10. §. gradus. D. h. t. Simili ratione gradus officiorum vocat. Cic. lib. 1. de off. & gradus rerū. lib. 2. de nat. Deor. ^g † Al. cognationis. ^h Multis certè de causis: primum ob tutelam: hereditatē: bon. poss. testimoniū, nuptias. l. iuris. hic. ⁱ Hic totus tit. ex Caso descriptus est. l. i. eod.

^a d. l. 2. ill. sit. Proximitas verò hic pro cognatione ponitur, ut j. De seruil. cog. ^b † Proximitatis nomine vocatur cognati. In primo heredum ordine sola suitas spectatur: in tertio sola proximitas: in secundo proximitas, & adgnatio. ^c Ant. Aug. lib. 2. cap. 5. Emend. ^d At cur pronepotes patruei sui, at nepotes fratru, nepotes

fororúmve, & eorum qui quæve ex his generantur: & conuenienter patruus, amita, auunculus, matertera. Et superior quidem & inferior cognatio à primo gradu incipit: at ea, quæ ex transuerso numeratur, à^a secundo^b †.

^a Nam primus gradus nullus est ex transuerso.

Theop. Fac. l. Stemmata, hoc tit.

^b † Quia parentis personæ, per quâ transuersalis coniungitur, prior numeratur.

l. 10. §. nam quoties D. de gradibus.

^c Ecce non collocat fratrem ad dextram, sororem ad sinistram, & vulgares Stemmatographi

¶ Primus gradus.

1 Primo gradu est suprâ pater, mater: infrâ filius, filia.

¶ Secundus.

2 Secundo gradu suprâ Auus, auia: infrâ Nepos neptis: ex transuerso Frater, soror^c.

¶ Tertius.

3 Tertio gradu suprâ proauus^d † proauia: infrâ pronepos, proneptis: ex transuerso fratris fororisque filius, filia: & conuenienter patruus, amita, auunculus, matertera. Patruus est frater patris, qui Græcè πατεράδελφος^e appellatur. Auunculus est frater matris, qui Græcè μητεράδελφος dicitur. & vterque promiscuè θείος^f appellatur. Amita est patris soror, quæ Græcè πατεράδελη appellatur. Ma-

qua res totam de gradibus doctrinam conturbauit. Idcirco sic stemmata describenda videntur, & unum tantum latus habent transuersum. Ex transuerso frater & soror, quia scilicet, & Paulus ait, patris & matris persona per quos coniungitur, prior numeratur, leg. Iurisconsultus D. eod. Alexander. 2. cap. ad sedem 35. q. 5. id reprehendit, quàm rectè ille viderit: nam D. Ambrosium hoc modo gradus numerasse ostendit Contius lib. 2. subsecinarum, cap. 1. ^d † Pro remotiori proauum accipit. Cic. 3. epist. 11. in extr. ^e Quidam legunt πατερώος, & μητερώος. ex Theophil. & ver. ^f Sic vocat Scauola in l. Cum quis. 37. §. Codicillis, De leg. 3. Nouell. 118.

tertera

tertera verò, matris soror, quæ Græcè μη-
τεράδελφη dicitur. & vtraque promiscuè δεία^a
appellatur.

¶ *Quartus.*

4 Quarto gradu suprà abauus, abauia: in-
frà abnepos, abneptis: ex transuerso fratris,
sororisque nepos, neptisve: & conuenienter
patruus magnus, amita magna, id est, auib^b fra-
ter & soror: item auunculus magnus, &
matertera magna, id est, auix frater & soror:
consobrinus, consobrina, id est, qui quæve ex
sororibus, aut fratribus procreatur. Sed qui-
dam^c rectè consobrinos eos propriè dici pu-
tant, qui ex duabus sororibus progenerantur^d,
quasi consororinos: eos verò, qui ex duobus
fratribus progenerantur, propriè fratres pa-
truales vocari. Si autem ex duobus fratribus
filix nascuntur, sorores patuales appellari.
At eos, qui ex fratre & sorore progeneran-
tur, amitinos^e propriè dici putant. Amitix
tuæ filij consobrinum te appellant: tu illos,
amitinos.

¶ *Quintus.*

5 Quinto gradu suprà atauus, atauia: in-
frà atnepos, atneptis: ex transuerso fratris so-
rorisque pronepos, proneptis: & conueni-
enter propatruus, proamita, id est, proau
frater & soror: & proauunculus & proma-
tertera, id est, proauix frater & soror: item
fratris patruelis vel sororis patruelis, conso-
brini & consobrinæ, amitini & amitinx fi-

Addit
Theoph. vel
apud quos-
dam τῖτῖς.

Et pleraque
vet. confir-
mant.

^b *Fac. l. i. Et*
Ult. hoc tit.
Vide Sextū
Pomp. l. ii.

^c *Ut Caius d.*
l. i. §. Quar-
to. Et Pau-
lus l. Iuris-
consultus. §.
Quarto. hoc
tit.

^d *Aliàs pro-*
creantur.

^e *Vide No-*
nium Mar-
cell. Sext.
Pomp. Et
Paul. lib. 4.
Sent. tit. ii.

lius, filia: proprius sobri-
na^a. hi sunt patruī magni, amitæ magnæ,
auunculi magni, materteræ magnæ filius,
filia.

^a *In quibusdam manu-
scriptis, propior sobri-
nus, propior sobri-
na.* ¶

¶ *Sextus.*

*ita receptū est consobri-
norum filios appellari, re-
latione ad sobrinos fa-
cta, qui sunt in gradu se-
cundo: ¶ proprie sobrini
vocantur, l. 3. D. eo. We-
semb.*

^b *Fac. l. 3. ¶
Vlt. eod.*

^c *Omn. lib. scr. his inclu-
sis carent. i-
pse etiam Theop. † Sa-
nè ea verba, propr. sobr.
sobri. ve. fil. filia, omnino*

6 Sexto^b gradu suprà tritauus, tritauia:
infrà trinepos, trineptis: ex transuerso fratris
sororisque abnepos, abneptis: & conuenien-
ter abpatruus, abamita, id est, abauī frater &
soror: abauunculus, abmatertera, id est, aba-
uiæ frater & soror^c: [item propatruī, proa-
mitæ, proauunculi, promaterteræ filius filia:
item proprius sobri-^dno, sobrinæve filius filia^d]
item consobri-^eni consobrinæ, nepos neptis:
item sobri-^eni sobrinæ, id est, qui quæve ex fra-
tribus, vel sororibus patruelibus, vel consob-
rinis, vel amitinis prognerantur.

¶ *Dereliquis gradibus.*

7 Hactenus ostendisse sufficiat quemad-
modum gradus cognationis numerentur.
Namque ex his palàm est intelligere, quem-
admodum vltiores quoque gradus numera-
re debemus: quippe semper generatâ^f per-

*superfluunt: nam mox persona repetuntur. filius enim pro-
prioris sobri-^eni vel sobrina est sobrinus, ¶ filia prioris sobri-
ni vel sobrina est sobrina. ^a Id est, patruī magni, amitæ
magnæ, nepos neptis. ^c Anton. August. Emend. 2. lib. cap. 5.
Proprius sobri-^eno mihi est consobri-^eni mei filius, ¶ consobrina
mea filia, ¶ patris mei consobrinus, ¶ c. ait. Sext. Pompon.
^f *Ver. generatâ quæque, vnaquæque generatio vel successu gra-
dum efficit.**



PACIVS LECTORI.

EIUS descriptionis, quæ continet gradus cognationis, duplex est v-
sus. quorum alter est, vt proposito a-
liquo gradu omnes eius gradus per-
sonæ inueniri faciliè queant: quò &
Iustinianus Imp. in suis Institutionib.
& Paulus I. C. in l. 10. D. de gradib. &
adfinib. videntur respexisse. Alter est,
vt proposita aliqua persona, in quo
gradu ea sit collocāda, sciamus. Quas
ob res descripsi tibi, Lector, duas ta-
bellas, quarū hæc est posterior. Itaq;
si posito gradu personas quæris, ad
priorem figuram confuge. Si positis
personis gradum scire cupis, hac po-
tius vttere. Quòd si placet, vt huius
quoq; vsūm tibi cōmonstrem: cūm
omnis de gradu quæstio inter duas
personas vertatur, alterā personam
in tetragono collocabis, alterā enim
in aliquo ex orbiculis reperies, hac
ratione seruata, vt parentes quæras in
orbibus tetragono superioribus, libe-
ros in inferioribus, cæteros cognatos
in his qui sunt à latere. Verūm ad la-
tus ne statim p̄greditor, sed primūm
ad cōmunem propositarum perso-
narum parentem ascendito, mox ab
eo descendito ad trāsuersalem, nun-
quam de ea semita deflectens, quam
recte lineæ sub circulis ductæ demō-
strant. Orbe inuēto, numeri, quibus
gradus significātur, apparent: ex qui-
bus superiores sunt ex Iure Pontifi-
cio desumpti, inferiores ex Iure ciuili.
Ac ne quid hac in re desideres, quo-
niam regulam ciuilem suprā tradi-
di, nunc regulas Pontificias afferam
ex c. ad sedem. & c. parentelæ. 35. q. 5.
& c. vlti. de consanguin. quæ quidem
sunt tres.

1. In linea ascēdentium & descen-
dentium: Quot sunt personæ, vna
dempta, tot sunt gradus.

2. In linea transuersa æquali: quot
gradibus alter distat à communi sti-
pitem, totidem vtriq; distant inter se.

3. In linea transuersa inæquali: quo
gradu distat remotior à stipite, eo
gradu distant inter se.

In linea transuersa æquali dicūtur
esse, qui è regione tetragoni collocā-
tur: reliqui transuersales sunt in linea
inæquali. Cæterūm (vt mihi videtur)
hîc abutimur lineæ verbo: siquidem
à tetragono ad orbis transuersales
nullæ lineæ auctoris ducuntur.

	VI. Tritauus, Tritauia. 6.			
	V. Atauus, Atauia. 5.			
	III. Abauus, Abauia. 4.	V. Abpatruus, Abamita. Abauuncul. Abmatert. 6.		
	III. Proauus, Proauia. 3.	IV. Propatruus, Proamita. Proauuncul. Promatert. 5.		
	II. Auus, Auia. 2.	III. Patrius, Amita, Auunculus, Mater. mag. 4.	IV. Horum Filius, Filia. 6.	
	I. Pater, Mater. 1.	II. Patrius, Amita. Auunculus, Matertera. 3.	III. Propior Sobrino, Sobrinave. 5.	
	IS EA VE, DE CVIVS CO- GNATIONE QVAERITVR.	I. Frater, Soror. 2.	II. Cōsobrinus, Consobrina 4.	III. Sobrinus, Sobrina. 6.
	I. Filius, Filia. 1.	II. Horum Filius, Filia. 3.	III. Horum Filius, Filia. 5.	
	II. Nepos, Neptis. 2.	III. Horum Nepos, Neptis. 4.	IV. Horum Nepos, Neptis. 6.	
	III. Pronepos, Proneptis. 3.	IV. Horum Pronepos, Proneptis. 5.		
	III. Abnepos, Abneptis. 4.	V. Horum Abnepos, Abneptis. 6.		
	V. Atnepos, Atneptis. 5.			
	VI. Trinepos, Trineptis. 6.			



IVL. PACIVS IVRIS
STVDIOSIS.

Quoniam graduum descriptio Iustiniana perijt superiorum temporum iniuria: nulla verò exstat, (aut ego vehementer fallor) quæ multum conferat ad verba Institutionum intelligenda, & personas in singulis gradibus enumerandas: è re vestra me facturum putavi, si descriptionem hanc ita restituerem, ut eam possitis cum verbis Institutionum conferre, ex eaq̃ facile intelligere, quæ personæ sint in singulis gradibus collocandæ. An affectus sim, quod volui, non est meum dicere. Quod ad regulam inueniendorũ & distinguendorum graduum attinet, una est Iure ciuili, ex ipsius rei natura depromta. Quot sunt generationes, tot sunt gradus: quippe generatio est causa cognationis, & efficit gradus. S. hæcenus. suprâ. h. t. l. Iurisconsultus. 10. S. nam quoties. ff. eo. 8. Ethic. ad Nicom. 12. Generationes in nostra descriptione à lineis representantur. Itaq̃ qui numerabit lineas, is generationes atq̃ adeo gradus numerabit. Sed, ut omnia vno intuitu complectamini, apposui numeros è regione, quibus singuli gradus significantur.

STEMMATA COGNATIONVM.

Gradus.	Liberi.	IS EAVE, DE CVIVS CO GNATIONE QVÆRITVR.	Parentes.

1	filius, filia.	pater, mater.					
2	nepos, neptis,	auus, auia.	frater, soror.				
3	pronepos, proneptis.	proauus, proauia.	patruus, amita. auunculus, matertera.	fratris fororise filius, filia.			
4	abnepos, abneptis.	abauus, abauia.	patruus ma. amita mag. auunc. mag. matert. ma.	consobrini consobrina	fratris fororise nepos, neptis.		
5	atnepos, atneptis.	atauus, atauia.	propatruus, proamita. proauunculus promatert.	propior sobrino, propior sobrina.	consobrini consobrinxve filius, filia.	fratris fororise pronepos, proneptis.	
6	trinepos, trineptis.	tritauus, tritauia.	abpatruus, abamita. abauunculus, abmatertera	propatruui, proamitæ. proauunculi promatertetæ filius, a.	fobrini, fobrina.	consobrini consobrinxve nepos, neptis.	fratris fororise abnepos abneptis

✠
✠
 TRANSVERSALIS.

T R A N S V E R S A L E S.

persona gradum adiicit: vt longè facilius sit respondere, quoto quisque gradu sit, quàm propria cognationis appellatione quèquam denotare.

¶ *De gradibus adgnationis.*

8 Adgnationis^a quoque gradus eodem modo numerantur.

¶ *De graduum descriptione.*

9 Sed cùm magis veritas oculata^b fide, quàm per aures animis hominum infigitur: ideo necessarium duximus post narrationem graduum, eos etiam præsentì libro scribi: quatenus possint & auribus, & oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci.

DE^d SERVILI
cognitione^e.

TITVLVS VII.

¶ *De seruili cognitione.*

ILLVD certum est, ad seruiles cognationes illam partè edicti, qua proximitatis nomine bonorum possessio permittitur, non pertinere. nam nec vlla antiqua lege^f talis

phil. non est hic nouus tit. Harmen. quoq; lib. 2. iuris citans titulum huius libri de emp. & vend. ait esse vigesimum tertium, qui sanè alioqui vigesimus quartus esset. ^g He sunt que ex seruitute ducunt originem, quarum & sus aut vis aliqua t m demum esse potest, cùm dissoluta est seruitus ex l. 33. De reg. iur. ^h l. Quod attinet. De reg. iur. Fac. l. 1. §. 1. Vnde cog. l. Iuriscons. §. Nomen. in fin. & l. <. De gradibus cog.

^a Vt sex cognationis gradus numerantur, ita adgnationis gradus, qui penè in infinitum extenduntur. I. C. ^b Sic Horat. in Arte poet. Segnius irritat animos demissa per aurem, & c. Ratio est a. pud Aristot. πῶς αὐδῆσιως.

^c Hac ordinè cognationis descriptio perit, & pleraq; Romana Iuris prudentia alia temporū iniuria. ^d In quibusdā Veter. & apud Theo-

παιτεμῶν. citans titulum huius libri de emp. & vend. ait esse vigesimum tertium, qui sanè alioqui vigesimus quartus esset. ^e He sunt que ex seruitute ducunt originem, quarum & sus aut vis aliqua t m demum esse potest, cùm dissoluta est seruitus ex l. 33. De reg. iur. ^f l. Quod attinet. De reg. iur. Fac. l. 1. §. 1. Vnde cog. l. Iuriscons. §. Nomen. in fin. & l. <. De gradibus cog.

▪ † *In successione* cognatio computabatur^a †. Sed nostra *constitutionibus*, *se-* stitutione^b, quam pro iure patronatus fecimus (quod ius vsq; ad nostra tēpora satis obscurum, atque nube plenum, & vndiq; confusum fuerat) & hoc humanitate suggerente concessimus, vt si quis in seruili constitutus consortio^c, liberum^d vel liberos habuerit, siue ex libera siue ex seruilis conditionis muliere: vel contrā, serua mulier ex libero vel seruo habuerit liberos cuiuscunq; sexus: & ad libertatem his peruenientibus^e, ij, qui ex seruili ventre nati sunt, libertatem meruerint: vel, dum mulieres liberæ erant, ipsi^f in seruitute eos habuerint, & postea ad libertatem peruenerint: vt hi omnes ad successionem patris vel matris veniant, patronatus iure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorum parentum successionem, sed etiam alterum in alterius & successionem mutuam vocauimus, ex illa lege specialiter eos vocantes: siue soli inueniātur, qui in seruitute nati, & postea manumissi sunt, siue vnà cum aliis, qui post libertatem parentum concepti sunt: [siue ex eodem patre, siue ex eadem matre, siue ex aliis nuptiis: ad

^b *Desideratur hac constitutio.*

^c *Imperat. Constantinus vocat cōtuberniū, quòd scilicet seruorū est. l. Cum ancillis. C. De incest. nupt.*

^d *Satis erat dicere, liberos habuerit: nam & liberos habere dicitur qui vnū habet. leg. Non est. 148. De Verb. signif.*

† *Eadē ratione hīc ait*

liberum vel liberos, *qua in §. sed nostra, Vers. cum Verò, infra ritual. prox. ait siue vnum siue plures: nempe respiciens ad leg. Papiam, qua considerabatur numerus liberorum liberti. §. postea infra eod. Porro liberum pro filio & apud Quintilianum, & apud Paulum, Caiumque se reperisse ait Laur. Val. 3. eleg. 8.*

^e *Patre vel matre scilicet. † Nimirum parentes. & Vide hīc Theophil.*

similitudinem^a eorum] qui ex iustis nuptiis^a *Hac depravata sunt. Cuiac. legit,* procreati sunt. *siue ex eodē patre, vel eadem matre, siue ex aliis*

¶ *Collatio ordinum, & graduum.*

I Repetitis itaque omnibus, quæ iam tradidimus, apparet, non semper eos, qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari^b: eo quæ amplius, ne eum quidem, qui proximior sit cognatus, semper potiore esse^c. Cùm enim prima causa sit suorū heredum, & eorum, quos inter^d suos heredes enumerauimus: apparet pronepote[m], vel abnepote[m] defuncti potiore[m] esse quàm fratrem, aut patrem, matrē[m]que defuncti^e: cùm alioqui pater quidem & mater (vt suprā^f quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater verò secundum, pronepos autē tertio gradu sit cognationis, & abnepos quarto. Nec interest, in potestate morientis fuerit, an non, quòd vel emancipatus, vel ex emancipato, aut scæmineo sexu^g

qualicunq; copulatione nati sint, ad similitudinē &c. Nam alia nuptia non sunt, cū priores nulla fuerunt. Rursus si ex nuptiis sunt quidam, naturales cum eis concurrere nō possunt. tū vero si sunt ex nuptiis, cur

adiicit ad similitudinem, & quæ sequuntur? Hunc locum valde obscurum illustrat Theophilus. † Legendum est, siue ex aliis: ad similitudinem, &c. Vt optimè & legit, & interpretatur Theophilus cuius verba hæc sunt: εἴτε ἐκ τῆ αὐτῆ πατρὸς εἰς φῶς προῆλθον οἱ ματὰ πῶ ἐλθουσίαν τῶ γονέων τεχθέντες, εἴτε ἐκ διαφορῶν, καὶ ἀπλῶς ἀπαντὰ κρατέτω ἐπ' αὐτοῖς πρὸς μίμησιν τῶ ἐξ ἐνόμων τεχθέντων γάμων. Addit etiam doctus. Cuiac. qualicunq; copulatione. sed nati ex nefario & damnato coitu succedere nequeunt.

^b Fac. l. 7. C. De legit. hered. ^c l. 9. Cod. De leg. her. ^d Vet. Codex. Quosque inter suos heredes iam enumerauimus. I. C. ^e Quandiu enim ex linea descendantium aliquis superest, excluduntur ascendentes, & collaterales. leg. I. & 2. ff. De suis & legit. Wesemb. ^f † §. I. & seqq. suprā tit. I. ^g Al. genere. Theophil. θηλυγονίας.

^a *Ver. Quos-*
que.

^b *Veluti qui*
emancipatus
nō est. S. Da
success. cogn.
^c *Hoc verbo*
excipit In-
stin. fratrē
& sororē. J.
h. tit. §. 1. De
success. cogn.

S. Fac. l. 4.
Deleg. tuto.
l. ult. Dele-
git. here. Vi-
de hic Theo-
philum.

^d *† S. de suc-*
cess. cogn. p.

^e *Capitur*
passivē, qui
ipse libertus
succeditur.

Vide Vlp. in
frag. tit. 27.
28. §. 29.

^f *Lege sc. 12.*
Tabul. Vti
quisque le-
gisset, ita
rei suae sus-
esto.

^g *Fac. Vlp. l.*
3. De suis &
leg. Vide A-
lexand. Nea-
pol. Genia.
dier. lib. 3.
cap. 20.

propagatus est. Amotis quoque suis here-
dibus, & quos^a inter suos heredes vocari di-
ximus, adgnatus, qui integrum ius habet ad-
gnationis^b, etiam si longissimo gradu sit,
plerunq;^c potior habetur, quàm proximior
cognatus. Nam patruī nepos, vel pronepos
auunculo, vel materteræ præfertur. Toties
igitur dicimus, aut potiozem haberi eum, qui
proximiozem gradum cognationis obtinet:
aut pariter vocari eos, qui cognati sunt: quo-
ties neque suorum heredum, quiq; inter
suos heredes sunt, neque adgnationis iure
aliquis præferri debeat, secundum ea quæ
tradidimus^d †: exceptis fratre & sorore e-
mancipatis, qui ad successionem fratrum,
vel sororum vocantur: qui etsi capite demi-
nuti sunt, tamen præferuntur cæteris vlti-
rioris gradus adgnatis.

DE SUCCESSIONE^o libertorum.

TITVLVS VIII.

¶ *Qui succedunt. De lege xij. tab.*

NVNC de libertorum bonis videamus.
Olim sitaque licebat libertis patronum
suum impunè testamento præterire: nam
ita demum lex duodecim Tabularum^g ad
hereditatem liberti vocabat patronum,
si intestatus mortuus esset libertus, herede
suo

suo ^a † nullo relicto. Itaque intestato mortuo liberto, si is suum heredem reliquisset, patrono nihil in bonis eius iuris erat. Et si quidem ex naturalibus ^b liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla videbatur querela ^c. si verò adoptivus filius fuisset, aperte iniquum erat, nihil iuris patrono superesse.

¶ De iure pratorio.

I Qua de causa postea Prætoris edito ^d hæc iuris iniquitas emendata est. siue enim faciebat testamentum libertus ^e: iuebatur ita testari, ut patrono partem dimidiam bonorum ^f suorum relinqueret †: & si aut nihil, aut minus parte dimidia ^b reliquerat: dabatur patrono contra tabulas testamenti, partis dimidiæ bonorum ⁱ possessio ^k †. Siue intestatus moriebatur, suo herede relicto filio adoptivo ^l: dabatur æquè patrono contra hunc suum heredem partis dimidiæ bonorum possessio. Prodesse autem liberto solebant, ad excludendum patronum, naturales liberi: non solum quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipati, & in adoptionem dati: si modò

^a † Non vocavit lex xij. adgnatos liberti post suos heredes, quia libertus nullos habet adgnatos.

^b Legitimo matrimonio natis, quos hic adoptiva opponit.

^c Id est, patronus iure conqueri non poterat. *ἡγορητὸν ἦν, ferendum erat, neque indignum erat patronum natura cedere.* Theophil.

^d Fac. leg. I. De bon. libert.

^e Ulpian. in frag. tit. 27.

^f Notamen

eorum, qua in castris quaeserat, à quibus expellebatur omnino patronus. leg. 3. §. Patronus de bon. lib. ^g † Quoniam titulo. l. 3. §. si debita. D. de bon. libert. ^h l. 3. §. toties. ff. de bon. libert. ⁱ l. 1. ff. de bon. lib. Vlp. Instit. cap. 9. ^k † Contra tab. l. 3. p. D. de bon. libert. l. 4. p. D. de bon. poss. con. tab. ^l Secus si naturali, Et mox sequitur.

ex aliqua parte scripti heredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum possessionem ex edicto Prætorio petierant. nam exheredati, nullo modo repellebant patronum.

^a *Ant. Aug. Emend. lib. 2. cap. 7.*

^b *Cuius erāt*

multa capi-

ta: Ne sexa-

genarius &

xorem: Ne

Senator li-

bertinā du-

ceret: De ca-

ducis: De pa-

troni iure

in bonis li-

berti.

^c *Locuple-*

tiores erant

lege Papia,

quia H-S-

100. milliu-

rē habebāt.

Fac. l. 26. de

bon. lib.

^d *Plin. lib.*

33. c. 3. Gell.

li. 20. cap. 1.

id est, cen-

tum aureo-

rum ferret.

^e *Quidā le-*

gant testa-

tus, quibus

adstipula-

tur Theoph.

^f *Desidera-*

tur hæc constitutio. Meminit Iust. Nouell. 1.

^h *Mille reponendum confirmat. Hotom.*

¶ De lege Papia.

2 Postea ^a verò lege Papia ^b adaucta sunt iura patronorum, qui locupletiores ^c libertos habebant. Cautum est enim, vt ex bonis eius, qui sestertium ^d centum millium patrimonium reliquerat, & pauciores quàm tres liberos habebat (siue is testamento factò, siue intestatus mortuus erat) virilis pars patrono deberetur. Itaque cùm vnum quidem filium filiãmve heredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac si is sine vllò filio filiãve intestatus ^e decessisset: cùm verò duos duãsve heredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: si tres reliquerat, repellebatur patronus.

¶ De constitutione Iustiniani.

3 Sed nostra constitutio ^f (quam pro omni natione ^g †, Græca lingua compendioso tractatu habito composuimus) ita huiusmodi causam definiuit: vt, si quidem libertus vel liberta minores centenariis sint, id est, minus ^h centum aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiæ summam in-

^g † *Al. notione.*

^h *Mille reponendum confirmat. Hotom.*

terpreta-

terpretati sumus, vt pro mille ^a festeriis vnus aureus ^b computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione: si tamē testamentum fecerint. Sin autem intestati decesserint, nullo liberorum relicto: tunc patronatusus, quoderat ex lege duodecim Tabularum integrum reseruauit. Cū verò maiores centenariis ^c sint, si heredes vel bonorum possessores liberos habeant, siue vnus, siue plures cuiuscunque sexus vel gradus: ad eos successiones parentum deduximus, patronis omnibus modis ^d vnà cum sua progenie semotis. Sin autem sine liberis decesserint: si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos, patronasq; vocauimus. si verò testamentum quidem fecerint. patronos autē aut patronas præterierint, cū nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredauerint, vel mater siue auus maternus eos præterierint, ita quòd ^e non possint argui inofficiosa ^f eorum testamenta: tunc ex nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas, non dimidiam (vt antea) sed tertiam partem bonorum liberi consequantur: vel quod deest eis, ex constitutione nostra repleatur, si quando minus

^a Centum legit Horom.
 ^b Et ait transposita esse.
 Centū enim festerij aureū valent: quare centum millia eorū, mille aureos conficiūt.
 ^c Wes.
 ^d Immo aureus temporibus Iustiniiani valebat festerios. 66. neq; enim. 48.
 ^e aurei vt olim, sed 72.
 ^f conficiebāt librā. quare placet mihi vulgata lectio: quia nō simpliciter interpretatur Imperator legē Papiā, sed eam emendat.

^b Quo sensu
 ^c Centenarius libertus censebatur, qui Iustiniiani tēpore 100. aureos in bonis haberet.
 ^d Hoc verbum non agnoscit vetus exemplar Rancoceti.
 ^e † Al. ita vt.
 ^f Quia in re patronus cum filio conuenit, cui si quid testamento fuerit relicto, cessat inofficiosa quærela l. Omnimodo. Cod. De inoffic. testam.

^a † *Quæ certis personis præstantur ab his qui petunt bon. possessionē contra tab. l. i. D. de legat. præstan. quod omnis olim etiam patrono incumberebat. l. 4. D. de condit. & demonstr.*

^b *Per ipsum scilicet patronum, qui si suū repudiaret trientem, certè ab eo præstarentur cuius triens accresceret. l. Cum patronus. De leg. 2. Mysing.*

^c † *Quannus parentibus non successerint. l. 47. p. de bon. libert.*

^d *Fac. l. 17. eod.*

^e † *Hæc Verba ad transversales tantum, non etiam ad liberos pertinere pu: o. fac. leg. liberorum. D. de Verb. signific.*

^f *Vip. in frag. tit. 27. § Cur hæc Vocula (quemadmodum illa quæ dicitur in Nouell. constit. I.) adiecta sit, docet Theoph. hic. Vide eam Nouell. I. § Cum q. ante a. de bon. poss. j.*

tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis reliquerit: ita sine onere, vt nec liberis liberti, libertæve ex ea parte legata, vel fideicommissa^a † præstentur^b, sed ad coheredes eorum hoc onus redundet. Multis aliis casibus à nobis in præfata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad huiusmodi dispositionem Iuris perspeximus: vt tam patroni, patronæque, quàm liberi^c † eorum^d, necnon qui ex transuerso latere veniunt vsque ad quintum^e † gradum, ad successionem libertorum, libertarumve vocentur, sicut ex ea constitutione intelligendum est. Et, si eiusdem patroni, vel patronæ, vel duorum duarumque pluriumve liberi sint: qui proximior est, ad liberti, vel libertæ vocetur successionem: & in capita, non in stirpes diuidatur successio: eodem modo, & in iis qui ex transuerso latere veniunt, seruando. Penè enim consonantia iura ingenuitatis & libertinitatis in successionebus fecimus.

¶ Quibus libertinis succeditur.

4 Sed hæc de iis libertinis hodie dicenda sunt, qui in ciuitatem Romanam peruenerunt: cùm nec sint alij liberti, simul &

^d *Fac. l. Quaritur. 38. De bon. libert. & l. Patron.*

^e † *Hæc Verba ad transversales tantum, non etiam ad liberos pertinere pu: o. fac. leg. liberorum. D. de Verb. signific.*

^f *Vip. in frag. tit. 27. § Cur hæc Vocula (quemadmodum illa quæ dicitur in Nouell. constit. I.) adiecta sit, docet Theoph. hic. Vide eam Nouell. I. § Cum q. ante a. de bon. poss. j.*

Dedititiis ^a, & Latinis sublati: cùm Latino-
rum legitimæ successiones nullæ penitus e-
rant: quia licet vt liberi vitam suam perage-
bant, attamen ipso vltimo spiritu simul a-
nimam, atque libertatem amittebant: &
quasi seruorum, ita bona eorum, iure quo-
dammodo ^b peculij, ex lege ^c Iunia Norba-
na manumissores detinebant. Postea verò
Senatusconsulto Largiano ^d cautum fuerat,
vt liberi manumissoris non nominatim ex-
heredati facti, extraneis heredibus eorum in
bonis Latinorū præponerentur. Quib. etiã
superuenit diui Traiani edictum, quod eun-
dem hominem, si inuito vel ignorante pa-
trono, ad ciuitatem Romanam venire ex be-
neficio principis festinarat, faciebat quidem
vium ciuem Romanum, Latinū verò mo-
rientem. Sed nostra constitutione ^e propter
huiusmodi conditionum vices, & alias diffi-
cultates, cum ipsis Latinis etiam legem Iuni-
am, & Senatusconsultum Largianum, & e-
dictum diui Traiani, in perpetuum deleri
censuimus: vt omnes liberti ciuitate Roma-
na fruantur: & mirabili modo quibusdam
adiectionibus ^f ipsas vias, quæ in Latinita-
tem ducebant, ad ciuitatem Romanam ca-
piendam transposuimus.

*ius acquirebatur, adiecit, vt illud ius acquireretur.
Vocem interpretatur. Alc. lib. 1. par. cap. 16.*

^a leg. 1. Cod. De dedit. li. & Cod. De Lat. lib. tol.
^b Neq; enim virorum libertinorum fuerat vllū peculium, quum liberi vixissent. l. vlt. in fin. C. de inoffic. test. Myns.
^c Et non ex iure hereditatis, ait Theoph.
^d Hoc S. C. reiectū esse, tanquã inutile testis est. Iust. No. 78.
^e l. vnic. C. De Lat. lib. toll.
^f Plus est habere ius ciuiū Rom. quàm Latino- rum. Iustinianus igitur modis, quibus hoc Male hanc

DE ASSIGNATIONE
libertorum^a.

TITVLVS IX.

¶ *An assignari possit, & quis sit assignationis effectus.*

^a *Repete ex l. 1. & seq. ff. eod. Modest. in leg. Adsignare.*

107. *De Verb. signif.*

Adsignare libertū esse ait, testificari, cuius, ex liberis libertum eū esse voluit, et scilicet eius sit peculiaris & proprius.

^b *Theophil. Factum esse S. C. quo cauē fuit, & c.*

^c *† Qui manumisit. l. 1. 8. D. h. t.*

^d *l. 1. in fin. hic.*

Non autē emancipatis: quibus non potest assignari. Theophil. Obstat leg. 9. ff. eod. Sed eam hic explicat Cuiac.

IN summa (quod ad bona libertorum at-
tinet) admonendi sumus censuisse Senatum^b, vt quauis ad omnes patroni liberos, qui eiusdem gradus sunt, æqualiter bona libertorum pertineant, tamen licere parēti^c, vni ex liberis adsignare libertum: vt post mortem eius, solus is patronus habeatur, cui adsignatus est: & cæteri liberi, qui ipsi quoque ad eadem bona, nulla adsignatione interueniente, pariter admitterentur, nihil iuris in his bonis habeant, sed ita demum pristinum ius recipiant^d, si is cui adsignatus est, decesserit nullis liberis relictis.

¶ *De sexu assignati, & de sexu, graduq; eius, cui assignatur.*

INnectantūm libertum, sed etiam libertam: & non tantūm filio, nepotivæ, sed etiam filiæ, neptivæ adsignare permittitur.

¶ *De liberis in potestate, velemancipatis.*

2 Datur autem hæc adsignandi facultas ei qui duos plurēsvē liberos in potestate habebit: vt eis, quos in potestate habet^e, adsignare libertum libertamve liceat. Vnde quærebatur, si eum cui adsignavit, postea emancipaverit: num evanescat adsignatio?

Sed

Sed placuit euanescere: quod & Iuliano, & aliis plerisque visum est.

¶ *Quibus modis, aut verbis assignatio fit. Et de senatusconsulto.*

3 Nec interest, an testamento quis adsignet, an sine testamento. sed etiam quibuscunque verbis, patronis hoc permittitur facere, ex ipso S. C. quod Claudianis tempore factum est, Sabellio Rufo, Asterio Scapula Consulibus.

^a *Vel nutu, vel Codicillis. l. i. §. assignare. Vel pure, vel sub conditione, epistola, epirographo. l. Assignare. hoc tit.*

^b *Claudio imperante. Alij Sabellio, alij Velleo. scribendum aut Cuius. Suillio Ruffo. Plin. li. 7. cap. 5. Vel Suelleo, et in P. Flor.*

DE BONORVM possessionibus^d.

TITVLVS X.

¶ *Cur introductæ sint bonorum possessiones: Et quis sit earum effectus.*

IVS bonorum possessionis introductum est à Pratore, emendandi veteris iuris gratia. Nec solum in intestatorum hereditatibus vetus ius eo modo Prator emendauit, sicut supra dictum est, sed in eorum quoque, qui testamento facto decesserint. Nam si alienus posthumus heres fuerit institutus:

^d *Vlp. in frag. tit. 28. Et secundum genus est acquirendi per vniuersitatē. §. Vlt. §. per quas perso. no. acqu. potius supplendi, et in §. Media. §. de l. g. adgn. suc. Prator ius vetus emendat. l. ius civile. De Iust. Et Iur. l. 6. §. 1. De bo. poss. Duar. 2. Diss. cap. 38. Qui supplet etiam emendat. Id Gallo Aquilio tribuunt alij. l. Gallus. De lib. Et post. Iustiniano Tribonianus hic. Alienus autem posthumus est, qui natus inter suos, heres testatoris futurus non est. §. Posthumus. De legat. §.*

scriptum oportuit, Et Osterio seu Ostorio Scapula, cuius meminit Tacit. li. 16. Et in Agricol. Vide Anto. Aug. Emend. li. 3.

^a l. 12. Tabul. quamvis hereditatem Iure civili ^a adire non
Theoph. alij poterat, cum institutio non valebat: honora-
proressoribus rio tamen iure bonorum possessor efficieba-
prudentum tur: videlicet cum à Prætore adiuuabatur. sed
accipiunt. & is à nostra constitutione ^b hodie rectè he-
^b *Hac inter-* res instituitur, quasi & Iure civili non inco-
cidit. Fac. §. gnitus. Aliquando tamen, neq; emendan-
Posthumus. di, neque impugnandi veteris iuris, sed ma-
Deleg. §. gis confirmandi gratia, Prætor pollicetur
^c *Prætorio* bonorum possessionem. Nam illis quoque
scilicet, non qui rectè testamento factò, heredes instituti
autem dire- sunt, dat secundum tabulas bonorū posses-
cto, licet idē, sionem. Itē ab intestato suos heredes, & ad-
quod here- gnatos ad bonorū possessionem vocat. Sed
des cōsequā & remota quoque bonorum possessione, ad
tur. eos pertinet hereditas Iure civili. Quos au-
^d *Est enim* tem solus vocat Prætor ad hereditatem, he-
veluti iuris redes quidem ipso iure ^e non fiunt: nam Præ-
civilis cu- tor ^d heredem facere non potest: per legem ^e
stos, & dispē enim tantum, vel similem Iuris ^f constitutio-
sator. Fac. l. nem heredes fiunt, veluti per Senatūscōsul-
Qui & sum- tas, & constitutiones principales ^b. sed cum
fructum. Si eis Prætor dat bonorum possessionem, loco
& susfru. per. heredum ⁱ † constituuntur, & vocantur bo-
leg. Debitor. norum possessores. Adhuc autem & alios
ad Trebell. complures gradus ^k Prætor fecit in bonorum
^e *Veluti leg.* possessionibus dandis, dum id agebat, ne quis
 12. Tab. heredum ⁱ † constituuntur, & vocantur bo-
^f *Ver. simili-* norum possessores. Adhuc autem & alios
lem legis. complures gradus ^k Prætor fecit in bonorum
^g *Vt Tertyll.* possessionibus dandis, dum id agebat, ne quis
& Orfic. heredum continentur. leg. 19. §. Si patronus. D. de cond. & de-
^h *Vt Impe-* monstr. ^k Præter, Vnde liberi, Vnde legitimi, Vnde cogn. De
ratoris con- quibus supr. a.

sine successore^a moreretur. Nam angustissimis finibus constitutum per legē duodecim Tabularum ius percipiendarū hereditatum, Prætor ex bono^b & æquo dilatauit.

¶ *De speciebus ordinariis. Ius vetus.*

I Sunt autem bonorū possessiones, ex testamento quidē hæ: Prima^c, quæ præteritis liberis^d † datur, vocaturq; *Contratubulas*. Secunda^e, quā omnib. iure scriptis^f † heredib. Prætor pollicetur, ideoq; vocatur *Secundum tabulas* [testamenti.] Et cū de testatis prius locutus est, ad intestatos transitū fecit. Et primo loco suis heredibus, & iis^g, qui ex edicto Prætoris inter suos heredes cōnumerantur, dat bonorū possessionem, quæ vocatur *Vnde liberi*. Secundò, legitimis heredibus. Tertiò, decē personis^h, quas extraneo manumissori præferbat. sunt autem decem personæⁱ hæ: pater, mater: auus, auia, tam paterni quàm materni: item filius, filia: nepos, neptis, tam ex filio quàm ex filia: frater, sororve, consanguinei^k, vel vterini. Quartò^l, cognatis proximis. Quintò, *Tanquam ex familia*.^m Sextò, † *Patronis quoq; §. quæ de caus. sa. supra de success. libert. & parentibus datur bonorū possessio cōtratubulas. leg. 1. D. si à par. quis manum.*

^a l. 1. *Vnde legit.* ^f † *Ex testamento nuncupatiuo utilis bon. possessio accommodatur. l. 2. C. de bon. poss. sec. tab.* ^g *Vt emancipatis iure ciuili incognitis. §. Admonendi. De hered. quæ ab intest. def.* ^h l. 1. *De suis & legit.* ⁱ *Totidem etiam talesque persona ex edicto Prætoris fisco præferuntur in specie. l. 1. C. De secund. nup. l. 1. C.* ^k *Vet. siue consanguinei, siue vterini.* ^l l. 1. *Vnde cogn.* ^m *Sic legit Theoph. Cusac. tum quem ex familia, ex l. 1. Vnde leg. Alij eum quem, Alij tum qui. Vlp. in frag. titub. 29. Alc. nap. l. cap. 12. Ant. Aug. lib. 3 cap. 3.*

patrono, patronæque, liberisque eorum, & parentibus. Septimò, viro^a & vxori. Octauò^b, cognatis manumissoris.

^a *l. i. Vnde vir & vxor. l. i. Cod. eod.*

^b *§. pen. De successi. libert. Vlp. in fragm. tit. i. §. 28.*

^c *Accipe pro Pratoris edicto, qui ius reddebat.*

^d *Id est, incorrectum.*

^e *Hoc est ei, qui filium non contracta fiducia emancipasset. V. Mysf.*

^f *Extat leg. Vlt. Cod. de emanc. lib.*

^g *Innuat Imp. sublata esse priscas illas in emancipandis lib. imaginibus conditionum, & fiduciarij patris. G.*

¶ *Ius nouum.*

2 Sed eas quidem Prætoria introduxit iurisdictione: à nobis tamē nihil incuriosum^d prætermisum est: sed nostris constitutionibus omnia corrigentes, *Contra tabulas* quidem, & *secundum tabulas* bonorum possessiones admisimus, utpote necessarias constitutas: necnō ab intestato, *Vnde liberi, & Vnde legitimi*, bonorum possessiones. Quæ autem in Prætoris edicto quinto loco posita fuerat, id est, *Vnde decem personæ*: eā pio proposito, & compendioso sermone superuacua ostendimus. Cū enim præfata bonorum possessio decem personas præponebat extraneo^e manumissori: nostra constitutio^f, quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eisdemq; manumissoribus, contracta fiducia manumissionem facere dedit: ut ipsa manumissio eorum hoc in se habeat priuilegium, & superuacua fiat supradicta bonorū possessio. Sublata igitur prædicta quinta bonorum possessione, in gradū eius sextam antea bonorum possessionem induximus: & quintam fecimus, quam Prætor proximis cognatis pollicetur. Quumque antea fuerat septimo loco bonorum possessio, *Tanquam ex familia*, & octauo, *Vnde patroni, patronæque, liberi, & parentes*

parentes eorum: vtranque per constitutionem^a nostram, quam de iure patronatus fecimus, penitus euacuauimus. Cùm enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones posuerimus, quas vsque ad quintum^b gradum tantummodo coarctauimus, vt sit aliqua inter ingenuos, & libertinos differentia: sufficit eis tam *tabulas* bonorum possessio, quàm *Vnde legitimi*, & *unde cognati*: ex quib. possunt sua iura vindicare, omni scrupulositate, & inextricabili errore istarum duarum bonorum possessionum resoluta^c †. Aliam^d verò bonorum possessionem, quæ *Vnde vir & vxor* appellatur, & nono loco inter veteres bonorum possessiones posita fuerat, & in suo vigore seruauimus, & altiore loco, id est, sexto eam posuimus: decima quoque veteri bonorum possessione, quæ erat *Vnde cognati manumissoris*^e, propter causas enumeratas meritò sublata: vt sex tantummodo bonorum possessiones ordinaria^f permaneant, suo vigore pollentes.

¶ *Species extraordinaria.*

3 Septima eas sequuta, quam optima ratione Prætores introduxerunt 8. Nouissimè enim permittitur^h † edicto iis etiam bo-

Sicut conditio ex leg. Cont. f Ordinarias vocat, quod ordine deferantur. leg. 1. Quis ord. in bon. possess. seruet. 8 leg. 8. n. c. ff. Vt ex legibus & vel Senatuscons. bonor. possess. det. leg. 3. Vnde legit.

^h † *Al. promittitur.*

^a *Huius etiam meminist in §. Sed nostra. supra de success. libert. ea hodie desideratur.*

^b *Nam ex transuerso cõiuncti patrono, siue adgnati, siue cognati, non vltra quintũ gradum ad successionem libertorũ admittuntur. Mysf.*

^c † *Al. resoluta.*

^d *Prætorias bon. possess. Vnde vir, & vxor, æquitatem probat, & rationem iust.*

^e *Hæc potest appellari bonorum poss. ex lege.*

^a † *Bonorum* norum possessio, quibus ut detur^a †, lege
sc. possessio, vel Senatusconsulto, vel constitutione com-
non heredi- prehensum est: quam neque bonorum pos-
tas. l. En. D. fessionibus, quæ ab intestato veniunt, neque
ut ex legib. iis quæ ex testamento sunt, Prætor stabili iu-
sen. & conf. re connumeravit: sed quasi ultimum & ex-
bon. poss. de. traordinarium auxilium (prout res exigit)
^b *Vlp. d. leg.* accommodavit, scilicet iis, qui ex legibus, Se-
Vni. Ut ex le natuconsultis, constitutionibusve Principū,
gibus & l. Se- ex nouo iure, vel ex testamento, vel ab inte-
natusc. stato veniunt.

¶ *De petenda bonorum possessione.*

De tempore.

4 Quum igitur plures species successio-
 num Prætor introduxisset, easque per ordi-
 nem disposuisset, & in vnaquaque specie suc-
 cessionis sæpe plures extēt dispari gradu per-
 sonæ: ne actiones creditorum differrentur^c,
 sed haberent, quos conuenirent, & ne facile
 in possessionem^d bonorum defuncti mitte-
 rentur, & eo modo sibi consulere: ideo
 petendæ bonorum possessioni certum tem-
 pus præfiniuit. Liberis itaq; & parentibus^e †
 tam naturalibus quàm adoptiuis, in petenda
 bonorum possessione anni spatium, cæteris
 autem [adgnatis, vel cognatis^f †,] centū die-
 rum dedit.

^d *Hic signifi-*
cat bonorū
detentionē

sive κατοχλή. Cic. pro Quint.

† *sive suo nomine parentibus,*

sive eorum, per quos acquirunt. l. i. §. ult. D. de suc. ed. † ^f *† Vel ex-*
traneis, addit Theophil.

¶ *De iure accrescendi, & successorio edicto.*

5 Et si intra hoc tempus aliquis bonorum possessionem non petierit, eiusdem gradus personis adcrecit^a, vel, si nullus sit, deinceps cæteris^b † bonorum possessionem perinde ex successorio^c edicto pollicetur: ac si is, qui præcedebat, ex eo numero non esset. Si quis itaque de latam sibi bonorum possessionem repudiauerit: non, quousque tempus bonorum possessioni præfinitum excesserit, expectatur: sed statim ceteri ex eodem edicto admittuntur.

¶ *Explicatio dicti temporis.*

6 In petenda^d autem bonorum possessione dies vtilis^e singuli considerantur.

¶ *Quomodo peti debet.*

7 Sed bene anteriores Principes^f & huic causæ prouiderunt, ne quis pro petenda^g bonorum possessione curet^h †: sed quocunque modo admittentis eam iudiciumⁱ (intra statuta tamen tempora) ostenderit^k, plenum habeat earum^l beneficium.

eam à Pratore petere potuerit. his opponuntur dies continui. Dies autem quibus aut nescierit, aut petere nō potuerit, illi non cedunt. l. Vtile. Quis ordo in bon. possess. f Constantius. l. Slt. C. Qui admitti. g Adeundus enim erat Prator in petenda. bon. possess. h † id est, sollicitus sit. nam olim solemnī petitione opus erat. l. I. C. commun. de success. i Aliās iudicium, id est, voluntatis argumentum. leg. I. C. Theod. de cretione. k Id est, declarauerit. l Quidam legunt, eorum, Principum scilicet.

^a Vid. Duar. De iur. adcref. cap. 20. & cap. 18. lib. 2.

^b † Inter ceteros ipse quoque qui exclusus est, admittitur. d. leg. I. §. sed videndu. de suc. ed.

^c Quale illud sit, discas ex §. Placebat. De leg. adgn. succ.

^d Fac. l. Slt. Cod. qui admitt. ad bon. possess.

^e Dies vtilis sunt, quibus scierit sibi delatā esse bon. possessio nē, quibusq;

^a *Tertium* DE ACQUISITIONE
genus acqui per adrogationem.
rendi domi
nij per vni
uersitatem.

TITVLVS XI.

¶ *Continuatio, & origo.*

§. *¶lt. supra*
per quas per
son. no. acq.

^b *Præus e-*
nim de he-
reditate,
deinde bon.

poss. qua ex
testamento,
vel ab inte-
stato defe-
runtur, erit.

^c *Moribus,*
consuetudi-
ne, & non
scripto iure
Theoph.

^d *Atque etiam*
eius filij. §.
Illud. De
adopt.

^e *¶i. nihil o-*
mnino re-
maneret pe-
nes adroga-
rium. *Vide l.*
15. De adop.
l. 2. §. 2. De
bon. poss. sec.
tabu.

EST & alterius generis ^b per vniuersita-
tem successio: quæ neque lege duode-
cim Tabularum, neque Prætoris edicto, sed
eo iure, quod consensu ^c receptum est, intro-
ducta est.

¶ *Quæ hoc modo acquiruntur. Ius*
vetus.

1 Ecce enim, cum paterfamilias sese in
adrogationem dat, omnes res eius ^d corpora-
les, & incorporales; quæque ei debita sunt,
adrogatori antea quidem pleno iure ^e acqui-
rebantur: exceptis iis, quæ per capitis deminutionem
pereunt, quales sunt operarum ^f
obligationes, & ius adgnationis. vñ et enim
& vñusfructus, licet his antea connumera-
bantur: attamen capitis deminutione mi-
nima eos tolli prohibuit nostra constitu-
tio ^g.

¶ *Ius nouum.*

2 Nunc autem nos eandem adquisitio-
nem, quæ per adrogationem fiebat, coarctauimus
ad similitudinem naturalium paren-
tum. Nihil enim aliud, nisi tantummodo v-

^f *Officialium non fabrilium. Opera, ait Paul. sunt diurnum officium. l. 1. De op. libert. locus est difficilis. eu. se mox Theophisius explicaturum pollicetur: non explicat tamen. Vide D. Cuiac.*

^g *Extat l. pen. §. ¶lt. Cod. De vñusfruct.*

fructus, tam naturalibus parentibus^a, quam adoptiuis, per filios familiarum acquiritur in iis rebus, quæ extrinsecus^b filiis obueniunt, dominio eis integro seruato. Mortuo autem filio adrogato in adoptiua familia, etiam dominium rerum eius ad adrogatorē pertransit: nisi supersint aliæ personæ^c, quæ ex constitutione^d nostra patrem in iis, quæ acquiri non possunt, antecedant.

¶ *Effectus huius acquisitionis.*

3 Sed ex diuerso pro eo, quod is debuit, qui se in adoptionē dedit, ipso quidem iure adrogator non tenetur^e †, sed nomine filij conuenitur: & si noluerit eum defendere, permittitur creditoribus per cōpetentes nostros magistratus bona, quæ eius cū usufructu futura fuissent, si se alieno iuri nō subiecisset, possidere, & legitimo modo ea disponere.

DE EO, b† CUI LIBERTATIS CAUSSA BONAⁱ ADDICUNTUR.

TITVLVS XII.

stitutionē deperditā, indicio cuiusdā glossæ manuscriptæ. Ferrerius intelligit l. vlt. C. de test. man. ^c Ecce, ipsum ius dicit Pratoris. ^f † Quia nō habuit in potestate, tēpore cōtractus, alioquin tene-
retur de peculio. l. in arrogatorē. 4 l. D. de pecu. ^g Nimirū adro-
gati: quod ideo constitutū est, ne in creditoris fraudē fiat adroga-
tio. ^h † Hic assimilatur bon. possessori. l. 4 §. 10 a. D. de fid. libert.
ⁱ Bona addi dicuntur, & cui heres nō extat, eius bona cuius,
qui se as alienū soluturū caueat, libertatū seruandā causa,
attribuantur: & etiā seruorū manumittendorū, si consentiant,
patronus efficiatur: quod si fiscus & acantē hereditatē occupet, præ-
stet libertates: quod ius à D. Marco traditur. l. 6. & vlt. C. de test.
man. l. 2. ff. De fideic. libert. ^k Quarta species acquisitionis per
vniuersitatem. §. vlt. §. per quas pers. no. acquir.

^a *Vet. patri-
bus.*

^b *Extrinse-
cus paratur
nobis, qua
labore no-*

*stro acqui-
runtur, &
peculiū cast.*

*vel quasi, nō
ex eius sub-
stātia, in cuius potesta-
te sumus.*

^c *Veluti li-
beri, aut fra-
tres. l. vlt. C.*

*Commu. de
succes.*

^d *Ipsis scilicet
parentibus. Intelli-
gunt hic leg.*

*vlt. C. Cōm.
de succes.
Baro Serō*

Gracā con-

¶ *Continuatio, & summa.*

ACESSIT nouus casus successione ex constitutione diui Marci. Nam si ij^a †, qui libertatem acceperunt à domino in testamento^b †, ex quo non aditur hereditas, velint bona sibi addici libertatū conseruandarum causa: audiuntur.

^a † *Immo etiam extranei admittuntur. l. <. p. C. de test. manum.*

^b † *Vel codicillis. §. in primis infra h. t.*

^c *Vide Ant. Aug. Emēd. lib. 3. cap. 8. < Theoph. memoria lapsum esse ait.*

^d *Non extat rescriptum. Fac. l. <. C. de manum. testam. l. 2. De fideic. libert.*

^e *Idoneè cauere est satis dato, aut datis pignori- bus caue- re, ait Vlpian. leg. 4. §. Addici. De fideicom. libert.*

^f † *Vniuers. omnium nomine. leg. 4. §. creditoribus. D. de fideicom. lib. §. De solido ita accipi oportet, inquit ibid. Vlpian. de sorte < < suris debitis.*

^h † *Licet tamen de parte pacisci, leg. < l. m. C. de testam. manum.*

¶ *Rescriptum D. Marci.*

I Et ita diui Marci rescripto ad Pompeium^c Rufum continetur. Verba rescripti^d ita se habent: *Si Verginio Valenti, qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit, nemine successore ab intestato existente, in ea causa bona eius esse coeperunt, ut venire debeant: is, cuius de ea re notio est, aditus, rationem desiderij tui habebit, ut libertatum tam earum, quae directo, quam earum, quae per speciem fideicommissi relictae sunt, tuendarū gratia addicantur tibi: si idoneè^e creditoribus^f † caueris de solido^b † quod cuique debetur, soluendo. Et ij quidē, quibus directa libertas data est, perinde liberi erunt, ac si hereditas adita esset. Ii autem, quos heres manumittere rogatus est, à te libertatē consequentur. ita ut si non alia conditione velis tibi bona addici, quam*

^g † *Vniuers. omnium nomine. leg. 4. §. creditoribus. D. de fideicom. lib. §. De solido ita accipi oportet, inquit ibid. Vlpian. de sorte < < suris debitis.*

^h † *Licet tamen de parte pacisci, leg. < l. m. C. de testam. manum.*

ⁱ *Legendum, ita autem si, id est, ita sunt Orcini liberti.*

ut ij

ut ij etiam, qui directò libertatem acceperunt, tui^a liberti fiant. Nam huic etiam voluntati tue, si ij, quorum de statu agitur^b, consentiant^c †, auctoritatem nostram adcommo-
 mus. Et ne huius rescriptionis nostræ emolu-
 mentum alia ratione irritum fiat: si fiscus bo-
 na agnoscere voluerit: Et ij qui rebus nostris^d
 attendunt, sciant commodo pecuniario prefe-
 rendam esse libertatis causam: Et ita bona co-
 genda^e, ut libertas eis salva sit, qui eam adi-
 pisci potuerunt, ac si hereditas ex testamento
 adita esset.

^a Tui, id est, ex Orcinis
 fiat tibi ob-
 noxij, & à te
 libertatē ac-
 cipiant tan-
 quam fidei-
 commissaria.
 † In quo fa-
 cile assensif-
 se credibile
 est, quū me-
 lius sit hac
 ratione libe-

¶ Utilitas rescripti.

2 Hoc rescripto subuentum est & liber-
 tatibus, & defunctis, ne bona eorum à cre-
 ditoribus possideantur, & vaneant. Certè si
 fuerint hac de causâ bona addicta, cessat
 bonorum venditio. existit enim defuncti de-
 fensor, & quidem idoneus, qui de solido cre-
 ditoribus cauet^b.

rum fieri,
 quàm ma-
 nere seruū.
 † Nisi con-
 sentiat, non
 impeditur
 addictio bo-
 norū sed illi
 manent ser-
 uū. l. & l. C.
 de test. man.

¶ Quibus casibus locus est rescripto. De
 libertate in testamento, vel in codi-
 cillis relicta.

3 In primis hoc rescriptum toties locum
 habet, quoties testamento libertates datæ
 sunt. [Quid ergo^a si quis intestatus dece-
 scenda.

^a Fisci pro-
 curatores in-
 tellige.
^b Id est, in fi-
 scum redi-

scenda. ^f Ut defuncti fama parcatur. §. 1. Quib. ex cau. ma. non
 lic. 1. lib. 1. Curator. De curat. fur. C. ^g Ant. Aug. lib. 2. Emend.
 cap. 3. in fin. Bud. in anno. ad tit. De in diem additione. ^h De
 hac re Cic. pro Quint. ⁱ Hac inclus. sic restituit Cuiac. Quid
 ergo si quis int. dec. cod. lib. ded. neq; adi. sit ab intest. hereditas? fa-
 uor constit. deb. lo. habere. Certè si testat. &c. Deinde legendum,
 Tunc constituti.

dens, codicillis libertates dederit, neq; adita sit ab intestato hereditas, an fauor constitutionis debeat locum habere? Certè si intestatus decesserit, & codicillis dederit libertatem: competere eam, nemini dubium est.

¶ *Sicertum sit vel incertum, utrùm successor existet.*

4 Tunc [enim] constitutioni locum esse verba ostendunt, cùm nemo successor ab intestato existat. Ergo quandiu^a incertum erit, utrùm existat, an non, cessabit constitutio. Si verò certum esse cœperit, neminem existere: tunc erit constitutioni locus.

^a *Ex Vlp. l. 4. in princ. de fideicom. libert.*

¶ *De in integrum restitutione.*

5 Si is, qui in integrum restitui potest [abstinuerit hereditate^b: an quanuis potest in integrum restitui, possit admitti constitutio, & bonorum addictio fieri? quid ergo] si post additionem libertatum conseruandarum, causa factam, in integrum sit restitutus? Vtique non erit dicendum reuocari libertates: quia semel^c competierunt.

^b *Vet. Cod.*

abstinuerit se ab hereditate, quam pot. in integ. rest. potest admitti constit. & bon. addict. fieri. Quid ergo, &c.

^c *Quidã cod. quæ semel, l. ergo. D. de fid. lib.*

^d *Ampliatio constitutionis. Cessante libertate, cessat addictio bonorũ.*

¶ *Si libertates data non sunt.*

6 Hæc^d constitutio libertatum tuendarum causa introducta est. Ergo si libertates nullæ sint datæ, cessat [hæc] constitutio. Quid ergo si viuus dederit libertates, vel mortis causa, & ne de hoc quæratur, utrùm in fraudem creditorum, an non, factum sit, idcirco velint sibi addici bona? an audiendi sint? Et

magis

magis est vt audiri debeant etfi deficient ^a †
verba constitutionis.

¶ *De speciebus additis à Iu-
stiniano.*

7 Sed cùm multas diuisiones eiusmodi
constitutioni deesse perspeximus, lata est à
nobis plenissima constitutio ^b: in qua multæ
speciès collatæ sunt, quibus ius huiusmodi
successionis plenissimum est effectum, quas
ex ipsius ^c lectione constitutionis potest quis
cognoscere.

DE SVCCESIONIBVS

sublatis, quæ fiebant per bono-
rum venditiones, & ex
Senatusconsulto
Claudio ^d.

TITVLVS XIII.

ERANT ante prædictam successionem ^e
olim & aliæ per vniuersitatem succes-
siones: qualis fuerat bonorum ^f emptio ^g
quæ de bonis debitoris vendendis per mul-

^a † Nam ex
legibus dici-
tur, tam ex
legum sen-
tentiâ, quàm
ex verbis. l.

6. D. de ver-
bor. signif.

^b Extat leg.
vlt. C. de te-
stam. manu.

^c Ver. Cod.
ex ipsa.

^d Error est
in Suet. quâ
hoc S. C. &

id quod Ma-
cedonianû
dicitur, Ve-

spasiano tribu-
it. Versus
enim est &

trunq; Clau-
dianum, &

scribit Cor.
Tac. lib. II.

Anna. I. C.

^e Quam in-
stituit D.

Marcus.

*Ant. Aug. Emend. lib. 2. cap. 3. in fin. Bonorum emptor qua for-
ma constituatur, Theoph. refert. cui & illud adiungi potest, quod
Cic. scribit lib. 6. ad Attic. & Bonorum emptio erat proscrip-
tio, quam comitabatur infamia: qua in locû sectionis creditorum in
partes, quæ ex 12. Tab. introducebatur, successit. Tertull. in Apol.
cap. 3. Iudicatos secari in partes, leges erant: (inquit) consensu ta-
men publico crudelitas erasa est: & in pudoris notam capitis pœna
conuersa est, bonorum adhibita proscriptione. Suffundere maluit
hominis sanguinem, quàm effundere.*

tas ambages fuerat introducta: & tunc locum habebat, quando iudicia ordinaria in usu fuerant^a: sed quum extraordinariis^b iudiciis posteritas v̄sa est, ideo cum ipsis ordinariis iudiciis etiam bonorum venditiones expirauerunt: & tantummodo creditoribus datur, officio iudicis bona possidere^c, & prout vtile eis visum est, ea disponere: quod ex latioribus Digestorum libris perfectius apparebit^d. Erat & ex Senatusconsulto Claudio^e miserabilis per vniuersitatem acquisitio, quum libera mulier seruili amore bacchata, ipsam libertatem per Senatusconsultum amittebat^f †, & cum libertate substantiam, quod indignum nostris temporibus esse existimantes, & à nostra ciuitate deleri, & non inferi nostris Digestis concessimus.

DE OBLIGATIONIBUS §.

TITVLVS XIII. ^b

¶ Continuatio, & definitio.

^a leg. Fulcinius. Quibus ex causis. in poss. eat. Extat tit. in C. De SC. Claudia. toll. Vlp. in frag. tit. II. ^f † Post trinam denunciationem domini. Theoph. hic, Vlp. tit. II. ^g Caius Instit. lib. 2. tit. 9. ^h Non aprè hic tertiam Iuris partem De actionib. incipere quidam existimant, quòd obligatio sit mater actionis: cum ipse Iustin. disertè dixerit se de obligationibus quasi de rebus incorporalibus tractaturum. §. de usu & hab. in fin. Durat igitur tractatus de Rebus secunda Iuris parte. Con.

Nunc transeamus ad obligationes. Obligatio^a est iuris vinculum^b quo necessitate astringimur^c alicuius rei solvenda^d secundum nostræ civitatis iura.

¶ *Divisio prior.*

1. Omnium autem obligationū^e summa^f divisio in duo genera deducitur: namque aut Ciuiles sunt, aut Prætorix. Ciuiles sunt, quæ aut legibus^g constitutæ, aut certo^h Iure ciuili cōprobataⁱ sunt. Prætorix sunt, quas Prætor ex sua iurisdictione constituit, quæ etiam honorariæ vocantur.

¶ *Divisio posterior.*

2. Sequens^l divisio in quatuor species diuiditur^m. Aut enim ex cōtractu, aut quasi ex contractu sunt, aut ex maleficioⁿ, aut quasi ex maleficio. Prius est, vt de iis, quæ ex cōtra-

eius naturam spectes, quatenus obligatio est, necessitate adstringit, etsi κατὰ φύσιν impeditur quandoque, & eliditur exceptione.

^d id est, danda, faciendæ, & prestanda. l. 3. D. h. t. ^c Ciuium scilicet. ^f id est, prima & generalissima: nam omnes aliæ sunt secundariæ, & speciales, vt iit. de iur. pers. supra leg. 3. & 4. de stat. ho. ^g Vt ex legitima pactione. leg. legitima. De pact. ^h Al. certè. ⁱ Vt ex conuentionibus. Vt emptio, & vend. & ceteri Iurisg. contractus. leg. 5. De iust. & iur. Iure Quiritum confirmati. d. l. Iurisg. De pactis. ^k Proposuit

Verò non solum prætorias, sed etiam ciuiles. l. 1. D. si pars hered. per. l. 1. adhb. l. 17. §. sicut. D. commoda. ^l Id est, secunda, sic Theoph. infra De action. §. sequens. Vertit δὲ ὑτέρα. Et vt sequenda, vt sequens, dicebant per, qu. ^m Aliàs deducitur. ⁿ Arist. lib. 5. Ethic. diuidit in voluntarios, & non voluntarios.

^a *Ciuium scilicet, prætermissis naturalibus, quia non parit actionem, nec proprie dicitur obligatio.* l. fideius. §. 16. §. fideius. D. de fideius.

^b *Vel potius effectus vinculis: nã contractus, & delicti est vinculum, quo homines obligantur.*

^c *Omnis obligatio, si*

^a *Literarū* cōtractu sunt, dispiciamus. Harum æquè quatuor obligationē sunt species. Aut enim re contrahuntur, aut *omisit Ca-* verbis, aut literis ^e, aut consensu: de quibus *ius. l. i. ff. eo.* singulis dispiciamus.

^b *Ex Caio l.*

1. de oblig.

Et acti. ad Verbum de-
scriptus est
hic locus.

^c *Res tradi-*
ta. Est autē

1. species re
cōtracta ob-
ligationis.

Vid. Duar.

1. Diss. c. 14.

Varro. lib. 4.
de ling. Lat.

^d *† Et quidē*
solis. nā ha
sola functio

nem, id est,
prestatiōē
recipiunt in

genere suo. l.

2. §. 1. de reb.

cred. & na-

tura mutui

est, & idem genus reddatur. d. l. 2. p.

^e *† Ut aurum, argentū, &c.*

^f *† Ut minuti nummi. & Veluti, Vinum, oleum, frumentum.*

^g *† Ant. Aug. Emend. lib. 3. cap. 7. legit quandoque. Caius 2. Inst. t.*

tit. 9. habet statuto tempore: hoc est, de quo convenere contrahen-

tes. ⁱ † Ne sit depositum vel commodatum. d. l. 2. p. ^k † Alio-

quin est cōtractus innominatus. l. §. de præscr. Verb. ^l l. Pomp.

l. 3. Si cer. per. habet eiusdem generis & bonitatis. ^m † reddan-

tur. Unde etiam. ⁿ † Nisi stipulatio adiungatur: quo casu actio

nascitur ex stipulatione, non ex numeratione. l. 6. §. 1. & l. seq. D.

de nouat. ^o † Al. vocatur cōdictio.

QVIBVS MODIS RE contrahitur obligatio.

TITVLVS XV.

¶ De mutuo.

RE contrahitur ^b obligatio, veluti mu-
tuidatione ^c. Mutui autem datio in iis
rebus ^d † consistit, quæ pondere ^e, numero ^f,
mensurave ^g constant: veluti vino, oleo,
frumento, pecunia numerata, ære, argento,
auro: quas res aut numerando, aut metien-
do, aut adpendendo in hoc damus, vt acci-
pientium fiant. Et quoniam ^h nobis non eæ-
dem ⁱ † res, sed aliæ eiusdem ^k † naturæ ^l &
qualitatis redduntur ^m †: inde etiam mu-
tuum appellatum est, quia ita à me tibi da-
tur, vt ex meo tuū fiat: & ex eo contractu ⁿ †
nascitur actio, quæ vocatur certi cōdictio ^o †.

^e *† Ut aurum, argentū, &c.*

^f *† Ut minuti nummi. & Veluti, Vinum, oleum, frumentum.*

^g *† Ant. Aug. Emend. lib. 3. cap. 7. legit quandoque. Caius 2. Inst. t.*

tit. 9. habet statuto tempore: hoc est, de quo convenere contrahen-

tes. ⁱ † Ne sit depositum vel commodatum. d. l. 2. p. ^k † Alio-

quin est cōtractus innominatus. l. §. de præscr. Verb. ^l l. Pomp.

l. 3. Si cer. per. habet eiusdem generis & bonitatis. ^m † reddan-

tur. Unde etiam. ⁿ † Nisi stipulatio adiungatur: quo casu actio

nascitur ex stipulatione, non ex numeratione. l. 6. §. 1. & l. seq. D.

de nouat. ^o † Al. vocatur cōdictio.

¶ De

¶ *De indebito soluto.*

1 Is quoque^a, qui non debitum accepit ab eo, qui per^b errorem^c † soluit, re obligatur, daturque agenti contra eum propter repetitionem condictionis actio^d †. Nam perinde ei^e condici potest, si apparet se eum dare oportere, ac si mutuum accepisset. Unde pupillus, si ei sine tutoris autoritate indebitum per errorem datum est, non tenetur indebiti condictione, non magis quam mutui datione. Sed hæc species obligationis non videtur ex contractu consistere: cum is qui soluendi animo dat, magis voluerit negotium distrahere, quam contrahere.

^a Est 2. species de indebito.

^b Vlp. l. i. De cōd. ind. habet ignorās.

^c † Facti, non iuris, l. cum quis. 10. C. de in. & fa. ign. l. error.

^d 9. C. ad l. Falci. Quis vero sciēs soluit, non repetit. l. i. D. de cōd. indeb. cum cēseatur donasse. l. cui⁹

53. de reg. iu.

^d † 1. condictionis indeb.

^e Cui scilicet soluitur.

^f Al. paret. sic Cic. Est

¶ *De commodato.*

2 Item^his, cui res aliqua vtenda datur, id est commodaturⁱ, re obligatur, & tenetur cōmodati actione^k † Sed is^l ab eo, qui mutuum accepit, longè distat: nanque non ita res datur, vt eius fiat^m: & ob id de ea reⁿ ipsa † restituenda tenetur. Et is quidem qui mu-

autem Vetus cōdicendi formula. nam Veteres verbis simplicibus magis utebantur, vt tributoria actio pro distributaria. § Nisi locupletior factus. l. In pupillo. De solutio. ^h 3. species de commodato, ex d. l. 1. §. 1. De obl. Exod. cap. 22. ⁱ Olim pro pecunia propria dicebatur, vt Fronto ait, libro de Differentiis: & pro commodato ceterarum rerum dicebatur vtendum datum. ^k † Directa, habetq; contrariam contra commodatorem. ^l Mutui & commodati differentia duplex. ^m Facit l. Resp. ff. Commod. ⁿ Eudem prorsus & integra. l. 3. §. Si reddita. ff. Commod. ^o † Idcirco non commodantur res, quæ usu consumuntur, nisi ad pompam & ostentationem. l. 3. §. & l. De commo.

tuum accepit, si quolibet fortuito casu amiserit quod accepit: veluti incēdio, ruina, naufragio, aut latronum hostiūmve incurſu: nihilominus obligatus remanet ^a. At is qui vendendum accepit, sanè quidem exactam ^b diligentiam custodiendæ rei ^c præstare iubetur: nec sufficit ei tantam diligentiam adhibuisse, quantam suis rebus ^d adhibere solitus est, si modò alius diligentior poterat eam rem custodire: sed propter maiorem vim ^e, maiorēve casus nō tenetur ^f†: si modò non ipsius culpa is casus interuenerit, alioqui si id, quod tibi commodatum est domi, peregrè tecum ferre malueris, & vel incurſu hostium prædonūmve, vel naufragio amiseris: dubium non est, quin de restituenda ea re & tenearis. Commodata autem res tunc propriè intelligitur, si nulla mercede accepta vel cōstituta, res tibi vtenda data est. alioqui mercede interueniente, locatus tibi vsus rei videtur. Gratuitum enim debet esse commodatum.

¶ De deposito.

3 Præterea & is, apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, teneturq; actione depositi ^h†: quia & ipse de ea re ⁱ†, quam accepit, restituenda tenetur. Sed is ex eo solo te-

^a *Caius d. l. 1. §. 1. De obligat. habet permanet.*

^b *Caius ibi. legi exactissimam.*

^c *Non solum res commodata, sed etiam eius, quæ rem cōmodatā sequitur. l. Si & certo. §. vsq; adeo. Commod.*

^d *l. in re. ff. Commod.*

^e *Caius in l. Si merces. §. Vis maior. Locati vocat & & Clav. hūc locū explicat Paulus l. in reb. commo. & n. de descripi^o est.*

† *Regulariter, ex natura contractus. & Id est ea ipsa specie, nec sufficit eiusdem generis rem reddere, & ut in mutuo. ^h † Directa, ipse & erò habet actionem contrariam cum eo, qui deposuit.*

† *Quandoque de æstimatione. l. 1. §. & l. D. de pos. quandoque in duplum. §. in duplum. j. de actio. l. 1. D. de po.*

netur,

netur, si quid^a dolo^b † commiserit: culpæ autem nomine, id est, desidiæ ac negligentia^c †, non tenetur^d †. Itaque securus est, qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit: quia qui negligentiam amico^e rem custodiendam tradit, non ei, sed suæ facilitati id imputare debet.

¶ Depignore.

4 Creditor quoque^f, qui pignus accepit, re obligatur^g †: quia & ipse de ea re^h quam accepit, restituenda teneturⁱ † actione pignoratitia^k †. Sed quia pignus vtriusque gratia datur, & debitoris quò magis pecunia ei credatur, & creditoris quò magis ei in tuto sit creditum: placuit sufficere, si ad eam rem custodiendam, exactam diligentiam adhibeat: quam si præstiterit, & aliquo fortuito^l casu rem amiserit, securum esse, nec impediri creditum petere.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBUS.^m

TITVLVS XVI.

¶ Summa.

ritur, ex natura contractus. ^e Paul. in l. quod Nerua. Depo.
^f 5. species, de pignore. ^g † Ipsi vero debitor obligatur actione
 contraria ex nudo consensu. l. 1. De pign. actio. ^h Caius d. l. 1. §.
 Creditor. De oblig. legit, qui & ipse. Venditor autem non solum de
 re ipsa, sed fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, atque etiam
 de accessionibus omnibus. ⁱ † Si debito satisfactum fuerit. l. 9.
 §. omnis. eo. ^k † Directa. ^l Qui ab eo probari debet. gl. & Dd. in
 l. 4. C. De pigno. actio. W. ^m Paul. lib. 5. Sent. tit. 7. Caim Inst. 2.
 tit. 9. Conna. hic.

^a Deposita-
 rius doli tan-
 tum nomi-
 ne tenetur.
 l. 1. De obl. et
 l. 20. Depof.
 quia depo-
 nentis tan-
 tum gratia
 sit depositum,
 nisi aliter co-
 uenerit.

^b † Vellata
 culpa, qua
 coparatur
 dolo, l. quod
 Nerua. 32.
 D. depof.
 † Hac voca-
 tur culpa le-
 uis. l. mu-
 lier. 22. §. sed
 enim. D. ad
 Trebel. Hæc
 depositari^o
 non præstat:
 ergo multò
 minus leuis-
 simam.

^d † Regula-

^a *Hic locus ex Cato l. 1. §. Verbis. de obl. g. & act. b* *In Pādec. Flor. respon- su. sicut a- ctio dicitur ex stipula- tu. pro ex sti- pul. titioe. j. eo. nam & ceteres & iebā- tur supinis pro & verbalibus. c* *Vi promit- tis dare cen- tū aureos? & promittis mihi adifi- care insulā? d* *† Sub affirmatione tacitè continetur negatio, qua tamen ex- pressa est in §. & l. infrā h. t. e* *† Propria huius contractus datur & triticaria generaliter, ex quacunque causa aliud petitur, quàm pecunia numerata. l. 1. D. de tritic. act. f* *l. Si quis certū. Si cer. pct. g* *† Vide l. 74. §. 25. D. h. t. l. 6. D. De reb. cred. h* *† A- ctio ex stipulatu dicitur proprie, qua certum petitur: latius qua- cunque ex stipulatione oritur, etiamsi certum petatur, & cum di- citur dos repeti aetione ex stipulatu. i* *Veluti quicquid in agro tuo hoc anno nascetur. k* *Insolens & videretur hac locutio, nisi Ci- ce. pro Rab. Posth. & sum esse constaret. l* *Catellianus Cota ine- pte negat stipulum hac significatione reperiri apud Latinos, quū tamen Isidor. Etymolog. lib. 5. cap. 24. testetur. I. C. Paulum libro 5. Sent. tit. 7. ita scripsisse. m* *In Etymologiis quasi concessum est diuinare. Varro à stipo, & el stipando, & el supā: & t & Alc. & supā. l. 1. p. 29. cap. 39. † & in rubr. de Verborum obligatio. numero 24.*

Verbis ^a obligatio contrahitur ex inter- rogatione & responsione ^b, cūm quid dari ^c fieri ve ^d † nobis stipulamur. ex qua duę ^e † proficiſcuntur actiones, tam condictio ^f [certi] si certa ^g † sit stipulatio, quam ex stipu- latu ^h †, si incerta sit ⁱ, quæ hoc nomine inde vtitur ^k, quòd stipulum ^l apud veteres firmū appellabatur, fortè ^m à stipite descendens.

¶ De verbis stipulationum.

In hac re olim talia verba tradita fue- runt ⁿ *Spondes? Spondeo. Promittis? Promitto. Fidepromittis? Fidepromitto. Fideiubes? Fide- iubeo. Dabis? Dabo. Facies? Faciam.* Vtrūm autem Latina, an Græca ^o, vel qualibet alia lingua stipulatio concipiatur, nihil interest: scilicet si vterque stipulantium intellectum eius linguæ habeat. nec necesse est eadem

ⁿ *Spondes? Spondeo. Promittis? Promitto. Fidepromittis? Fidepromitto. Fideiubes? Fide- iubeo. Dabis? Dabo. Facies? Faciam.* Vtrūm autem Latina, an Græca ^o, vel qualibet alia lingua stipulatio concipiatur, nihil interest: scilicet si vterque stipulantium intellectum eius linguæ habeat. nec necesse est eadem

Forma stipulationum. o *Hunc locum interpretatur Vlp. l. 1. §. & l. i. ff. eod. m.*

lingua

lingua vtrunque vti, sed sufficit congruenter ad interrogata respondere. Quineriam duo Græci Latina lingua obligationem contrahere possunt. Sed hæc solemnia verba olim quidem in vſu fuerunt: postea autem Leonina^a constitutio lata est, quæ solemnitate verborum sublata, sensum & consonantem intellectum ab vtraque parte solum desiderat, quibuscumq; tandem verbis expressum est.

¶ *Quibus modis stipulatio fit. De stipulatione pura, vel in diem.*

2 Omnis stipulatio aut purè, aut in diè^b, aut sub conditione fit. Purè: veluti, *Quinque aureos dare spondes?* Idque confestim^c peti potest. In diem: cum adiecto die, quo pecunia solvatur, stipulatio fit: veluti, *Decem aureos primis Calendis Martiis dare spondes?* id autem quod in diè stipulamur, statim quidem debetur: sed peti priùs, quàm dies venerit, nõ potest. at ne eo quidem ipso die, in quem stipulatio facta est, peti potest: quia totus is dies arbitrio^d solventis tribui debet. neque enim certum est eo die, in què promissum est, datum non esse, priusquam is præterierit.

3 At ita stipuleris, *Decem aureos annuos, quoad vinam dare spondes?* & purè^e facta ob-

† *Verum ex stipulatione hodie dari, hodie peti potest, quia hic dies adijcitur pro stipulatore. l. liber homo. 118. §. 1. eod.* ^c *Quoniam ex ea primo anno peti pöt, Theophi. siue in annos singulos, siue quotannis idem est, & semper obligatio pura est, & simile legatum. l. nec semel. ff. Quando dies leg. ced. l. Cuiac.*

^a *l. omnes. C. De contra. stip. Vet. leg. Leoniana, & in l. cum leg. C. de eps. & cl. r.*

^b *Id est, incipit ex die, non desinet in diè, quod esset contra naturam obligationis. j. eo. §. prox.*

^c *Quod cum quodam temperamento accipi oportet. l. Quod dicimus. De solut. † §. & l. j. de iusti. stipul.*

^d *An s. solvere velit necne. Nam dies adiectio, aut Vlp. pro reo non stipulatore adijcitur. l. Eum qui. §. ult. hoc tit.*

Hoc est, perpetuā parit actionē.

^b *Fac. l. Obligationum ferē. De oblig. † l. eum qui ita. § 6. §. qui ita. D. h. t.*

^c *Duar. 1. Diss. cap. 15. Ea autē conditio ex Quiritum consuetudine fluxit, qui precaturi, aut sacrificaturi cum Pontifice in Capitolium conscendebāt. Horat. 2. Car.*

^d *Quia quādiu suam, semper contingere poterit, et in Capitolium*

ascendam. at cū fatis cessero: quod fuero stipulatus, heredibus meis debetur, quod certū sit me in Capitolium nunquā cōscensurū. Theo. † l. cedere diē. 213. D. de verb. sign. † Aliud de legato conditionali, quod ante cōditionis euentū mortuo legatario ad heredes non transit. Ferrer. hic. † Quod cōmittitur arbitrio iudicis. l. cōtinuus. 137. §. cū ita. D. h. t. † Aliud in testamento, quod nō vitiat impossibilis conditio. l. Si mihi & tibi. De leg. 1. † §. impossibilis. §. de her. inst. † Exc. ex l. & l. §. si inter eos. D. h. t.

ligatio intelligitur, & perpetuatur^a: quia ad tempus non potest deberi^b. sed heres petendo, pacti exceptione submouebitur.

De conditione.

4 Sub conditione stipulatio fit, cū in aliquem casum differtur obligatio: vt, si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio: veluti, *Si Titius Consul fuerit factus, quinque aureos dare spondes?* Si quis ita stipuletur, *si in Capitolium^c non ascendero, dare spondes?* perinde erit, ac si stipulatus esset, cū moreretur^d, sibi dari. Ex condicionali stipulatione tantū spes est^e † debitum iri: eamque ipsam spem in heredem trāsmittimus^f, si prius quā conditio extet, mors nobis contigerit.

De loco.

5 Loca etiam inseri stipulationi solent: veluti, *Carthagini dare spondes?* Quæ stipulatio licet purè fieri videatur: tamen rei ipsa habet tempus^g † adiectum, quo promissor vtatur ad pecuniam Carthagini dandam. Et id eo si quis Romæ ita stipuletur, *Hodie Carthagini dare spondes?* inutilis erit stipulatio: cū impossibilis^h sitⁱ † repromissio.

De conditione ad tempus præsens, vel præteritum relata.

6 Conditiones^a, quæ ad præsens vel præteritum tempus referuntur, aut statim infirmant^b obligationem, aut omnino non differunt. veluti, *Si Titius Consul fuit: vel, Si Manius vivit, dare spondes?* Nam si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio. sin autem ita se habent, statim valet. Quæ enim per rerum naturam^c sunt certa^d †, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint.

¶ *Quæ in stipulatum deducuntur.*

7 Non solum res in stipulatum deduci possunt, sed etiam facta: vt si stipulemur aliquid fieri, vel non fieri. & in huiusmodi stipulationibus optimum erit pœnam^e subiicere, ne quantitas stipulationis in incerto sit, ac necesse sit actori probare, quod eius inter sit. Itaque si quis, vt fiat aliquid, stipuletur: ita adijci pœna debet, *Si ita factum non erit, tunc pœna nomine decem aureos dare spondes?* Sed si quædam fieri, quædam non fieri, vna eademque conceptione stipuletur quis, clausula huiusmodi erit adijcienda, *Si aduersus ea factum erit, sine quid & ita factum* certa sunt, quædam incerta. Incertitudinis causa, vel est in re ipsa, qua a nemine sciri potest, vt, si Imperator cras viuet, vel in nobis, id est, in stipulantibus, vt, si Imperator hodie viuit, si heri viuebat. Prior incertitudo differt obligationem, posterior nõ differt. l. cum ad præsens. 37. §. l. seq. D. de reb. cred. l. si pupillus. 9. §. 1. de nouat. In quibus factum versatur. §. l. §. lti. De prator. stip. §. Vt superioribus stipulationibus continetur. Theoph. habet, si quid eorum factum non erit.

^a Hic locus ex l. Condicio. hoc titu.

^b l. Cum præsens. ff. Si certum petat.

^c Abusiuè pro tollunt. Modestini. l. Condicio hoc titu. habet perimunt:

^d *quansis re vera nulla fuerit & nunquam obligatio.*

^e Vide penult. cap. 2. nõdè epulw.

^f † Omnia natura sunt certa, saltem cum fiunt. l. sed §. si. 28. de iudic. sed nobis quædam

non fuerit, tunc pœna nomine decem aureos dare spondes?

^a Dicuntur duo rei etiã

ex aliis contract. l. eandẽ. 9. D. h. t.

^b Reus stipulandi, reus credẽdi, reus debendi, l. si duo. De recept. arti. reus satisfãdi, reus satisf accipiendi. l. qui hominem. §. quidam. De solut. I. C.

^c Non. Marcellus Reos dici & ult. nõ solũm criminis obnoxios, sed & ori & promissi debitores. Cic.

3. De Orat. Reos appel-

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI, & promittendi^a †.

TITVLVS XVII.

¶ Quibus modis duo rei fieri possunt.

ET stipulandi & promittendi^b duo, pluresve rei^c fieri possunt. Stipulandi ita, si post omnium interrogationem promissor respondeat, *Spondeo*: vt putã cum duobus separatim stipulantibus ita promissor respondeat, *Vtrique vestrũ dare spondeo*^d. Nam si prius Titio sponderit, deinde alio interrogante spondeat, alia atque alia erit obligatio, nec creduntur duo rei stipulandi esse. Duo pluresve rei promittendi ita fiunt, *Mani, decem aureos dare spondes?* &, *Sei, eosdem decem aureos dare spondes?* si respondeant singuli separatim *Spondeo*.^e †.

¶ De effectu huiuscemodi stipulationum.

i Ex huiuscemodi obligationibus & stipulationibus solidum singulis debetur, & prolo (*inquit*) nõ eos modò, q̄ arguãtur, sed oēs quorũ de re disceptatur. Reus ergo dicitur à re. ^d Dummodo nullus medius actus interueniat, sed modicum sit intervallũ. l. Duos reos. De duob. reis.

^e † Vel *spondemus*. l. 4. D. h. t. ^f Cum dixerit, ex obligationibus frustra adijcit, & stipulationibus: quare leg. stipulantibus: ideoq̄ recte Theoph. habet, ex singulis stipulantium, τῶν ἐπερωτῶντων ἐκαστῆ, non autem ἐπερωτησέων. † Vulg. lectio *substineri* potest. neque n. subijcitur species generi, & quidã putãt: cum stipulatio sit contract. l. 9. §. quonia. D. de reb. cred. l. 3. §. idẽ scribit. de pecul. l. 83. p. de verb. oblig. obligatio verò eius effectus. §. sequens. §. de oblig.

mitten-

mittentes singuli in solidum tenentur^a. In v^a ^{Fac. l. 2. &} ^{3. ff. & l. 2. C.} ^{ead.} traque^b † tamen^c obligatione vna res vertitur: & vel alter debitum accipiendo^d vel alter soluendo, omnium perimit obligationem, & omnes liberat.

¶ *Destipulatione pura, & de die & conditione.*

2 Ex duobus^e reis promittendi, alius pure, alius in diem, vel sub conditione obligari potest: nec impedimento erit dies aut conditio, quò minus ab eo, qui pure obligatus est, petatur^f.

DE STIPVLATIONE
seruorum.

TITVLVS XVIII.

¶ *An seruus stipulari possit.*

SERVVS ex persona^h dominiⁱ † ius stipulandi habet. Sed & hereditas in plerisque^k personæ defuncti vicem sustinet: ideoq; quod seruus hereditarius ante aditam hereditatem stipulatur^l, acquirit hereditati, ac per hoc etiã heredi postea facto acquiritur.

^b οἰκίεται ἀπὸ σωποῖ, &c. Theoph. Vide l. serui. De regul. iur.
ⁱ † seruus ex sua persona ius stipulandi non habet. est enim stipulatio iuris ci. §. de constituta, infra de actio. quo iure seruus habetur pro mortuo. l. quod attinet. D. de reg. iur. Ex persona igitur domini stipulatur: quia domini voce loqui videtur. §. post mortē. J. de iur. stip. cum sit quasi pars quædam domini. Arist. l. πολιτ. 4. ὁ δὲ δῆλος, μέρος τι τῷ δειπότε, οἷον ἐμψυχόν τι τῷ σώματος κεχωρισμένον. ^k Hermog. in l. hereditas. 61. De acquir. rer. domin. habet, in multis partibus iuris. ^l Generaliter, & (ut ait Theoph.) ἀορίσως. l. si ex re. §. illud. ff. hoc titul. Secus si heredi futuro. l. seruus. eodem.

^b † Et vna obligatio de ci pot, quia vna est res.

^c & dua, quia sunt duores.

^d l. 9. §. & l. 1. 13. eo.

^e Aliàs enim, & melius. Vide Nouell. 99.

^f Atque etiam acceptū ferendo. l. 3.

§. Nunc. De lib. leg.

^g Ex Flor. l. 70. ff. eod.

^h Solidum. f. debitum.

ⁱ Al. Destipulationib. seruorum.

¶ *Cui acquirat. De persona, cui stipulatur: & de stipulatione impersonali.*

^a *Itē & fra-
tri in eius-
dem patris
potestate cō-
stituto.*

^b *Plaut. in
Pseud.*

^c *Hoc est, ex
re patris, ait
Theophil.
Vide Con.*

^d *Regu. est
Paul. l. 44.
De cond. &
demonst.*

^e *† Sub. col-
latū in per-
sonam ser-
ui. l. 38. §. hi
qui. D. de
verbo. oblig.
quod exem-
plum quoq;
hic subiectū
docet.*

1 Siue autem domino, siue sibi, siue con-
seruo suo^a, siue impersonaliter^b seruus sti-
puletur: domino acquirit. Idem iuris est & in
liberis, qui in potestate patris sunt, ex quibus
caussis^c acquirere possunt.

De stipulatione facti.

2 Sed quum^d factū^e † in stipulatione cō-
tinebitur, omnimodo persona stipulātis cō-
tinetur: veluti si seruus stipuletur, vt sibi^f ire
agere liceat & † ipse enim tantūm prohiberi
non debet, non etiam dominus eius^h.

De seruo communi.

3 Seruus communis stipulando, vnicui-
que dominorum pro portione dominijⁱ †
acquirit: nisi iussu vnus eorum, aut nomi-
natim alicui eorum stipulatus est^k †. tunc e-
nim soli acquiritur. Quod seruus communis
stipulatur^l, si alteri ex dominis acquiri non
potest^m, solidū alteri acquiritur. veluti si res,
quam dari stipulatus est, vnus domini sit.

^k *Sed si stipuletur vti domino agere liceat, valet stipulatio: & do-
minus ipse ex ea agere poterit, & ire. † Hoc casu factum manet
in persona serui. d. l. 38. §. hi qui. de ver. oblig. l. 44. de cond. & demōst.
ius tamen domino acquiritur. non vt ipse eat, sed vt seruum mit-
tendi, & per eum ius eundi habeat. ^h Nam facta personali a sunt,
eoq; in dominum non transeunt, l. qui heredi, 44. de condi. & de-
monst. W. ⁱ † Quia dominium est causa acquirendi. ^k † Si iussu
vnus, alteri stipuletur: cui acquireret? Placet Azonis sentētia: vt
ita demū acquiratur ei, qui iussit, si nominatim sibi stipulari iussit,
non itē si simpliciter iussit. & Vera est eorū nota, qui in hoc sen-
su accipiūt. l. vl. C. per quas pers. no. acq. ^l Simpliciter, nō nomina-
tim aut ex iussu, W. ^m Vt serui^o fūdi vni^o domini, l. proinde. 7. e. ff.*

DE DIVISIONE STIPULATIONUM.

TITVLVS XIX.

¶ *Diuisio.*

STIPVLATIONVM alia sunt iudiciales, alia^a ¶ Prætoria^b, alia conuentionales, alia communes tam Prætoria, quàm iudiciales.

¶ *De stipulationibus iudicialibus.*

1 Iudiciales^c sunt duntaxat, quæ à^d mero^e ¶ iudicis officio proficiuntur: veluti de dolo cautio, vel de persequendo seruo, qui in fuga est, restituendove pretio.

¶ *De prætoriiis.*

2 Prætoria sunt, quæ à mero Prætoris officio proficiuntur: veluti damni infecti, vel legatorum. Prætorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, vt in iis etiam contineantur Ædilitia: nam & hæ à iurif-

^a ¶ Imò iudicialis stipulatio est species prætoris. l. 1. p. D. de stip. præto. Sed prætoris tibi opponitur civilis: hæ conuentionali, & iudiciali. Præterea iudicialis tibi dicitur, quæ sit propter iudicium: hæ, quæ ab officio iudicis proficitur.

Et harum prætoriarum alia iudiciales, cautionales, communes. In qua subdiuisione aliter iudiciales definiuntur, aliter in hac summa diuisione. Vid. l. 1. De præto. stipu. Paul. libro 5. Sent. cap. 9. ^c Duar. ad l. 5. De verborum obligationib. Unde hæ locus ad verbum descriptus est. ^d Id est, solo. Theoph. Veritit uōvov. ^e ¶ Sic dicitur merum officium prætoris. §. proximo. in fr. à & merum imperium. l. 3. D. de iurif. mera pœna. l. 5. n. §. & l. i. m. si quis ius dicenti non obtemperauer. merum ius gentium. l. 31. deposita. mera ratio. l. 22. §. si hi. mand. ^f Vide exemplum apud Theophilum.

^a † *Aldeest* dictione Pratoris ^a † veniunt ^b.

Verbū Pratoris. *Et in l. 5. de Verbor. oblig. Theophil. legit, à iurisdictione Ædiliū.*

¶ *De conuentionalibus.*

^b *Nam iurisdictione pratoria, siue ius pratoriū appellatur omniū magistratuum iurisdictione: Et multis exēplis docet Con. lib. 2. subseciua. c. 19.*

3 Conuentionales sunt, quæ ex conuentione vtriusque partis^c concipiuntur: hoc est, neque iussu iudicis, neque iussu Pratoris^d, sed ex conuentione contrahentium: quarum totidem genera sunt, quot (penè dixerim) rerum contrahendarum.

¶ *De communibus.*

^c *Id est, reorū: Et Pōp. d. l. 5. habet, Veteri scilicet Verbi significatu & generali.*

4 Communes^e sunt: veluti rem saluam fore pupillo (nam & Prator iubet rem saluam fore pupillo, caueri: & interdum iudex, si aliter hæc res expediri non potest) vel de rato^f † stipulatio. 3.

DE INVTILIBVS STIPV-
lationibus^b.

TITVLVS XX.

¶ *De his, quæ sunt in commercio.*

OMNIS res, quæ dominio nostroⁱ † subiicitur, in stipulationem deduci potest, siue illa mobilis sit, siue soli^k.

^d *Contine-*

bantur etiam Tribunitia. I. C. e Vet. stipulationes. f † Hæc dicitur iudicialis in l. 1. p. D. De stip. prat. Sed in alio sensu ibi accipitur iudicialis, Et supra exposui, quare non est sur recedamus à lect. Vulg. 8 Fortè legendum, vel duplæ stipulatio: Et in d. l. 5. nam stipulationem rati Vlp. inter iudiciales refert. l. 1. De prat. stip. Quidam codices postrema hæc Verba non habent. h Caius 2. Instit. titul. 9. i Nam Et si acquisitio dominij non est effectus stipulationis, ferè tamen est eius finis, k Id est. immobilis. Seneca libro 1. Nat. quæst. ait proprium esse Verbum Iurisc.

¶ *De his, quæ non sunt.*

1 At si quis rem, quæ in rerum natura nõ est aut ^a† esse non potest, dari stipulatus fuerit: veluti Stichum, qui mortuus sit, quem viuere credebat: aut hippocentaurum, ^b qui esse non possit: inutilis erit stipulatio.

^a † *Vel accipit particulam disiunctiuam pro coniuunctiuâ. Vel nõ esse intelligit, quod esse desit: nã*

¶ *De his, quæ non sunt in commercio.*

2 Idem ^c iuris est, si rem sacram, aut religiosam, quã humani ^d iuris esse credebat ^e†: vel [rem] publicam ^f†, quæ vsibus populi perpetuò exposita sit, vt forum, vel theatrum: vel liberum hominem, quem seruum esse credebat: vel cuius [rei] commerciũ non habuerit ^g vel rem suam dari ^h† quis stipuletur. Nec in pendentia ⁱ† erit stipulatio ob id, quòd publica res in priuatam deduci, & ex libero seruus ^k fieri potest, & commercium adipisci stipulator potest, & res suas stipulatoris esse definire potest: sed protinus inutilis est ^l. Item contra, licet initio vtiliter res ^m in stipulatum deducta ⁿ sit: si tamen postea in aliquam eorum causam, de quibus supra

res futura in stipulatũ deducuntur. l. 73. de Ver. oblig.

^b *Lucret. li. 5. Galen. lib. 3. De vsu par. Tull. 2. De na. Deo.*

1. Tus. hippocentaurũ esse non posse affirmat.

Plin. contra lib. 7. cap. 3.

^c *Ex Paul. l. Inter stipulatẽ. §. sacrã. De Ver-*

borum significationib. d Hoc opponit diuinis, vt l. 1. Dererum d. ni. Wes. e † Multò minùs valet stipulatio, si sciebat non esse humani iuris. f † Id est, & inuersitatis. g Stipulator scilicet non promissor. l. Multum in cret. 34. De Verborum significatione.

^b *† Sed stipulatio, rem suam restitui, valet. l. nemo. 82. de Verbor. obligatio. i † Quia est pura. k. Inhumanum esse ait Vlp. d. l. Inter aduersam fortunam hominis liberi spectari. l. Quia initio non valuit, ex post facto non confirmatur. m Quæ sit in commercio. W. n Vt stipulatio valeat initio. W.*

^a *Idest, sine culpa, vel mora promissoris.*

^b *Vulgò hic ad not. Etia quod à principio valuit, si ad eum casum perueniat, à quo initium sumere nequit, & titiari. l. existimo. de Verborum obl.*

^c *Talem enim casum liberi hominis ominari non minus improbum est, quam mortem alicui portendere. d. l. inter. §. sacram. v.*

^d *Aliud iuris est in his*

dictum est, sine facto^a promissoris deuenit, extinguitur^b stipulatio. At nec statim ab initio talis stipulatio valebit, *Lucium Titium, cum seruus^c erit, dare spondes?* & similia. quæ enim natura sui^d†, dominio nostro exempta sunt, in obligationem deduci nullo modo possunt.

¶ *De facto, vel datione alterius.*

2 Si quis^e alium daturum, facturumve quid promiserit, non obligabitur, veluti si spondeat Titium quinque aureos daturum. Quòd si effecturum se, vt Titius daret, sponderit, obligatur^f†.

¶ *De eo, in quem confertur obligatio, vel solutio.*

4 Si quis^g alij^h quam ei, cuius iuri^b subiectus sit, stipuletur: nihil agit. Planè solutioⁱ etiam in extraneam personam conferri potest: veluti si quis ita stipuletur, *Mihi aut Seio dare spondes?* vt obligatio quidem stipulatori acquiratur, solui tamen Seio, etiam inuito eo^k, rectè possit, vt liberatio ipso iure cõtingat: sed ille^l aduersus Seium habeat mandati

qua per accidens non possunt acquiri, puta, quia sunt stipulatoris. l. 31. l. 98. de Verbo. obl. ^c Ex d. l. inter stipulantem. Fac. l. stipulatio ista. ff. eo. ^d † In id quod interest. l. 72. de Verb. obl. Hanc tamen distinctionem non in omnibus stipulationibus locum habere constat. l. 81. eod. 18. r. a. rem hab. ^e d. l. Stipulatio ista. ^f Patri vel certè domino. excepta tamen dotis causa. l. Caius. Solut. matri. ^g l. Pater. C. de pact. conueat. ^h Hunc locum interpretatur Caius, l. Solut. §. si ita. De Verb. obl. ⁱ Stipulatore scilicet. † Qui nondum petijt. l. 57. de Solut. ^k Stipulator.

^a † actio-

† actionem. Quòd si quis sibi^b, & alij, cuius iuri subiectus non sit, dari decē aureos^c † stipulatus est, valet quidem stipulatio. sed vtrūm totum debeat stipulatori, quod in stipulationem deductum est. an verò pars dimidia, dubitatum est. sed placuit, non plus, † quàm dimidiam partē ei acquiri. Ei verò, qui iuri tuo subiectus est, si stipulatus sis, tibi acquiris^e †: quia vox tua tanquam filij sit, sicuti & filij vox tanquam tua^f intelligitur in his rebus, quæ tibi acquiri possunt^g †.

^a † Quod & tacito consensu cōtrahitur. l. 6. §. si passus. l. 18. D. mand.

^b Ex Pomp. l. Si mihi & Titio. de Verbor. oblig.

^c † Hac stipulatio est diuidua.

Ex stipulatione indiuidua solidum stipulanti acquiritur. arg. l. 5. D. comm. prad. & l. 64. de contrah. empt.

^d † In cōtra-

¶ De interrogatione & responsione.

§ Præterea inutilis est stipulatio, si quis ad ea, quæ interrogatus fuerit, non respondeat^b veluti si quis decem aureosⁱ † à te dari sibi stipuletur, tu quinque promittas, vel cōtrà: aut si ille purè stipuletur, tu sub conditione promittas, vel cōtrà: si modò scilicet id exprimas, id est, si cui sub conditione, vel in diem

etibus igitur non est locus iuri accrescendi, Et in ultimis voluntatibus. † Ita et filio solus non possit. l. 56. §. qui sibi. de Verbor. oblig. † Patris filijq; persona penè eadem est. l. & l. C. de impub. & al. sub. l. cum scimus. §. ult. De agric. & censit. Arist. in Politic.

^e † Ergo in his, quæ sunt iuris, non in his, quæ sunt facti. l. 130. de Verbor. oblig. ^h Nisi stipulationis diuersitas illico placuerit. l. 1. §. cum adijcitur. De Verbor. oblig. Vnde hic locus scriptus est. Vlp. contr. l. 1. §. si stipulanti, illo tit. Caius 2. Instit. tit. 9. Duar. in d. l. 1. & Conna. lib. 6. c. 1. ⁱ † Hac stipulatio non est prorsus inutilis: quia cum in maiori summa in se minor, valet in quinque, in quib. aptè & ad interrogationem responsum est: in reliquis quinque non valet. l. 1. §. si stipulanti. de Verbor. oblig. Quod ergo hic dicitur, non valere, intelligendum est, quatenus non est aptè responsum. Similiter explicatur, quòd dicitur denegari actionem, si quis excesserit fines mandati, in §. is qui exequitur. infra de manda.

stipulanti, tu respōdes, *Præsenti die spondeo*. Nam si hoc solūm respōdeas, *Promitto*: breuiter videris in eandem diem, vel conditionem spondidisse. Neque enim necesse est in respondendo eadem omnia repeti, quæ stipulator expresserit.

¶ *De his qui sunt, vel habent in potestate.*

^a † *Non parit actionē, neque obligationē civilem, sed obligationē naturalem.*

^b *l. Actiones. De oblig. & actio. l. Lis. de iud.*

^c *l. Tam ex contractib. Vbi quis age. Vel conu. deb.*

^d *l. i. §. Mutuum. De oblig. Unde videtur esse descriptus hic locus.*

^e *Ex Paul. l. In negotiis dereg.*

^f *De contractu accipe, non autem testamento. § Cic. 3. Offi. & 3. de nat. deor. De lege Lætoria. Capitol. in Anton. Philo. Suet. quæ cauebatur minorem 25. annis promittere. Alc. nap. lib. 6. cap. 16.*

6 Item inutilis^a † est stipulatio, si vel ab eo stipuleris, qui tuo iuri^b subiectus est, vel si is à te stipuletur. Sed seruus quidem non solūm domino suo obligari non potest, sed ne quidem vlli alij. filij verò familiarum^c aliis obligari possunt.

¶ *De mutuo & surdo.*

7 Mutuum^d neque stipulari, neque promittere posse palàm est: quod & in surdo receptum est: quia & is, qui stipulatur, verba promittentis, & is qui promittit, verba stipulantis audire debet. vnde apparet, non de eo nos loqui, qui tardiùs exaudit: sed de eo, qui omnino non audit.

¶ *De furioso.*

7 Furiosus^e nullum negotium^f gerere potest: quia non intelligit, quod agit.

¶ *De impubere.*

9 Pupillus omne negotium rectè gerit: ita tamen, vt, vbi tutoris authoritas^g necessaria sit, adhibeatur tutor: veluti si ipse obligetur: nam alium sibi obligare etiam sine tuto-

ris à authoritate potest. Sed quod diximus de pupillis, utique de iis verum est, qui iam habent aliquem intellectum. nam infans, & qui infantia^a proximus est, nō multum à furioso distant: quia huiusmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. Sed in proximis infantia, propter utilitatem eorum, benignior iuris interpretatio facta est: ut idem iuris habeant, quod pubertati proximi. Sed qui in potestate parentis est impubes, ne authore quidem patre^b obligatur^c †

¶ De conditione.

10 Si impossibilis^d conditio obligationibus adijciatur, nihil valet^e stipulatio. Impossibilis autem conditio habetur, cui natura impedimento est, quò minùs existat: veluti si quis ita dixerit, *Si digito calum attigero, dare spondes?* At si ita stipuletur, *Si digito calum non attigero, dare spondes?* † pure facta obligatio intelligitur, ideoque statim peti potest.

¶ De absentia.

11 Item verborum obligatio inter ab-

minor auctoritas patris, quam tutoris. merito, cum impubes patri, pupillus sibi acquirat: & pater non obligetur filio, ut tutor pupillo. ^a *Ex Pau. l. Impossibilis. De Verbor. oblig.* ^c *Idem est in contractibus etiam bona fidei. l. Non solum. De obligatio. & actio. at non in testamento. §. Impossibilis. De hered. insti. it.* ^f *Quia hæc conditio de futuro necessaria & vera, tam in rerum natura, quam apud nos, non suspendit conditionem. nam cuius affirmatio impossibilis, eius negatio est necessaria. Arist. 1. 1. de Æt. & m. c. pe.* † *Huiusmodi stipulatio ita demum valet, si penalis non sit. l. 69. de Verb. obl.*

^a *Infantia proximus est, qui infans esse nuper desist.*

Ant. Aug. li. 3. emē. c. 9. Fa. l. Infanti. C. de iure delib. Dnar. add. l. 1. De Verbor. obligatio.

^b *Caius in d. l. Slti. §. 1. De Verb. obl. Ratio hæc est, quia patris potestas non ad contrahendas obligationes pertinet, ut tutoris auctoritas.*

^c † *Est igitur hoc casus*

^a † *Nā* Ver-
ba sunt pra-
sentium tā-
tūm sicut li-
tera absen-
tium. Ouid.

1. de Ponto.
8. *Littera*
pro verbis
tibi Messa-
line salutē.
Improprie
tamen di-
cuntur Ver-
ba absenti-
um. Ut apud
eundem au-
ctorem eo-
dem libro e-
leg. 6. & lib.
2. eleg. 5. &
lib. 3. eleg. 4.
^b l. Optima.

C. de contra-
hen. & com-
mis. stipul.
† *Qua* ta-
men in Cod.
inscribitur
Ioanni PP.
^c Fac. l. Ea
qua. De do-

natio. inter Vir. & l. 2. & 4. De sponsa. ^d † *An* duo testes suffi-
cient? l. Vbi. de testibus. Sed eandem *Vir* habebit scriptura con-
traria. l. in exercendis. 15. C. de fide instrumentor. Ergo requirun-
tur tres vel quatuor testes, ut auctoritas instrumenti superetur.

Probatio negativa arctata loco & tempore: de qua in l. ado-
ptiuam. C. de prob. & semel. ^e Fac. l. Scrupulosam, de committend.
stipula. C.

fentes ^a † concepta, inutilis est. Sed cū hoc
materiam litium contentiosis hominibus
præstabat, fortè post tempus tales allegatio-
nes opponentibus, & non præsentibus fuisse,
vel se vel aduersarios suos contendentibus:
ideo nostra constitutio ^b propter celerita-
tem dirimendarum litium introducta est,
quam ad Cæsarienses aduocatos scripsimus:
per quam disposuimus tales scripturas ^c, quæ
præstò esse partes indicant, omnino esse cre-
dendas: nisi is, qui talibus vtitur improbis al-
legationibus, manifestissimis probationi-
bus, vel per scripturam, vel per testes ^d † ido-
neos approbauerit, toto eo die, quo confi-
ciebatur instrumētum, sese vel aduersarium
suum in aliis locis ^e fuisse.

¶ *De stipulatione post mortem, vel pridie
quam alter contrahentium
moriatur.*

12 Post mortem *f* suam dari sibi nemo
stipulari poterat non magis quàm post eius
mortem, à quo stipulabatur. Ac nec is, qui in
alicuius potestate est, post mortem eius sti-
pulari poterat: quia patris vel domini voce
loqui videretur. Sed & si quis ita stipuletur,

Pridie

Pridie quàm moriar^a, vel *Pridie quàm morieris, dare spondes?* inutilis erat stipulatio. Sed cum (vt iam dictum^b est) ex consensu contrahentium^c † stipulationes valeant: placuit nobis etiam in hunc iuris articulum necessariam inducere emendationem, vt siue post mortem, siue pridie quàm moriatur stipulator, siue promissor, stipulatio concepta sit: stipulatio valeat.

¶ *De praposteratione.*

13 Item si quis ita stipulatus erat, *Sinavis [Cras^d] ex Asia venerit, hodie dare spondes?* inutilis erat stipulatio, quia praposterè concepta est^e. Sed quum Leo^f in clytæ recordationis in dotibus eandem stipulationem, quæ prapostera nuncupatur, non esse reijciendam existimauerit: nobis placuit, & huic perfectum robur accommodare: vt non solum in dotibus, sed etiam in omnibus valeat huiusmodi conceptio stipulationis.

¶ *De stipulatione collata in tempus mortis.*

14 Ita autem stipulatio concepta, veluti si Titius dicat, *Cum moriar, dare spondes?* vel *Cum morieris:* & apud veteres utilis erat^g, & nunc valet.

prapostera: quoniam ex stipulatione, hodie dare spondes? statim peti potest. l. 118. §. 1. de verbor. obligationibus. ^e Propterea quòd datio euentu conditionis prior esse non debeat, sed posterior.
^f Hac excidit, sed eius fit mentio in l. praposteri. C. de test.

^g Cur ita: quum pridie quàm moriar, vel post mortem nõ valeat? An quia viuentes morimur, & ultimo vitæ momento hæc conditiones impleri possunt, auctore Papiniano. l. 61. de cõd. inst. A. C.

^a Theophil.
hic & Pau.
Sent. 5. tit. 7.
Unde hic lo-
cus petitus
est. Fac. l. 1.
C. de cōtrah.
stipul.

^b Sine dis-
iūctina vel,
& Stichum,
Pamphilū,
Danū, &c.

^c † In quib.
solum^o ob-
ligari.

^d Barod. l.
72. De pro-
curator. hic
autem locus
ex Vlp. peti-
tus est. d. l.
Stipulatio.
§. alteri.

^e Not. l. Cu.
promissoris
hic & stipu-
latoris di-
uersam esse
causā. Re^o
namq; pro-
mittedi est
is, qui pro

altero quid promittit. j. de fideiuss. in prin. Reus stipulandi nō est
is, qui alteri ad stipulatus est, quod ex Aelio Gallo Verrius Flaccus,
aut Sex. Pomp. Fest. refert, lib. 17. ^f Ratio à causa finali. ^g Vel
non detur: antithesis enim eiusmodi semper inest. l. 2. De Verbor.
oblig. Wes. ^h † Pecuniariter: nam ratione affectionis interesse po-
test. l. 7. de ser. expor.

¶ De stipulatione, post mortem
alterius.

15 Item post mortem alterius rectè sti-
pulamur.

¶ De promissione scripta in instru-
mento.

16 Si scriptum ^a in instrumento fuerit
promisisse aliquem: perinde habetur, atque
si interrogatione præcedente responsum sit.

¶ De pluribus rebus.

17 Quoties plures res ^b vna stipulatione
cōprehenduntur, si quidem promissor sim-
pliciter respondeat, *Dare spondeo*, propter
omnes tenetur. Si verò vnam ex his vel quæ-
dam daturum se sponderit: obligatio in
iis, pro quibus sponderit, contrahitur. Ex
pluribus enim stipulationibus vna, vel quæ-
dam videntur esse perfectæ. singulas enim
res stipulari, & ad singulas ^c † respondere de-
bemus.

¶ De pœna adiecta stipulationi,
alij dari.

18 Alteri ^d stipulari (vt suprâ dictum est)
nemo potest. Inuentæ ^e enim sunt huiusmo-
di stipulationes ^f vel obligationes ad hoc, vt
vnusquisque acquirat sibi quod sua interest.
cæterum si alij detur ^g, nihil interest ^h † stipu-

litoris.

litoris. Planè si quis velit hoc facere, pœnam stipulari^a conueniet: vt nisi ita factum sit, vt est comprehensum, committatur pœnæ stipulatio etiam ei^b, cuius nihil interest. Pœnam enim cùm stipulatur quis, non illud inspicitur, quod inter sit eius, sed quæ sit quantitas in conditione stipulationis^c †. Ergo si quis ita stipuletur *Titio dari?* nihil agit. sed si adiecerit pœnam, *Nisi dederis, tot aureos da-respondes?* tunc committitur stipulatio^d †.

¶ *Si inter sit eius, qui alij stipulatur.*

10 Sed^e & si quis stipuletur alij, cùm eius interesset, placuit stipulationē valere. Nam si is, qui pupilli tutelam administrare cœperat^f †, cesserit administrationem contutori suo, & stipuletur rem pupilli saluam fore: quoniam interest stipulatoris fieri, quod stipulatus est, quum obligatus futurus sit pupillo, si malè res gesserit^g †: tenet obligatio.^h † Ergo & si quis procuratori suo dariⁱ stipulatus sit, habebit vires stipulatio. Et si creditori suo quis stipulatus sit, quod sua interest: ne fortè vel pœna committatur, vel prædia distrahantur, quæ pignori data erant: valet stipulatio^k †.

^a † Al. cesserit. ^h † *Et acquiritur actio stipulanti. pupillus Verò securus est, cui caustum fuit ante administrationem ceptam.*

ⁱ *Ad reficienda fortè adificia, & fundum colendum. Theophil. hætenus de stipulatione qua in dando consistit.* ^k † *Ex qua datur actio stipulanti, non creditori. l. cùm res. 22. C. de don.*

^a *Sibi scilicet non alteri. l. arbitri intra. Derecep. arb.*

^b *Putat stipulanti.*

^c † *Id est, Quæ sit quantitas deducta in stipulatione pœnalem, quæ quidem stipulatio est conditionalis.*

^d † *Pœnalis scilicet: non prior, quæ promissum est, Titio dari.*

^e *Ex Vlp. d. l. Stipulatio. §. Si stipul.*

^f † *Ante administrationem cauetur pupillo, non contutori.*

Ex d. l. Stipulatio. §.

At si quis. hic autem de stipulatione faciendi agit: Unde apparet inter stipulationem dandi & faciendi differentia.

Ex Vlp. l. Nemo. 2. de Verbo. oblig. l. Nemo. 87. ff. de Verbo. oblig. Quod enim nostrum est, amplius nostrum fieri nequit. Wesem.

† Dari. §. 1. §. h. t. Vide quod ibi notavi ad Verbum dari.

Secus si non in re ipsa, sed tantum

¶ De pœna adiecta promissioni facti alieni.

20 Versa vice^a qui alium facturum promisit, videtur in ea esse causa, ut non teneatur, nisi pœnam ipse promiserit.

¶ De restipulantis futura.

21 Item nemo^b rem suam futuram, in eum casum, quo sua sit, utiliter^c stipulatur^d †.

¶ De dissensu.

22 Si de alia^e re stipulator senserit, de alia promissor: perinde nulla contrahitur obligatio, ac si ad interrogatum responsum non esset: veluti si hominem Stichum à te quis stipulatus fuerit, tu de Paphilo senseris, quem Stichum vocari credideris.

¶ De turpi causa.

23 Quod turpi^f ex causa promissum est: veluti si quis homicidium, vel sacrilegium se facturum promittat: non valet.

¶ De morte contrahentium.

24 Cum quis sub aliqua conditione stipulatus fuerit: licet ante conditionem decesserit: postea existente conditione, heres eius agere potest. Idem est & ex promissoris parte.

¶ Quando agi potest ex stipulatione.

15 Qui hoc anno^h, aut hoc mense dariⁱ †

in nomine sit error. l. 32. de Verbor. obliga. Aut in qualitate. l. 22. illo tit. l. Generaliter. De Verbo. oblig. Tull. 3. Offic. § Si promissor è viuis excesserit existente conditione, ab herede eius peti poterit. Theoph. ^h Ex Pomp. l. qui hoc. De Verbo. oblig. ⁱ † Eadem aequitas est, in stipulatione facti, sed cum citius tradatur, quam fiat: non expectatur tempus, quo factum absolui potest, sed quo cepisse debet. l. 72. ff. de Verbor. obliga.

stipula-

stipulatus est: nisi omnibus partibus anni vel mensis præteritis, nõ rectè petet. Si fundum dari stipuleris, vel hominem: non poteris continuò^a agere, nisi tantum spatium præterierit, quo traditio fieri possit.

^a l. Quod dicitur de casibus. de solut.

^b Casus 2. Instit. tit. 9. Paul. lib. 1. Sent. tit. 20.

^c Fac. l. 1. §. Sed aut. De oblig. & act.

^d Creditores scilicet.

^e Causa finalis fideiussionis.

^f l. Gracè. 8. §. 1. l. si quis. § 6. ff. eodem.

^g Vide Theophil. hic.

^h † Servus obligatur naturaliter.

l. 13. de condit. indeb. id est, iure gent. l.

1. de iust. & iur. quo ratione est

servus. l. 4. eodem. ac civiliter non

obligatur, non quia est servus, nam eadem ratione non obligaretur iure gentium, sed quia iure civili habetur pro mortuo. l. quod attinet. l. servitutem. de regulis iuris.

ⁱ † Quia rei locum obtinet. l. 4. D. h. s.

DE FIDEIVSSORIBVS.

TITVLVS XXI.

¶ Cur accipiuntur.

PRO eo^e, qui promittit, solent alij obligari, qui fideiussores appellantur: quos homines accipere solent^d dum curant, vt diligentius sibi cautum^e sit.

¶ In quibus obligationibus.

1 In omnibus autem obligationibus adsumi possunt: id est, siue re, siue verbis, siue literis, siue cõsensu contractæ fuerint^f. At nec illud quidem interest, vtrùm civilis, an naturalis sit obligatio, cui adijcitur fideiussor: ad eò quidem, vt pro seruo^h † quoque obligetur: siue extraneus sit, qui fideiussorem à seruo accipiat, siue ipse dominus in id, quod sibi naturaliter debetur.

¶ De herede.

2 Fideiussor non tantùm ipse obligatur, sed etiam heredem relinquit obligatumⁱ †.

obligatur, non quia est servus, nam eadem ratione non obligaretur iure gentium, sed quia iure civili habetur pro mortuo. l. quod attinet. l. servitutem. de regulis iuris.

¶ *Si fideiussor præcedat, vel sequatur obligationem.*

3 Fideiussor & præcedere obligationem & sequi^a† potest.

^a † *Mandator non sequitur obligationem principalem. l. si sero. 12. §. si post. D. mād. Constituta pecunia re non præcedit. l. 1. de pec. cōsti. Fideiussor & præcedere, & sequi potest. hic: non tamen conuenitur antequam reus debeat. l. si fideiussor. 57. D. h. t.*

¶ *De pluribus fideiussoribus.*

4 Si plures sint fideiussores, quotquot erunt numero, singuli in solidum tenentur. Itaque liberum est creditori, à quo velit solidum petere. Sed ex epistola diui Adriani^b compellitur creditor à singulis, qui modò soluendo sunt litis contestatæ tēpore^c † partes petere. Ideoque si quis ex fideiussoribus eo tempore soluendo non sit, hoc cæteros onerat. Sed si ab vno fideiussore creditor totum consequutus fuerit: huius solius detrimentum erit^d †, si is pro quo fideiussit, soluendo non sit: & sibi imputare debet, cum potuerit iuari ex Epistola^e diui Adriani, & desiderare vt pro parte in se detur actio.

¶ *In quam summam obligatur fideiussor.*

^b *Quod etiam editto comprehensum fuisse*

5 Fideiussores^f ita obligari non possunt, vt plus debeant, quàm debet is, pro quo obligantur. Nam eorum obligatio, accessio est

Paulus indicat lib. 1. Sent. hoc beneficium omnibus accessionibus datur. l. silt. C. de constit. pec. ^c † Post litem contestatam, actione diuisa, damnum pertinet ad creditorem. l. 51. §. penul. D. h. t.

^d † *Nec potest conuenire confideiussorem, nisi actione sibi cessa à creditore. l. si fideiussori. 39. D. eo. ^e Quæ epistola non ius, sed exceptionem tribuit. l. inter. ff. eo. ^f Videl. Et si. 24. Dere iud. quam & hunc locum explicat, l. Exceptiones. De except. ^g Plus 4. modis debetur, re, tempore, loco, causa. §. Plus autem. De act.*

prin-

principalis obligationis^a: nec plus^b † in accessione potest esse, quàm in principali re. At ex diuerso, vt minus debeant, obligari^c possunt. Itaque si reus decem aureos promiserit, fideiussor in quinq; rectè obligatur: contra verò obligari non potest^d. Item si ille purè promiserit, fideiussor sub conditione promittere potest: cōtrà verò non^e potest. Non solum autem in quantitate, sed etiam in tempore minus aut plus intelligitur. Plus est enim, statim aliquid dare: minus est, post tempus^f dare.

¶ *De actione fideiussoris aduersus reum.*

6 Si quid autem fideiussor pro reo soluerit, eius recuperandi causa habet cum eo mandatis † iudicium.

¶ *Si fideiussor Gracè accipitur.*

7 Gracè etiam fideiussor ita accipitur, tñ

men potest in plus obligari: nam ratione eius, quod excedit, esset accessorium sine principali, contra regulam. l. 129. §. 178. D. de regu. iur. Sed utrum obligatio fideiussoris, qui plus promissit, & sicut ad summam à reo promissam consistat, videndum est. Doct. consistere negat. quorum sententia comprobatur l. Gracè. 8. §. illud. D. hoc tit. Nisi accipiamus omnino non pro non omnino: Vt omnes non accipitur pro non omnes, in l. 9. §. 1. D. si quis caut. & potest non recusare pro non potest recusare, in l. 11. & proinde. D. ad exhib. ^c Quia in maiore summa inest minor. ^d Vt pro quinque debitis debeat decem. W. f. ^e Vt ipse debeat quod promissum est sub conditione. ^f Dies ex impars pretij est. l. si sterilis. 22. §. si tibi fundum. ff. de act. emp. W. ^g † Quandoque negotiorum gestorū. l. 20. l. 53. D. mand. quandoque nullam. l. 6. §. si passus. l. 40. co.

^a l. si qui. 32. l. si ita, 42. ff. eod.

^b † Hac regula non est consuersaliter vera. l. si in emptioe. 34. p. ff. de cōtrahen. emptione. §. si tamen. sup. de rerū dñisio. sed vera est in subiecto argumento. Potest igitur fideiussor obligari arctius, quàm reus principalis. §. in omnibus. 5. h. tit. nō ta-

Leg. τῆ ἐ-
μῆ πίσι κε-
λεύω, λέγω,
θέλω, *sive*

ἐμῆ πίσει κελεύω ἐγώ^a. sed & si dixerit θέλω, *sive*
βύλομαι, sed & φημι, pro eo erit, ac si dixerit
λέγω.

βέλομαι. sed

¶ *Si scriptum sit, aliquem fideiussisse.*

Ἐῖ σὶ φημι
dixerit, pro
eo erit, ac si
dixerit λέ-
γω: ὅτι in l.
Græcè. ff. eo.

8 In stipulationibus fideiussorum scien-
dum est hoc generaliter accipi: vt quodcun-
que scriptum sit quasi actum, videatur etiam
actum. Ideoq; cōstat, si quis scripserit se fide-
iussisse: videri omnia solenniter acta^b.

Ἐῖ in l. scri-
ptis. I. C.

DE LITERARVM^c OBLI- gationibus^d.

TITVLVS XXII.

^b *Exm* δι-
delicet ὅτι fi-
deiussorem
interrogatῆ
esse, Ἐῖ ipsῶ
conuenien-
ter respon-
disse. Theop.
l. Blanditus.

OLIM^e † scriptura fiebat obligatio, quæ
nominibus fieri dicebatur: quæ no-
mina hodie non sunt in vsu. Planè si quis de-
bere se scripserit, quod sibi numeratum non
est: de pecunia minimè numerata, post mul-

C. eodem. ^c *De modo obligandi per literas, vide Con. lib. i. cap. 6.*

^d *Hanc obligationis speciem Caius in diuisione obligationum
omisit, l. i. D. De obl. sed non omisit Paulus in l. non figura. eo. Pla-
cuit, inquit, non minùs valere, quod scriptura, quàm quod voci-
bus lingua figuratis significaretur. ^e † *Ex priuatis syngraphis ius
dici vetabat. l. Gabinia, teste M. Tull. 5. ad Atticum, Episto. & lrs.
sed nominibus obligatio fiebat per scripturam argenteorum,
quorum publicum est officium. l. 10. P. de edend. per quos sole-
bant veteres fœnus exercere. Unde nomen definitur à Iustinia-
no cautio fœneratitia, in l. vltima, C. de pact. conu. Nunc verò ex
syngraphis Ἐῖ chirographis ius dicitur. ^f *Nomina sunt tituli
debitorum in his debitis, in quibus hominum nomina scripta
sunt, quibus pecunia commodata sunt. Acon. Cicer. 3. Offic. No-
minibus ergo contrahebatur obligatio, cum in tabulis scribeba-
tur alicui ab aliquo pecuniam deberi. ^g *Syngraphis enim Ἐῖ cœ-
ptum est, l. plures, 18. C. de fide instrument. Ἐῖ de Apoch. libro 10.
C. Wesemb.****

tum

tum^a temporis exceptionem opponere non potest. hoc enim sæpissime constitutum est. sic fit, vt & hodie, dum quæri^b † non potest, scriptura obligetur: & ex ea nascatur conditio, cessante scilicet verborum obligatione. Multum autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus constitutionibus^c vsque ad quinquennium procedebat: sed ne creditores diutiùs possint suis pecuniis forsitan defraudari, per constitutionem^d nostram tempus coarctatum est, vt vltra biennij metas huiusmodi exceptio minimè extendatur.

^a Post quinquennium, vt infra.

^b † Leg. queri, id est, excipere de nō numerata pecunia.

^c Vt apparet ex frag. cōstit. Aur. Au. in Cod. Gregoriano, tit. De caus. Et non numerata pecunia.

^d Est in l. in Contractibus. C. de nō numerata pecunia.

DE OBLIGATIONIBVS ex consensu^e.

TITVLVS XXIII.

CONSENSVS fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis. Ideo autem istis modis obligatio dicitur consensu contrahi: quia neque scriptura^b, neque præsentia omnimodo opus est: ac nec dariⁱ quicquam necesse est, vt substantiam capiat obligatio: sed sufficit eos qui negotia gerunt, cōsentire. vnde inter absentes quoq; talia negotia cōtrahuntur, veluti per epistolam vel per nuntium. Item in his cōtractibus alter alteri obligatur in id, quod alterū alteri

^e In Vet. legitur. De cōsensu obligationibus.

^f Hic totus tit. est ad Verbum descriptus ex l. 2. De obl. & act. Caius 2. Instit. tit. 3.

^g Subsmissio est obligationū ex consensu, de

quibus postea singulis tractabitur titulis. ^h Vt in l. iterarum obligatione. ⁱ Vt in mutuo, commodato, &c.

^a *Id est, ex bono & æquo præstare oportet: cum alioquin in verborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat,*

bonafide: et non de eo solo, quod cautum est Thesph. Fac. l. Quia tanturadem de nego. gest.

^b *Causus 2.*

lib. tit. 9.

^c *† Neq; in emptione conditionali hoc locum habet. l. 7.*

D. de cõtra

hens. emptio. neq; in emptione rerũ,

quæ pondere, numero,

vel mensura constant.

l. 35. §. in his. eo. l. 1. de pe.

§ com. res vend. neque

in ea, quæ sit in scriptis

vers. in his. infra.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE^b.

TITVLVS XXIII.

¶ De emptione pura. De pretij conuentione. arrhis, & scriptura.

EMPTIO & venditio contrahitur, simul atque de pretio conuenerit ^c † quanuis nondum pretium numeratum sit, ac ne arrha ^d quidem data fuerit. nam quod arrhæ nomine datur, argumentum ^e est emptionis & venditionis contractæ. Sed hoc quidẽ de emptionibus & venditionibus, quæ sine scriptura consistunt, obtinere oportet: nam nihil à nobis in huiusmodi emptionib. & venditionibus innouatum est. in iis autem, quæ scriptura conficiuntur ^f † non aliter perfectam esse venditionem & emptionem constituimus ^g, nisi & instrumenta emptionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, à con-

^a *Sunt qui arrham dici putent τῶν ἀρρῶν, quod est firmũ.*

Et enim stipulatio, ita & arrha datur firmandarum obligationũ gratis. Causus in l. quod sape. hoc ti. Arrha aut prerogatiua pretij suo tẽpore persoluendi à Varrone vocatur, li. 5. de ling. La. Plin.

lib. 33. c. 1. ^e Indiciũ & quadã probatio: probatio aut nullã creat obligationẽ, sed eam, quæ est, demonstrat. ^f † Cum smens contrahentũ hæc fuit, et in scriptis redigeretur contractus. l. 16. C. de fi.

instr. ^g Extat hæc cõsti. in l. Contractus. C. de fi. instr. Fac. Nou. 73.

trahen-

trahentibus autem subscripta^a: & si per tabellionem fiunt, nisi & completiones acciperint, & fuerint partibus absoluta: Donec enim aliquid deest ex his: & pœnitentiæ locus est, & potest^b emptor vel venditor sine pœna recedere ab emptione & venditione. Ita tamen impunè eis recedere concedimus, nisi iam arrharum nomine aliquid fuerit datum. hoc enim subsequuto, siue in scriptis siue sine scriptis venditio celebrata est: is, qui recusat adimplere contractum, si quidem est emptor perdit quod dedit: si verò venditor duplum^c restituere compellitur, licèt super arrhis nihil expressum sit. Pretium autem constitui oportet. nam nulla emptio sine pretio esse potest.

De pretio certo vel incerto, vel in arbitrium alienum collato.

I Sed & certum esse pretium debet: alioqui, si inter aliquos ita cōuenierit, vt quanti Titius rem æstimauerit, tanti sit empta, inter veteres satis abundè que hoc dubitabatur, [constarètne venditio an non^d.] Sed nostra decisio^e ita hoc constituit, vt quoties sic composita sit venditio, *Quanti ille æstimauerit*, sub hac conditione stare contractus, vt si quidem ille, qui nominatus est, pretium definierit: tunc omnimodo secundum eius æstimationem^g & pretium persoluatur, &

contrah. empt. alioquin nulla necessitate adstringerentur cōtrahentes. Fac. l. Hac venditio de contrah. empt. ff. § Quasi iniqua sit, ad arbitriū boni viri reducetur, l. 76. §. & l. Pro soc. Csc. pro Ros. A.

^a *Subscriptio approbat totum scriptum. l. si quis ex argētariis. §. 1. de eden. G.*

^b *Etiam inuito altero, quum imperfecta est emptio. G.*

^c *Hoc est, & interpretatur Theoph. καὶ αὐτὸ τὸ δοθὲν, καὶ ἕτερον τοῦ ἄλλου.*

^d *Vet. Cod. siue constat venditio, siue non. §. in §. Actio nū.*

^e *de actio Extat in l. §. l. c. de cōtrahenda emptio.*

^f *Non quidē emptor, sed alius, de quo inter cōtrahētes cōuenierit. d. l.*

^g *Quod sape. §. illud. de*

res tradatur, & venditio ad effectum perdu-
catur: emptore quidem ex empto actione,
venditore ex vendito agente. Sin autem ille,
qui nominatus est, vel noluerit, vel non po-
tuerit pretium definire: tunc pro nihilo esse
venditionē quasi nullo pretio statuto. Quod
ius cū in venditionibus nobis placuerit,
non est absurdum & in locationibus^a & in
conductionibus trahere.

^a *l. Si mer-
ces. Locati.*

*In quibus pretium consistat. Differentia
emptionis & permuta-
tionis.*

2 Item pretium in numerata pecunia cō-
sistere debet^b. Nam in cæteris rebus an pre-
tium esse posset, valde quærebatur^c: veluti,
An homo, aut fundus, aut toga, alterius rei
pretium esse posset. Et Sabinus & Cassius et-
iam in alia re putabant pretium posse consi-
stere, vnde illud est, quod vulgò dicebatur,
Permutatione rerum emptionem & vendi-
tionem contrahi: eamque speciem emptio-
nis & venditionis vetustissimam esse. argu-
mentoque utebantur, Græco poëta Home-
ro^d, qui aliquam partem exercitus Achiuo-
rum vinum sibi comparasse^e ait permutatis
quibusdam rebus, his verbis:

^b *Saltem si-
psius cōven-
tionis tem-
pore. Sidel.
pretij caus-
sa. C. de re
sci. Sēd. G.
^c Hanc ve-
terū disce-
ptationem
plurib. Ver-
bis tractat
Paul. l. i. de
contrahen.
empt.*

^d *7. Iliad.
circa finem.
^e Plinius li-
bro 33. cap. i.
ait empti-
tasse.*

Νῆες δ' ἔκ Λήμνοι παρῆσασαν, οἶνον ἄγουσαι.
Ἐνθεν ἄρ' οἶνίζοντο^f κερηκομόωντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῶ, ἄλλοι δ' αἶθονι σιδῆρω,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι. Hoc est,

^f *Id est, οἶνον ἠγόραζον, ut interpretabantur Sabinus & Cass.*

Affuit

*Affuit ex Lemnoratisbus tunc copia vini.
 Casarie insignes redimunt hinc Vina Pelasgi,
 Ære alij ferro quidam lucente, boninis
 Tergoribus quidam, bubus plerique, sed ipsis
 Mancipijs alij.*

Diuerſæ ſcholæ authores^a contrà ſentie-
 bant: aliudque eſſe exiſtimabant permuta-
 tionem rerum aliud emptionem^b & vendi-
 tionem: alioqui non poſſe rem expediri^c,
 permutatis rebus, quæ videatur res veniſſe,
 & quæ pretij nomine data eſſe: nam vtran-
 que videri & veniſſe, & pretij nomine datam
 eſſe, rationem non pati. Sed Proculi ſenten-
 tia dicentis permutationem propriam eſſe
 ſpeciem contractus à venditione ſeparatam
 meritò præualuit^d: cùm & ipſe alijs Home-
 ricis^e verſibus adiuuabatur, & validioribus
 rationibus argumentabatur. quod & ante-
 riores Diui Principes^f admiferunt, & in no-
 ſtris Digefſtis latiùs ſignificatur.

*De periculo, & commodorei
 vendite.*

3 Cùm autem emptio & venditio con-
 tracta ſit & (quod effici diximus, ſimulatque
 de pretio conuenerit, cùm ſine ſcriptura res

^a *Intelligo
 Proculū, &
 Neruam. l.
 I. ff. eodem.
 Unde hic lo-
 cus eſt de-
 ſcriptus. Vt
 in alijs diſci-
 plinis, ita in
 iure ciuili
 Proculeia-
 norū & Sa-
 binianorū
 diuerſa fuit
 ſchola. l. 2. §.
 Et. De orig.
 iuris.*

^b *Ariſto. 9.
 Moral. Pl.
 lib. 33. cap. 1.
 Corn. Tac.
 De moribus
 Germ.*

^c *Id eſt, In-
 telligi.*

^d *Nec iniuria. primùm emptio reb. non fit, Et permutatio. l. Em-
 ptorem. C. de rer. permut. In empt. pretium certum eſt, & in pecu-
 nia numerata conſiſtens: non ita in permut. l. 1. De rer. permut.
 Emptio nudo conſenſu contrahitur, at permutatio non niſi re ab
 altero data. l. Ex placito. De rer. permut. ^e Quos vide apud Theo.
 hic. ^f Dioclet. ſcilicet, & Maximianus. l. Emptorem. C. de rerum
 permut. ^g Purè. nam ſi ſub conditione, non erit ea pèdente empt.
 periculum. l. nec emptio. De contrahen. empt.*

^a *Quod superuenit sine culpa venditoris, nec ab eo promanat ex ante cedenti causa.* l. Slti. C. de per. & com. rei &c.
^b *Id est, speciei non etiam generis. nam ad perire non potest.* l. in ratione. §. Strum. Ad l. Fal. l. incendium. C. si cer. pet.
^c *Modò tamen nulla venditoris mora intercefferit.*
^d *Regula est.* l. Secundum. Der. reg. iu. l. in qui. §. Slti. de leg. praes. l. unic. C. de cad. toll.
^e *Ex Caiod.* l. Quod saepe. §. si res. De contrahend. emptio.
^f *Ætiologia hac eò pertinet, quòd emptor, qui nondum est dominus, non possit his actionibus uti, nisi ei à domino venditore cessis. ea enim soli domino proprie competunt.* l. In rem. Der. rei vind. l. i. de cond. fur. G.

agitur) periculum ^a rei venditæ ^b statim ad emptorem pertinet, tametsi adhuc ea res emptori tradita ^c non sit. Itaque si homo mortuus sit, vel aliqua parte corporis læsus fuerit, aut ædestotæ, vel aliqua ex parte incendio consumptæ fuerint, aut fundus vi fluminis totus, vel aliqua ex parte ablatu sit, siue etiam inundatione aquæ, aut arboribus turbine deiectis, longè minor aut deterior esse cœperit: emptoris damnum est cui necesse est, licet rem non fuerit nactus, pretium soluere. Quicquid enim sine dolo & culpa venditoris accidit, in eo venditor securus est. Sed & si post emptionem fundo aliquid per alluionem accesserit, ad emptoris commodum pertinet. Nam & commodum eius esse debet, cuius periculum est ^d. Quòd si fugerit homo ^e, qui veniit, aut surreptus fuerit, ita vt neque dolus, neque culpa venditoris interuenerit: animaduertendum erit, an custodiam eius usque ad traditionem venditor susceperit. Sanè enim si susceperit, ad ipsius periculum is casus pertinet. si non susceperit, securus est. Idem & in cæteris animalibus, cæterisque rebus intelligimus. Vtique tamen vindicationem rei, & conditionem exhibere debet emptori ^f: quia sanè qui nondum rem

empto-

emptori tradidit, adhuc ipse dominus est. Idem etiam est de furti, & de damni iniuriæ^a actione.

^a *Legis Aquilia.*

¶ *De emptione conditionali.*

4 Emptio tam sub conditione, quàm purè contrahi potest. Sub conditione: veluti, *Si Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot.*

^b *Vide l. 2. §. Sin autē. C. De litigio. Tull. 3. Offic.*

¶ *De emptione rei, qua non est in commercio.*

5 Loca sacra, vel religiosa, item publica (veluti forum, basilicam) frustra quis sciens emit: quæ tamen si pro profanis vel priuatis deceptus à venditore quis emerit, habebit actionem^b ex empto, quòd non habere ei liceat, vt consequatur, quod sua interest eum deceptum non esse. Idem iuris est, si hominem liberum pro seruo emerit.

^c *Tertia species consensuum obligatorum. Locare est dare aliquid vendendum, vel faciendum. Conducere est accipere aliquid vendendum, vel faciendum.*

DE LOCATIONE ET
conductione^c.

TITVLVS XXV.

¶ *Collatio emptionis, & locationis. De mercedis conuentione.*

LOCATIO^d & conductio proxima est emptioni & venditioni, iisdemque Iuris regulis consistit. Nam vt emptio & venditio ita contrahitur, si de pretio conuen-

^d *Locare proprie est in locopondere: inde locarium veteres dicebant mercedē, qua pro stabulo vel tabernadatur ubi quis*

consistit. Varro de ling. Lat. lib. 4. Sic Galli vocāt, locagium quod pro domo in qua quis locatus est, penditur. A. C.

² *In emptio-* rit: sic & locatio & conductio ita contrahi in-
ne pretium, telligitur, si ^a merces ^b † constituta sit, & com-
in locatione petit locatori quidem locati actio, condu-
merces, qua ctori verò conducti.

à merèdo di-
citur. Var-

*De mercede collata in arbitrium
 alienum.*

^b † *Quæ &*
pretium di-
citur quan-
doque. l. & l.
§. & l. D. ad l.
Rhod. de ia.
l. 10. de acq.
poss.

2 Et quæ suprà diximus, si alieno arbi-
 trario pretium permissum fuerit: eadem & de
 locatione & conductione dicta esse intelli-
 gimus, si alieno arbitrio merces permessa fu-
 erit. Quæ de causâ si fulloni ^c polienda cu-
 randave, aut sarcinatori sarcienda vestimen-
 ta quis dederit, nulla statim mercede consti-
 tuta, sed postea tātum daturus, quantum in-
 ter eos conuenerit: non propriè locatio &
 conductio contrahi intelligitur, sed eo no-
 mine actio ^d præscriptis ^e † verbis datur.

^c *Eius est,*
polire, cura-
re, siue &
Vlp. dixit in
l. 2. De cond.
siue causâ la-
uare. Poli-
tor, κναιφδὺς:
curator, λθὺ
κωνλεὺς, siue
πλύτης, di-
citur à The.

In quibus rebus merces consistit.

2 Præterea, sicut vulgò quærebatur ^f, an
 permutatis rebus emptio & venditio contra-
 heretur: ita quæri solebat, de locatione & cō-

in §. & l. j. mand. l. C. Harmen. hic. lib. 3. tit. 8. Anton. Aug. Emen.
lib. 4. cap. 9. l. Si polienda. De præscript. Verb. & bi hac omnia expli-
cantur. ^d *Deficiente actionis propria nomine præscriptis Ver-*
bis agitur. l. Nam cum. De præscript. Verb. ^e † *Nomina actionum*

ferè vetusta sunt, & conductio, vindicatio, &c. Omnis autem a-
ctio, iure & et. inspecto dici potest præscriptis verbis, quia præscri-
pta erant verba, & præscripta erat formula, qua & ti necesse erat:
ita & qui in syllaba erraret, causa caderet. Sed tunc & timur no-
mine communi, cum deest nomen proprium, actio igitur præ-
scriptis verbis est actio civilis, quæ proprio nomine caret, id est,
quæ nascitur ex contractu innominato. ^f *Id est, passim dubi-*
tabatur.

ductione.

ductione, si fortè rem aliquam vtendam siue fruendam tibi aliquis dederit, & inuicem à te vtendam siue fruendam aliam rem acceperit. Et placuit ^a non esse locationem & conductionem, sed proprium genus contractus. veluti si cùm vnum bouem quis haberet, & vicinus eius vnum, placuerit inter eos, vt per denos dies inuicem boues commodarent, vt opus facerent, & apud alterum alterius bos perierit: neque locati, neque conducti, neque commodati competit actio: quia non fuit commodatum gratuitum: verùm præscriptis verbis ^b agendum est.

De emphyteusi.

3 Adeò autem aliquam familiaritatem inter se videntur habere emptio & venditio, item locatio & conductio: vt in quibusdam causis quæri soleat, vtrum emptio & venditio cõtrahatur, an locatio & cõductio: vt ecce de prædiis ^c, quæ perpetuò ^d† quibusdã fruenda traduntur, id est ^e, vt quandiu pensio ^f siue redditus pro his domino præstetur, neq; ipsi conductori, neq; heredi eius, cuiue cõductor heresve eius id prædiũ vendiderit,

ἰὺς ἐμφυτευστικὸν, quod ἔμπαρθικὸν, in l. Sed & si pecunia §. si res. De rebus eor. est ius perpetuarium: quinimo temporariũ esse potest. l. vlt. ff. si ag. Vecti. i. emphyt. petat. Vide Harmen. libro 3. titu. 4. Arist. 2. OEcon. De agris Byzantiorum in emphyteusim datis. Plutarch. in Gracch. Appian. lib. 1. De bell. ciuil. ^d† Vel ad tempus. l. vlt. D. si ag. Vecti. non modicum arg. l. 1. §. quod ait, de superfl. ^e Fac. l. 1. §. 1. Si ager Vectigal. §. Nouell. 120. ^f Pensio ad pecuniam, redditus ad frumentum, aut rerum similium mensuram sex annos singulos constitutam refertur.

^a *Domini cōsensu. f. alioquin ius emphyteusæ perdit. l. & l. in princ. De sur. emphy. Cod.*
^b *l. i. C. de iure emphy.*
^c *Zeno dixit alienationem. l. i. C. de iur. emphy. Et ex eo apparet alienandi verbo proprie venditione significari.*
^d *I. G.*
^e *Ferret. legit natura talis, & in l. si constanti. 24. §. si maritus. Solut. matr. De naturali contract. vide Duar. i. Disp. c. 17.*
^f *Idest pariter interit, non totius. Zeno. d. l. i. habet particulare damnum. Fac. l. si merces. §. Vis maior. l. Ex conducto. §. i. ff. Loc. Colum. ell. i. De rerust. Ex Caio d. l. 2. §. i. ff. † Cum corpus proficiscitur ab eo, cui opus fit, est locatio & conductio: alioquin emptio & vendit. l. Sabinius. 20. l. conuenit. 65. De contrahenda empt.*

^a aut donauerit, aut dotis nomine dederit, aliove quocunque modo alienauerit, auferre liceat. Sed talis contractus, quia inter veteres dubitabatur, & à quibusdã locatio, à quibusdam venditio existimabatur: lex Zenoniana^b lata est, quæ emphyteusæ contractus propriam statuit naturam, neque ad locationem, neque ad venditionem^c inclinantem, sed suis pactioibus fulciendam: & si quidem aliquid pactum fuerit, hoc ita obtinere, ac si naturalis^d esset contractus: sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum: tunc, si quidem totius rei interitus accesserit, ad dominum super hoc redundare periculum: sin autem particularis^e, ad emphyteuticarium huiusmodi damnum venire, quo iure utimur.

De forma alicui facienda ab artifice.

4 Item^f quæritur, si cum aurifice Titius cõuenerit, ut is ex auro suo certi ponderis certaq; formæ annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos: utrùm emptio & venditio, an locatio & cõductio contrahi videatur. Cassius ait materiæ quidem emptionem & venditionem contrahi, operæ autem locationem & conductionem. Sed placuit tantùm emptionem & venditionem

contra-

contrahi. Quòd si suum aurum Titius dederit, mercede pro opera constituta: dubium non est, quin locatio & conductio sit.

¶ *Quid prestare debet conductor.*

5 Conductor^a [autem] omnia secundum legem^b conductionis facere debet: & si quid in lege prætermissum fuerit, id ex bono & æquo^c prestare. Qui pro usu aut vestimento- rum, aut argenti, aut iumentis, mercedem aut dedit aut promisit: ab eo custodia talis desideratur, qualem^d diligentissimus^e † paterfamilias suis rebus adhibet: quam si præstiterit, & aliquo casu fortuito eam rem amiserit, de restituenda ea non tenebitur.

¶ *De morte conductoris.*

6 Mortuo conductore intra tempora conductionis, heres^f eius eodem iure in conductione succedit.

DE SOCIETATE.

TITVLVS XXVI.

¶ *Diuisio à materia.*

de quibus nihil dictum est, soluat. l. 2. 12. 17. C. eod. ^d Hoc exigendum est pro subiecti contractus natura, l. contractus. 24. ff. de regul. iuris. ^e † In contractibus qui fiunt & trinusque contrahentis gratia, requiritur exacta diligentia, non exactissima. l. 5. §. nunc videndum. D. commo. speciale tamen est in conductore, ut præstet diligentiam exactissimam, quod tunc puto locum habere, cum quis id faciendum conduxit, cuius notitiam profiteretur. l. item quaritur. 13. §. si gemma. §. seq. l. si merces. 25. §. penul. D. h. t. ^f Fac. l. Viam. 10. C. eod. l. sed addes. 19. §. pen. ff. eodem.

^a Ex Paul. l. Si in lege. §. Conductor. hoc tit. Fac. l. Legem. C. eodem.

^b Id est, conuentionem & pactione, l. 1. §. si conueniat. ff. de pos. Formam vocat Vlp. l. 7. §. item si. ff. solu. mat.

^c Est enim contractus bona fides, in quo multa, qua non dicta, nec fortè cogitata sunt, signari aequum est, veluti & conductor, qui in mercede solueda moram fecerit, & suras

^a *Consensu qui pot, vel re, vel verbis, vel literis per nuncium declarari. l. 4. ff. eod. w.*

^b *Ex l. 5. ff. eod.*

^c *Theoph. habet κοινοπραξίαν. Vide Harmen. lib. 3. tit. 10.*

^d *† Veletia vnius rei. l. 5. eo. sed cum simpliciter contrahitur, videtur eorum coita esse, quæ ex quaestu veniunt. l. 7. eodem.*

^e *Hæc est quæ analogia negotiatio dicitur. I. C.*

^f *Arist. 3. Polit. c. 6.*

^g *† Proportione geometrica, non arithmetica. l. 6. eo.*

^h *Veletiam alterius definitioni relicta, qui eas expresserit. l. Si coita. ff. eodem. Mysl. † Quia societas in se habet. l. 63. p. eod. † In notis ad Q. Mutium. l. Mutius. ff. eo. Unde hic locus descriptus est. † Servatur enim analogia geometrica, ut supra notavi.*

SOCIETATEM coire^a solemus aut totorum bonorum^b, quam Græci specialiter κοινοπραξίαν^c appellant: aut vnius alicuius negotiationis^d †, veluti mancipiorum vendendorum^e emendorumque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi vendendique.

¶ De partibus lucri, & damni.

1 Et quidem si nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenierit: *f* æquales † scilicet partes & in lucro & in damno spectantur. Quòd si expressæ^b fuerint, partes hæc seruari debent. Nec enim vnquam dubium fuit, quin valeat conuentio, si duo inter se pacti sint, vt ad vnum quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia.

De partibus inæqualibus.

2 De illa sanè cōuentione quæsitum est, si Titius & Seius inter se pacti sint, vt ad Titium lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad Seium duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conuentio. Quintus Mutius contra naturam societatisⁱ † talem pactiōnem esse existimauit, & ob id non esse ratam habendam. Seruius Sulpicius^k (cuius sententia præualuit) contrà sensit: quia sæpe quorundam ita pretiosa est opera in societate, vt eos iustum sit^l † conditione me-

liore in societatem admitti. Nam & ita coiri posse societatem, non dubitatur^a, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune sit: quia sæpe opera alicuius pro pecunia^b valet. Et ad eò contra Quinti Mutij sententiam obtinuit, vt illud quoque constiterit posse conuenire, vt quis lucri partem^c † ferat, de damno non teneatur. quod & ipsum Seruius conuenienter sibi, fieri^d existimauit. Quod^e tamen ita intelligi oportet, vt si in alia re lucrum, in alia dananum illatum sit: compèlatione facta, solùm quod superest intelligatur lucro esse^f.

*De partibus expressis in vna
caussa.*

3 Illud expeditum est, si in vna caussa pars fuerit expressa (veluti in solo lucro, vel in solo damno) in altera verò omissa: in eo quoque, quod prætermissum est, eandem partem feruari.

*Quibus modis societas soluitur.
De renunciatione.*

4 Manet autem societas eò vsque, donec in eodem còsensu perseverauerint. At cum aliquis renunciauerit societati, soluitur societas. Sed planè si quis callidè in hoc renunciauerit societati, vt obueniens aliquod

filio. ff. ad leg. Falcid. Cicer. conuenienter natura viuere. ὁμοίως ἑαυτῷ, ἀκόλῳως ἑαυτῷ. ^c Hic versus ad ea omnia pertinet, quæ superius dicta sunt è Seruij sententia contra Mutium, vt constat ex l. Mutius. ff. eodem. ^f Vet. cod. lucri esse. ^g Quo & contrahitur & distrahitur. l. 46. ff. eodem.

^a Fac. l. l. c. eodem.

^b Celsus ait in l. Eū duo- bus. §. Si in coeunda. ff. Profoc. pretium opera artū est velamentum: & ibi Cuiac. velamentū præpostero literarū ordine, pro leuamentum scriptū, restituit.

^c † Non totū lucrum: esset enim societas leonina. l. 29. §. Arist. D. h. t.

^d Vet. cod. conuenienter sibi existimauit.

Quod Græco more dictū est in l. & l. §. & l. m. De bo. dam. l. in ratione. §. si

^a *Idest, non callida mente renuntiando sit aucupar⁹. Theophil. Quid sit captare hereditatē, Vid. l. captatorias. C. de testa. milit.*

l. Captatoria. Et l. Captatorias. 70. De her. insti. Alcia. 2. παρ. c. 30. Ant. Aug. Emend. lib. 4. c. 15. Mar. li. 6. in Apianum.

^b *Ex Pau. l. Actione. 65. §. Morte. hoc tit.*

^c *† Necliket ab initio pacisci, Et heres succedat societati. l. nemo. 35. l. adeo. 59. D. h. t.*

^d *Veluti ad emancipio-*

rum, aut frumenti negotiationem, Et S. ° Hic locus ex d. l. Actione, §. Publicatione. hoc titu. ^f Si enim pars tantum bonorum publicata sit, manet societas. Theoph. ^g Fiscum intellige.

lucrum solus habeat: veluti si totorum bonorum socius, cum ab aliquo heres esset relictus, in hoc renuntiauerit societati, ut hereditatem solus lucrifaceret: cogitur hoc lucrum communicare. Si quid verò aliud lucrifaciat, quod non captauerit ^a, ad ipsum solum pertinet. Ei verò, cui renuntiatum est, quicquid omnino post renuntiatam societatem acquiritur, soli conceditur.

De morte.

5 Soluitur ^b adhuc societas etiam morte socij: ^c † quia qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit: sed & si consensu plurium societas contracta sit, morte vnus socij soluitur, etsi plures supersint: nisi in cõ- unda societate aliter conuenerit.

De fine negotij.

6 Item si alicuius rei ^d contracta societas sit, & finis negotio impositus est, finitur societas.

De publicatione.

7 Publicatione ^e quoque distrahi societatem, manifestum est: scilicet si vniuersa bona socij publicentur: nam, cum in eius locum alius ^g succedat, pro mortuo habetur.

De cessione bonorum.

8 Item si quis ex fociis mole debiti præg- rauatus, bonis suis cesserit, & ideo propter publica & priuata debita, substantia eius ve-

neat:

neat: soluitur societas. sed hoc casu, si adhuc consentiant in societatem, noua videtur incipere societas.

¶ *De dolo & culpa à socio præstandis.*

9 Socius socio utrùm eo nomine tantùm teneatur pro socio actione, si quid dolo commiserit, sicut is, qui deponi apud se passus est^a†, an etiam culpæ, id est, ^b defidiæ atque negligentia nomine, quæsitum est. præualuit^c tamen, etiã culpæ nomine, teneri eum. Culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere socium, qualem suis rebus adhibere solet. Nam qui parum diligentem socium sibi adsumit, de se quæri^d: sibi quæ hoc imputare debet.

DE MANDATO.

TITVLVS XXVII.

¶ *Diuisio à fine.*

MANDATVM contrahitur^f quinq; modis, siue sua tantùm gratia aliquis tibi mandet, siue sua & tua, siue aliena tantùm, siue sua & aliena, siue tua & aliena. At si tua tantùm gratia tibi mādatum sit, superuacuum est mandatum^h, & ob id nullā ex eo obligatio, nec mandati inter vos actio nascitur.

datis. ^f Ex *Cayo. l. 2. eo. Caius 2. Inst. tit. 9. Cicer. pro Rosc. in priuatis, inquit, &c.* ^g *Sexta species addi posset, quando mea, tua, & aliena: cuius exemplum in l. Si procuratorem. §. tutores. ff. eodem.*

^h *Quia potius est consilium, & infra dicit.*

^a *Qui Verò se obtulit deposito non solum dolum præstat, sed etiã culpã & custodiã. l. 1. §. sape euenit. D. de pos.*

^b *Nota definitionem culpa, de qua Bart. in l. quod Nerua. ff. de pos. quanquam negligentia rationē habet causa: culpa effectus. W.*

^c *Ex Vlp. d. l. Cum duob. §. 2. & l. & Caio. l. soci. 72. ff. eod.*

^d *Scribendū & in Ver. de se queri, hoc est, sibi imputare debet.*

^e *Quidã Ver. cod. De mād.*

^a *Caius habet fideiuberis. spondere pro fideiubere & surparunt veteres.*

^b *Hæc duo exempla inclusa, extra Caium assumpsit Tribonianus.*

^c *Sicut olim fideiussor ante principalem conventionem poterat. l. 3. & 5. C. de fideiuss.*

^d *Quod à Iust. correctum est, Nou. 4. cap. 1.*

^e *Vocentatum nec Casus habet, nec germanalectio agnoscit.*

^f *Vet. quod si sine vsuris crederes. l. tamen Cuius. quid si vt sine. Et ml. 2. De eo. & in Græco εὐὰρ ἰνα ἀτό-
βως.*

Si mandantis gratia mandetur.

1 Mandantis tantum gratia interuenit mandatum: veluti si quis tibi mandet, vt negotia eius gereres, vel vt fundum ei emereres, vel vt pro eo sponderes^a.

Si mandantis, & mandatarij.

2 Tua gratia & mandantis: veluti si mandet tibi, vt pecuniam sub vsuris crederes ei, qui in rem ipsius mutualetur: [aut si volente te^b agere cum eo ex fideiussoria^c causa, mandet tibi, vt cum reo agas periculo mandantis: vel vt ipsius periculo stipuleris ab eo, quem tibi deleget in id, quod tibi debuerat.]

Si aliena.

3 Aliena autem tantum^d causa interuenit mandatum: veluti si tibi aliquis mandet, vt Titij negotia gereres, vel vt Titio fundum emereres, vel vt pro Titio sponderes.

Si mandantis, & aliena.

4 Sua & aliena: veluti si de communibus suis & Titij negotiis gerendis tibi mandet, vel vt sibi & Titio fundum emereres, vel vt pro eo & Titio sponderes.

Si mandatarij, & aliena.

5 Tua & aliena: veluti si tibi mandet, vt Titio sub vsuris crederes: quia si sine vsuris pecuniam crederes^e, aliena tantum gratia intercedit mandatum.

Si mandatarij.

6 Tua tantum gratia interuenit mandatum: veluti si tibi mandet, vt pecunias tuas in emptiones potius prædiorum colles, quam

quàm fœneres : vel ex diuerso , vt pecunias tuas fœneres potiùs , quàm in emptiones prædiorum colloces. Cuius generis mandatum magis consilium , quàm mandatum est , & ob id non est obligatorium : quia nemo ex consilio ^a mandati obligatur , etiam si non expediat ei , cui mandabatur ^b : cùm liberum cuique sit , apud se explorare , an sibi expediat consilium. Itaque si otiosam ^c pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis , vt rem aliquã emeris , vel eam crederes : quamuis non expediat eam tibi emisse , vel credidisse ^d non tamen tibi mandati tenetur. Et adeò hæc ita sunt , vt quæsitum sit , an mandati teneatur , qui mandauit tibi , vt pecuniam Titio fœnerares. sed obtinuit Sabini sententia , obligatorium esse ^e in hoc casu mandatum : quia non aliter Titio fœneridisses , quàm si tibi mandatum esset.

¶ *De mandato contra bonos mores.*

7 Illud quoque mandatum non est obligatorium , quod contra bonos mores est : veluti si Titius de furto , aut de damno faciendo , aut de iniuria facienda mandet tibi. licet enim pœnam istius facti nomine præstiteris , non tamen vllam habes aduersus Titium actionem.

¶ *De executione mandati.*

8 Is , qui exequitur mandatum , non debet ^f nisi suam meo crederes : ideoq; ad quandam similitudinem fideiussionis obligor. Theoph. Fac. l. Remunerandis. §. Planè. hic.

^a Consilij non fraudulenti nulla est obligatio, l. Consilij. De regu. iur. Fac. l. 6. §. Planè. eo.

^b Quidam Ver. cui datur: Et sic est in l. 2. D. eod. l. C.

^c Otiosa pecunia iureconsultis ea dicitur, qua nulli domino suo & ius est, cui opponitur Occupata.

^d Cùm is soluendo non sit, cui credidisti.

^e Ad similitudinem quãdam fideiussionis: perinde est enim, ac si pro Titio fidesuberem.

^f Certam enim personam elegi,

^a † Sed non excedit fines mandati, qui id facit, sine quo mandatum eodem modo impleri non poterat. l. 56. l. 62. D. de procurat.

^b l. Diligenter. eo. Gell. lib. 1. cap. 13. Cicer. 7. Epist. libro 2. Epist.

^c Vet. Velis, inutiliter te acturum. Diuersæ, &c.

^d Nerua & Proculus. l. Sed Proculus. ff. eod.

^e Maiore enim summa minorem in se continet. Theoph.

^f l. Si vero. §. Si mandauero. ff. eodem.

^g † Res est integra, cum nondum cepit interesse. l. 8. §. mandati. D. h. tit. ^h † Nisi quid post mortem suam faciendum mandauerit. l. 12. §. <. eod.

bet excedere ^a † fines ^b mandati. vt ecce, si quis vsque ad centum aureos mandauerit tibi vt fundum emeris, vel vt pro Titio sponderes: neque pluris emere debes, neque in ampliorem pecuniã fideiubere: alioqui non habebis cum eo mandati actionem: adeò quidem, vt Sabino & Cassio placuerit, etiam si vsque ad centum aureos cum eo agere uoueris: inutiliter ^c te acturum. Sed diuersæ scholæ authores ^d rectè vsque ad centum aureos te acturum existimant. quæ sententia sanè benignior est. Quòd si minoris emeris, habebis scilicet cum eo mandati actionem: quoniam qui mandat, vt sibi centum aureorum fundus emeretur, is utique mandasse intelligitur, vt minoris (si possit) emeretur

¶ Quibus modis mandatum soluitur. De reuocatione.

9 Rectè quoque ^f mandatum contractum, si dum adhuc integra res sit ^g †, reuocatum fuerit, euanescit.

De morte.

10 Item si adhuc integro mandato, mors alterutrius interueniat: id est, vel eius qui mandauerit ^h †, vel illius qui mandatum suscepit, soluitur mandatum. Sed utilitatis causa receptum est, si eo mortuo qui tibi mandauerat, tu ignorans eum decessisse, excutus fueris mādatum: posse te agere man-

dati actione. alioqui iusta^a & probabilis ignorantia tibi damnum adferet. Et huic simile est, quod placuit^b, si debitores, manumisso dispensatore^c Titij per ignorantiam liberto soluerint, liberari^d eos: cum alioqui stricta^e iuris ratione non possent liberari: quia alij soluissent, quam cui solvere debuerint.

De renuntiatione.

11 Mandatum^f non suscipere, cui libet liberum est: susceptum autem consummandum est, aut quam primum renuntiandum^g, ut per semetipsum, aut per alium, eandem rem mandator exequatur. Nam nisi ita renuncietur, ut integra causa mandatori referretur eandem rem explicandi: nihilominus mandati actio locum habet: nisi iusta causa^h intercesserit aut non renunciandi, aut intempestive renunciandi.

¶ De die, & conditione.

12 Mandatumⁱ & in diem^k differri, & sub conditione^l fieri potest.

¶ De mercede.

13 In summa sciendum est mandatum, nisi gratuitum sit, in aliam formam^m negotij

ret utilitatis nomen Iuriscons. aequitatem & ius gentium significare, ex qua etiam utiles actiones nomen accepere, l. quia actio-num. De praescr. Verb. leg. servitut. §. si sublatum. de servit. Verb. l. si longius. in fi. De Ind. l. C. §. l. 27. §. Qui suscipit, l. 22. §. & l. eod.
^b *Antequam mandatoris interfit: hoc enim casu renuntiare potest Paul. lib. Sent. 2. titu. 15.* ^h *l. sane. 23. cum l. seq. ff. eod.* ^l *l. 1. §. Mandatum eod.* ^k *Veluti, Mando tibi, ut post biennium hoc agas.* ^l *Accedere mandato dies, & conditio potest, l. 1. §. 1. ff. eodem.*

^m *Id est, in aliam speciem contractus. Wes.*

^a *Quaprofeto nemini fraudi esse debet. l. Inter. ff. eod.*

^b *Paulo. s. l. Dispensatori, & Ulpiano. l. Si quis seruo. ff. De solut.*

^c *Dispensator servus est, qui feneratori domini pecuniam dare consuevit.*

Theophil. l. Dispensatori. De solut.

^d *Aequitate. scilicet naturalis.*

^e *Stricta iurisdictioni, id est, stricto iuris aduer-*

sam facit & utilitatem.

ex quo appa-

^a† *Aliud est merces: aliud honorarium. l. 1. D. si men. fal. mo. dix. l. 1. de extraor. cogn. merces excludit actionem mandati, & hic: honorarium eam non excludit. l. 6. p. D. h. t.*

^b *l. si tibi, 22. De prescrip. Verb.*

^c *Ei qui dedit: alteri vero, qui curavit, nulla mandati actio mercedis nomine datur, sed prescriptis verbis agi poterit. d. l.*

^{22. W. c. semb.}

^d *Harum obligationum sex species exponuntur hoc titul. ^e Nam ex vero contractu nemo obligatur, nisi qui consensit, l. 1. De pact. hic autem obligantur ignorantes. Myns. ^f Ex Casio. l. 4. §. 1. De obl. & act. Fac. l. 2. §. Si quis. De neg. gest. ^g † Sub numero multitudinis continetur etiam numerus unitatis. l. 3. §. 1. D. De nego. gestis. ^h † Nam presens aut patitur negotia gери, & censetur mandare, aut prohibet, & nulla actione tenetur. l. 6. §. si passus. D. mand. l. & lt. C. de negot. gest.*

cadere. Nam mercede^a † constituta, incipit locatio & conductio esse. Et (vt generaliter dicamus) quibus casibus sine mercede suscepto officio, mandati siue depositi contrahitur negotium: iis casibus interueniente mercede locatio & conductio intelligitur^b contrahi. Et ideo si fulloni polienda curandaue quis dederit vestimenta, aut sarcinatori sarcienda, nulla mercede constituta, neq; promissa: mandati competit actio^c.

DE OBLIGATIONIBVS, quæ quasi ex contractu^d nascuntur.

TITVLVS XXVIII.

¶ Continuatio.

POST genera contractuum enumerata, dispiciamus etiam de iis obligationibus: quæ quidem non propriè^e nasci ex contractu intelliguntur: sed tamen, quia non ex maleficio substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur.

¶ De negotiorum gestione.

I Igitur^f cum quis negotias[†] absentis^b †

gesserit,

gesserit, vltro citroque inter eos nascuntur actiones, quæ appellantur negotiorum gestorum. sed domino quidem rei gestæ aduersus eum, qui gessit, directa^a competit actio: negotiorum autem gestori, contraria^b. quas ex nullo cōtractu propriè nasci manifestum est: quippe ita nascuntur istæ actiones, si sine mandato quisque alienis negotiis gerendis se obtulerit, ex qua causa ij, quorum negotia gesta fuerint, etiam ignorantes obligantur. idq; vtilitatis causa receptum est: ne absentium, qui subita festinatione coacti, nulli demandata negotiorum suorum administratione, peregrè profecti essent, desererentur negotia: quæ sanè nemo curaturus esset^c †, si de eo, quod quis impendisset, nullam habiturus esset actionem. Sicut autem is, qui vtiliter gessit negotia [dominum habet obligatum negotiorum^d † gestorum:] ita & contrà, iste quoque tenetur, vt administrationis reddat rationem. quo casu ad exactissimam^e † quisq; diligentiam compellitur reddere rationem: nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere solet: si modò alius diligentior eo commodiùs administraturus esset negotia.

¶ De tutela.

2 Tutores^f quoque, qui tutelæ iudicio

me habeat, facio sedulo. A.C. ^c † ἡ δὲ ἐπὶ τὸ πλεῖστον. l. 5, l. si patrono. 15. C. de neg. gest. ^d † Al. habet obligatum dominum negotiorum.

† Memini me hoc exposuisse in Isagoge Pand. ad titu. De negot. gest. ^f Ex dicta l. 4. §. Tutela.

^a Directa, id est, principalis. l. in commo-
dator. §. 1. ff. Cō-
mod.

^b Contra-
ria, id est,
quæ princi-
palis nō est:
non sit alte-
ri repugnās
aut aduer-
sa. sicut ni-
gro album,
(in quo ple-
rique inter-
pretes er-
rant) sed

quasi mu-
tua, & vi-
caria, quæ
ad exemplū
directa a-
ctio. datur.
Et infra eod.
§. tutores.

Sicut & ver-
bum cōtra,
interdum
significat vi-
cissim. Te-
rent. in A-
delph. Ille &
item contra

^a Post pu-
bertatem f.
nullus est e-
nim huic in-
dicio locus.
nisi finita
prius tute-
la.

^b Maxime
cum infans
pupillus est.

^c Paul. in l.
Vlt. De con-
trar. tut. §
Vlt. act.

^d Id est, sine
animo & cō-
ditione ine-
unda socie-
tatis.

^e Hoc exem-
plum ex Ca-
so mutua-
tus est iusti.
l. 2. C. cōmu-
diuid.

^f † Datur
hoc iudiciū,
etiam cum
ex societate
res commu-
nis est: sed eo
casu est ex
contractu.

^g † Obserua-
socium dici, qui rem cum alio communem habet si-
ne societate. ^h Vet. coheredi suo. finium regundorum non est in
personam, nisi ex maleficio. Communi diuidendo, & familia er-
ciscunda sunt in personam, quasi ex contractu. Petitio heredita-
tis, qua etiam mista est, actio est quasi ex contractu.

tenentur ^a, non propriè ex contractu obli-
gati esse intelliguntur: nullum enim nego-
cium inter tutorem & pupillum contrahi-
tur ^b. sed quia sanè non ex maleficio tenen-
tur, quasi ex contractu teneri videntur. Hoc
autem casu mutuae sunt actiones. Non tan-
tùm enim pupillus cum tutore habet tutelæ
actionem: sed & contrà, tutor cum pupillo
habet contrariam tutelæ, si vel impenderit
aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obli-
gatus ^c, aut rem suam creditoribus eius obli-
gauerit.

¶ De rei communione.

3 Item, si inter aliquos communis res sit,
sine societate ^d: veluti ^e quòd pariter eis lega-
ta donatave esset, & alter eorum alteri ideo
teneatur communi diuidendo ^f † iudicio,
quòd solus fructus ex ea re perceperit, aut
quòd socius ^g † eius solus in eam rem neces-
sarias impensas fecerit: non intelligitur ex
contractu propriè obligatus esse, quippe ni-
hil inter se contraxerunt: sed quia ex male-
ficio non tenetur, quasi ex contractu tene-
ri videtur.

¶ De hereditatis communione.

4 Idem iuris est de eo, qui coheredi ^h fa-
miliæ erciscundæ iudicio ex his causis obli-
gatus est.

¶ *De aditione hereditatis.*

5 Heres^a quoq; legatorum nomine non propriè ex contractu obligatus intelligitur: (neque enim cum herede, neq; cum defuncto ullum negotium legatarius gessisse propriè dici potest) & tamen quia ex maleficio non est obligatus, quasi ex contractu^b † debere intelligitur.

^a *V. species.*
^b † *Quoniã addeudo hõ hereditatem, contrahere videtur. l. 3. §. Vlt. & leg. seq. D. quib. ex causis. in poss. eat.*

¶ *De solutione indebiti.*

6 Item is, cui quis per errorem non debitum soluit, quasi ex cõtractu^c † debere videtur. Adeò enim non intelligitur propriè ex contractu obligatus esse, vt si certio rem rationẽ sequamur, magis (vt suprã diximus^d) ex distractu quàm ex contractu possit dici obligatus esse. Nam qui soluendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, vt distrahat potiùs negotium, quàm contrahat. Sed tamen perinde is, qui accepit, obligatur^e †, ac si mutuum ei daretur, & ideo condictione tenetur.

^c † *Hoc enim ipso, quòd soluit, aliquid negotij gerit. leg. 33. D. de cõdict. ind.*

^d §. 2. *Quib. mod. re contrah. obl.*

^e † *Ex aquisrare. l. nam hoc natura. D. de cond. ind. contra strictũ ius. l. nõ omnis. de reb. cred.*

¶ *Quibus ex causis indebitum solutum non repetitur.*

7 Ex quibusdam tamen causis^f † repeti non potest, quod per errorem non debitum solutum sit. sic namq; definerunt Veteres^g, ex quibus causis inficiando^h lis crescit, ex iis *gatum non sit Ecclesia, solutum repetitur: si non solemniter legatum sit, non repetitur.* ^g *Fac. l. Ea qua. C. de cond. ind. & vide Paul. lib. I. Sent. tit. 18.* ^h *Vt si quis scripturã, qua quis queritur, & vel numerationem inficietur. l. Contra quis propriam. C. De non num. pec. Vid. Theoph.*

^f † *Oportet ergo causã aliquã subesse. Exẽplã causa: si le-*

^a *Addo* *caussis non debitum solutum repeti nō posse: veluti ex lege Aquilia, item ex legato* ^a.
teritum exemplum in deposito ob ruinam, incendiū, naufragium. Quod veteres quidem in iis legatis locum habere voluerunt, quæ certa constituta, per damnationem ^b cuiq; legata fuerant, nostra autem constitutio ^c cū vnā naturam omnib. legatis & fideicommissis indulgit, huiusmodi augmentum in omnibus legatis & fideicommissis extendi voluit: sed nō omnibus legatariis hoc ^d præbuit, sed tantummodo in iis legatis & fideicommissis, quæ sacrosanctis Ecclesiis, & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis, vel pietatis intuitu honorantur ^e, relicta sunt: quæ si indebita solvantur, non repetuntur ^f.

^b *Legata per damnationem, & luti, dāno te heres illi dare centum.*

^c *Extat in l. 2. Cōm. de leg.*

^d *Scilicet prius legiū, & inficiando crescerent.*

A.C.

^e *In Vet. manu sc. legitur honorificantur: notat*

Cuiac.

^f *Neq; datur indebiti cōdictio: quoniā cessante debiti causa; adhuc tamē pietatis causa super est. Vide*

Myns. § † § in tit. per quas pers. nob. acqu. egit de acquirendo dominio, & possessione: hic de acquirenda obligatione. ^h Scilicet illas obligationes, & per consequens actiones. ⁱ Vet. quod per seruos quidem nobis.

PER QVAS PERSONAS

nobis obligatio acquiritur § †.

TITVLVS XXIX.

¶ *De his qui sunt in potestate.*

EXPOSITIS generibus obligationū, quæ ex contractu, vel quasi ex contractu nascuntur: admonendi sumus, acquiri nobis ^b non solum per nosmetipsos, sed per eas quoque personas, quæ in nostra potestate sunt, veluti per seruos, & filios nostros: vt tamen, quod per seruos ⁱ nostros nobis acquiritur,

totum

totum nostrum fiat ^a: quod autem per liberos, quos in potestate habemus, ex obligatione fuerit acquisitum, hoc diuidatur secundum imaginem rerum proprietatis, & ususfructus, quam nostra decreuit constitutio ^b: ut quod ab actione commodum perueniat, huius ususfructum quidem habeat pater, proprietatem autem filio seruetur, scilicet patre actionem mouente, secundum Nouellę nostrę constitutionis ^c diuisionem ^d.

^a Sic Videlicet, & nihil immutuerit possit vel is qui nobis per seruum acquiritur: l. Nec seruus. De pec. vel seruus ipse, cui nihil sibi possit possidere, nisi forte aliquid peculij, domino permittente.

¶ De bona fide possessis.

1 Item per liberos ^e homines, & alienos seruos, quos bona fide possidemus, acquiritur nobis: sed tantum ex duabus causis, id est, si quid ex operis suis, vel ex re nostra acquirant.

^b l. Cum oportet. C. De bon. qua lib.

¶ De seruo fructuario, [vel usuario.]

2 Per eum quoque seruum, in quo ususfructus, [vel usus] habemus similiter ex duabus istis causis nobis acquiritur.

^c l. Et. C. de bon. qua lib. qua ideo Nouella dicitur, quod post priorem Codicem lata

¶ De seruo communi.

3 Communem seruum pro dominica parte dominis acquirere certum est: excepto eo, quod nominatim vni stipulando aut

^d Diuisionem vocat distinctionem quę talis est, &

si pater & ususfruct. in aduentitiis filij amplectatur, pater exercet quidem actiones, sed filio consentiente. Si autem negligat illum & ususfruct. & nolit amplecti, tunc filius agat consensu patris. A. C. * Hunc locum supra explicuit Iustin. §. De his autem sit. Per quas pers. ^e Vel vltim. has voces Verusti Codices non agnoscunt. Acc. Vide Theoph. ^f Id est, pro rata dominij parte. l. 5. §. 7. De stipul. seruo.

per quas per
son.

^b In §. Servus
communis.
§. De stipul.
servor.

^c † Ipso iu-
re, scilicet.

^d Caius li. I.
Inst. tit. IO.

^e Al. Solui-
tur autem.

^f Solutio est
naturalis

datio. Acce-
ptilatio, no-

uatio, dele-
gatio, civi-

les sunt solu-
tiones. ac

proprie satis-
factiones di-

cuntur. huc
pertinet l. so-

lutam. De
solut.

^g Puta fru-
mentum pro

nummis. l.
Manifesti.

C. De solut.

Seneca 6. de
Benef.

^h † Si nomine debitoris solutum sit, debitor liberatur ipso iure: sin minus, ope exceptionis. l. 28. D. manda. ⁱ l. soluendo. De negot. gest. Liberationis scilicet favore. ^k Fideiussores scilicet, & mandatores. ^l Fac. l. I. De acceptil. nec ipsa sola tollitur obligatio, sed & qua ipsi accedunt, & hypotheca, pignora, fideiussores, stipulationes & surarum, & pœna. l. 43. De solut.

per traditionem accipiendo, illi soli acquirit: veluti cum ita stipulatur, *Titio domino meo dare spondes?* Sed si domini vnus iussu seruus fuerit stipulatus, licet antea dubitabatur: tamen post nostram decisionem ^a res expedita est, vt illi tantum acquirat, qui hoc ei facere iussit, vt supra ^b dictum est.

Q V I B V S M O D I S

tollitur ^c † obligatio ^d.

T I T V L V S X X X.

¶ De solutione.

TOLLITUR ^e autem omnis obligatio solutione ^f eius, quod debetur: vel si quis, consentiente creditore, aliud ^g pro alio soluerit. Nec interest, quis soluat: vtrum ipse, qui debet, an alius pro eo ^h †: liberatur enim & alio solvente: siue sciente, siue ignorante debitore, vel inuito ⁱ eo solutio fiat. Item si reus soluerit: etiam ij, qui pro eo interuenerunt ^k, liberantur. Idem ex contrario contingit, si fideiussor soluerit: non enim ipse solus liberatur, sed etiam reus.

¶ De acceptilatione.

Item per acceptilationem tollitur obligatio ^l. Est autem acceptilatio, imaginaria

Benef.

^h † Si nomine debitoris solutum sit, debitor liberatur ipso iure: sin minus, ope exceptionis. l. 28. D. manda. ⁱ l. soluendo. De negot. gest. Liberationis scilicet favore. ^k Fideiussores scilicet, & mandatores. ^l Fac. l. I. De acceptil. nec ipsa sola tollitur obligatio, sed & qua ipsi accedunt, & hypotheca, pignora, fideiussores, stipulationes & surarum, & pœna. l. 43. De solut.

^h † Si nomine debitoris solutum sit, debitor liberatur ipso iure: sin minus, ope exceptionis. l. 28. D. manda. ⁱ l. soluendo. De negot. gest. Liberationis scilicet favore. ^k Fideiussores scilicet, & mandatores. ^l Fac. l. I. De acceptil. nec ipsa sola tollitur obligatio, sed & qua ipsi accedunt, & hypotheca, pignora, fideiussores, stipulationes & surarum, & pœna. l. 43. De solut.

^h † Si nomine debitoris solutum sit, debitor liberatur ipso iure: sin minus, ope exceptionis. l. 28. D. manda. ⁱ l. soluendo. De negot. gest. Liberationis scilicet favore. ^k Fideiussores scilicet, & mandatores. ^l Fac. l. I. De acceptil. nec ipsa sola tollitur obligatio, sed & qua ipsi accedunt, & hypotheca, pignora, fideiussores, stipulationes & surarum, & pœna. l. 43. De solut.

solutio.

olutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id si velit Titius remittere, poterit sic fieri, ut patiatur hæc verba debitorum dicere: *Quod ego tibi promisi, habesne acceptum?* & Titius respondeat, *Habeo*. Sed & Gracè^a potest acceptilatio fieri: dummodo sic fiat, ut Latinis verbis solet exigi^b, ἐχουσ λαβῶν δινάεια ποσα; ἐχο λαβῶν^c. Quo genere (ut diximus) tantum exsoluuntur obligationes, quæ ex verbis consistunt, non etiam cæteræ^d. Consentaneum enim visum est, verbis factam obligationem, aliis posse verbis dissolui. Sed & id, quod alia ex causa debetur: potest in stipulationem deduci, & per acceptilationem dissolui. Sicut autem quod debetur, pro parte rectè soluitur^e †, ita in parte debiti acceptilatio fieri potest.

¶ *De Aquiliana stipulatione, & acceptilatione.*

2 Est autem prodita stipulatio, quæ vulgò Aquiliana appellatur, per quam contingit, ut omnium rerum obligatio in stipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat[†] omnes obligationes, & à Gallo Aquilio ita composita est: *Quicquid te mihi ex quacunque^b causa dare, facere oportetⁱ, oportebit ve,*

^a Vide leg. Gracè. ff. de acceptil.

^b Hoc verbū nō agnoscit Theoph. & Cuiac. de mendū cenfer.

^c Id est, tot de narios acceptos habes? Acceptos habeo.

^d Quare, & mutuū: vel literis: vel consensu, & emptio. contrahuntur.

^e † Vide leg. tutor. 41. §.

Lucius. D. de & su. leg. quidam. 21. de reb. cred.

^f Ex leg. Et & no. De accept.

^g † Al. nouat.

^h Ex contractu, & vel quasi, ex maleficio.

ⁱ Dare, & ut dare centum aureos. facere, & ut suscipere in se obligationem, l. si mandato. §. quoties. ff. Mand. Oportet, præsens tempus significat, & ideo adiicitur oportebit, l. stipulatus fuerim §. 1. l. si à colono. l. cum stipulamur. De verb. oblig.

presens in diemve, aut sub conditione: quarumcunque rerum mihi tecum actio est: quæque aduersus te petitio, vel aduersus te persecutio est eritve: quodve tu meum habes, tenes^a, possides, dolove malo fecisti, quo minus possideas: quanti quæque earum rerum res e-

• Tenere est naturaliter detinere: rō est animo domini detinere Theophil. Fac. l. 1. & l. Possidere. De acqu. poss. l. Officium. De rei vind.

possidere & rō est animo domini detinere Theophil. Fac. l. 1. & l. Possidere. De acqu. poss. l. Officium. De rei vind. possides, dolove malo fecisti, quo minus possideas: quanti quæque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius, spondit Numerius Nigidius. [quod^b Numerius Nigidius Aulo Agerio spondit, id haberēne à se acceptum Numerius Nigidius Aulum Agerium rogauit. Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.]

¶ De nouatione.

^b Inclusa ad verbū sumpta sunt ex l. 3. vno. D. de accep. Sed vet. libri sic habēt & rectius: Item ex aduerso Numerius Nigidius interrogauit Aulū A-

3 Præterea nouatione tollitur obligatio: veluti si id, quod tibi Seius^c debebat, à Titio dari stipulatus sis. Nam interuētū nouæ personæ, noua nascitur obligatio, & prima tollitur, translata in^d † posteriorem^e: ad eō vt interdum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima nouationis iure tollatur: veluti si id, quod tu Titio debes^f, à pupillo sine tutoris autoritate stipulatus fuerit. quo casu res amittitur. Nam & prior debitor libera-

gerium, Quicquid tibi hodie per Aquilianam stipulationem spondi, id omne habēsne acceptum? Respondit Agerius, Habeo acceptumque tuli. ^c Vet. Si id quod tu Seio debebas, à Titio dari stipulatus sis, atq; ita leg. esse sequentia indicant. ^d † Sed posterior retinet prius legium prioris. l. 29. D. de nouat. l. 17. de reb. ar. et. ind. poss. ^e Delegatio est hæc, cui tamen nouatio inest. nam delegatio est nouatio per stipulationē interuentu nouæ personæ facta. ^f Cusac. legit, debebas, vt supra.

tur, &

tur, & posterior obligatio nulla^a est. Non idem iuris est, si à seruo^b quis fuerit stipulatus. nam tunc prior perinde obligatus manet, ac si postea nullus stipulatus fuisset. Sed si eadē persona sit, à qua postea stipuleris: ita demum nouatio fit, siquid in posteriore stipulatione^c noui sit: fortè si conditio, aut dies aut fideiussor adiiciatur, aut detrahatur. Quod autem diximus: si conditio adiiciatur, nouationem fieri: sic intelligi oportet, vt ita dicamus factam nouationem, si conditio extiterit: alioqui si defecerit, durat prior obligatio. Sed cum hoc quidē inter veteres constabat, tunc fieri nouationem, cum nouandi animo in secundam obligationem itum fuerat: per hoc autem dubium erat, quando nouandi animo videretur hoc fieri, & quasdam de hoc præsumptiones alij in aliis calibus introducebant: ideo nostra processit constitutio^d, quæ apertissimè definiuit, tunc solum nouationem prioris obligationis^e fieri, quoties hoc ipsum inter cōtrahentes expressum fuerit, quòd propter nouationem prioris obligationis conuenerunt: alioqui & manere pristinam obligationem, & secundam ei accedere, vt maneat ex vtraque causa obligatio, secundum nostræ constitutionis definitionē, quam licet ex ipsius lectione apertius cognoscere.

*a Ne natura-
ralis quidē,
quia pupil-
lus animi iu-
dicio caret.*

*b. quod pupil-
lus. de cond.
ind. Si tamē
factus sit lo-
cupletior, iu-
re naturali
obligatur. l.
naturaliter
§. & l. §. leg.
prox. ff. De
cond. ind.*

*c Nā in no-
uatione per-
sona sit oportet.
seruū autē
Ius ciuile
pro nullo ha-
bet. l. Quod
attinet. De
reg. iur. Th.*

*d Vet. in po-
steriorē sti-
pulationem.*

*e l. §. l. C. de
nouat.*

*f Hac subdi-
tita sunt,
prioris obli-
gationis.*

I. C.

*g Est quar-
tus mod. tol-
lenda oblig.
consensu.*

¶ De contrario consensu.

4 Hoc amplius^f ex obligationes, quæ

consensu contrahuntur, contraria voluntate dissoluuntur^a. Nam si Titius, & Seius inter se consenserint, vt fundum Tusculanum emptum Seius haberet centum aureis: deinde re nondum sequuta (id est, nēque pretio soluto, neq; fundo tradito) placuerit inter eos, vt discederetur ab ea emptione & venditione, inuicem liberantur. Idem est in conductione & locatione, & in omnibus contractibus, qui ex consensu descendunt, sicut iam dictum est^b.

Ipso iure. nā quia pacto de nō petendo tollitur obligatio ipso iure: ideo hāc tollenda obligationis speciem omisit hic Iust. Si del. Ab emptione. De pact. qua hunc locum explicat. Fac. l. i. Quando lic. ab emp. disced.
^b *Præter quinque modos supra scriptos. possunt & alij quatuor colligi: nempe Compensatio, §. bona fideic. infra. De actio confusio. l. debitori. 7. Cod. de pact. Interitus rei, l. si ex legati. 23. ff. De Verb. oblig. Maleficium creditoris, leg. si quis in tantam. 7. Cod. Unde Si. An. Con.*

I N S T I-





INSTITVTIO-
 NVM IVRIS DIVI
 IVSTINIANI
 LIBER IIII.

DE OBLIGATIONI-
 bus, quæ^a ex delicto^b nascuntur^c.

TITVLVS I.

PRioribus duabus causis absolutis, ex quibus ob-
 ligationes nascuntur, contractus scilicet & quasi^c Hic tit. ge-
 contractus, restant posteriores duæ, delicta & quasi^c neralis &
 delicta, quæ subsequenter titul. explicantur. Delicto-
 rum^d autem alia sunt publica, alia privata. Dicuntur^e cõmunis est
 Publica quæ ad dispersionem status publici tendunt, que ad tit.
 Ut seditio, homicidium, peculatus, ambitus, &c. de qui de oblig. qua
 bus lib. 48. Pandect. & §. tit. de publ. ind. agitur. Pri- qua. ex deli.
 uata verò sunt, quib. privata vita affligitur^e com-^d Differen-
 moditas: Ut est furtum, rapina, damnũ, & iniuria: tia delicto-
 de quibus in hoc, & sequ. tit. differitur. Deinde & rum.
 inter publica crimina, & inter privata, quedam sunt^e Lex malo-
 capitalia, quæ pœna mortis aut exilij vindicantur: ficiis. ff. de
 quadam non capitalia, quorum pœna aut est pecu- act. & obl.
 niaria, aut coercitio quadam corporalis^f. Rursus^f leg. 2. ff. de
 errorumq. quedam sunt ordinaria, in quibus certa pub. iud.
 pœna à legibus constituta est: alia extraordinaria, & leg. 1. ff. de
 quib. imponitur pœna pro modo^g delicti ex arbitrio effract. &
 iudicantis. Persequimur autem pœnam aut civili- expil. l. & l. ff.
 ter quando petimus eam nobis adiudicari: aut crimi- de privat.
 nialiter, quando petimus, Ut reus vel luat pœnam in delict.
 corpore, vel quid sisco inferat. Hac ex Myns.

*Quidam
 cod. habent.
 De oblig. ex
 delicto, & §. 3.
 de oblig. ex
 consensu: &
 de obl. ex q.
 cons.
 b Caius 2. li.
 Inst. tit. & l.
 Paul. l. 16. 2.
 Sent. tit. De
 fur. 31.*

^a † §. Et. §. de oblig.

^b Nam aut re, aut verbis, aut literis, aut consensu contrahuntur.

^c Verborum tamen contumelia & literis, ut factis libellis fit, l. Aut facta. De pœni.

^d Hæc sunt priuata maleficia quatuor: alia sunt publica aut popularia, aut ex-

traordinaria. I. C. Veluti exempli potius verbo quam diuisionis & sensus est, quia fortè præter has maleficiorum species reperiuntur alia: ut de incendio, ruina, naufragio. & vide lib. 47. Digest. Sed ceteras ad has 4. referri non subtiliter contendunt. ^e Ex l. i. eod. Vide

Ant. Aug. Emend. lib. 4. cap. 4. ^f † Leg. contrectatio rei fraudulosa. & habent Pand. Fl. In l. 10. D. de fur. & §. de lib. D. Germani Colladonij. I. C. doctissimi. Rei autem sic accipe, id est, corporalis l. 75. eod. & mobilis. §. quod autem supra de & succa. nam huiusmodi res contrectari possunt. l. 3. §. si rem apud te. D. de acquir. possess.

^g Veluti si feruum tuum subtraxerim. ^h Ut si quod in unum diem utendū dederim, diutius teneas. Theop. ⁱ Veluti si quod pignoris aut depositi causa datum est, tanquā dominus possideam. Theoph. ^k Furtum iure naturali prohibitum esse confirmat Vlp. l. Probrum. 42. De verb. sign. licet aliud velit Alc. lib. 1. Disp. cap. 10. Gell. lib. 11. cap. 18. Cic. 3. Verr. Ant. Aug. §. ibidem.

¶ Continuatio: & diuision obligatorum ex delicto.



VVM sit expositum superiore libro de obligationib. ex contractu, & quasi ex contractu: sequitur, ut de obligationibus ex maleficio, [& quasi ex maleficio] dispiciamus. Sed illæ quidem (ut suo loco ^a † tradidimus) in quatuor ^b genera diuiduntur: hæc verò vnius generis sunt: nam omnes ex re ^c nascuntur, id est, ex ipso maleficio, veluti ex furto ^d, rapina, damno, iniuria.

¶ Defurto. ¶ Definitio.

I Furtum ^e est contrectatio ^f † fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, & vel etiam vsus eius ^b, possessionisve ⁱ: quod lege naturali ^k prohibitum est, admittere.

¶ Etymo-

¶ *Etymologia.*

2 Furtum autem vel à furuo, id est, nigro, dictū est, quòd clām & obscurè fiat, & ple- runque nocte: vel à fraude, vel à ferendo, id est, auferendo: vel à Græco sermone, quòd φῶρας appellant fures. Imò & Græci à feren- do φῶρας dixerunt.

^a Vide Non- niū & Var- ron. Gell. li. 1. cap. 18.

^b Legendum qui nō quod.

^c Legendum ἀπὸ τῆς φέ- ρειν.

¶ *Diuisio.*

3 Furtorum autem duo sunt genera: manifestum, & nec manifestum^d. Nam con- ceptum, & oblatum, species potius actionis sunt furto coherentes, quàm genera furto- rum, sicut inferius apparebit. Manifestus fur est, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρω^e appellant: nec solū is, qui in ipso furto deprehenditur, sed etiam is, qui eo loco deprehenditur, quo furtum fit: veluti qui in domo furtum fe- cit, & nondum egressus ianuam depre- hensus fuerit: & qui in oliueto, oliuarum: aut in vineto, vuarum furtum fecit: quan- diu in eo oliueto, aut in vineto deprehen- sus fuerit. Imò ulterius furtum manife- stum est extendendum, quandiu eam rem fur tenens visus, vel deprehensus fuerit: siue in publico, siue in priuato, vel à do- mino, vel ab alio, antequam eò peruene- rit, quò deferre vel deponere destinasset &. Sed si pertulit, quò destinauit, tamen si depre- hendatur cū re furtiua, nō est manifestus fur.

^d Quæ inter genera fur- torum Paul. retulerat li. Sent. 2. cap.

31.

^e Id est, in ipso facto,

scu actu fu- randi scilicet deprehē-

sus. Aeschin.

contra Cre- siph. ἐπ' αὐ- τοφώρω κλέ-

πτω. Papi-

nianus in l. si dominus.

ff. de præscr. Verb. appel-

lat deprehē-

sus in admis-

sio.

^f Vet. quo fit veluti qui do- mi furtum fecit & pau-

lō post, aut

vineto fur deprehensus sit. ^g Id est (Sicut ait Paul. l. 4. D. De furt.) quò destinauerat eo die manere cum eo furto.

** Unde furtum concipere pro inuenire & fur parit Paulus l. 2. Sēt. titul. 31. De furtis.*

^b In triplū. sc. l. 12. Tab. Gell. lib. 11. cap. 6. l.

** Ut condemnationis scriptura penes te potius esset quam penes ipsum. Theophil.*

^d In Pand. idcirco ne verbū quidem.

** Hoc est, presentibus testibus. Furtiuorū autē quæstiones cū lance & licio (de quo Gell. lib. 16. cap. 10.) emanauerunt. Vide Plat. 12. De leg. & Fest. Pomp. lib. 10.*

Nec manifestum furtum quid sit, ex iis quæ diximus, intelligitur. nam quod manifestum non est, id scilicet nec manifestum est.

¶ *De furto concepto, oblato, prohibito, non exhibito.*

4 Conceptum^a furtum dicitur, cū apud aliquem testibus præsentibus. furtiua res quæsitā, & inuenta sit: nam in eum propria actio^b constituta est, quanuis fur non sit, quæ appellatur concepti. Oblatum furtum dicitur, cū res furtiua ab aliquo tibi oblata sit, eaque apud te concepta sit: vtique si ea mente tibi data fuerit, vt apud te potius^c, quam apud eum, qui dedit, conciperetur. nam tibi, apud quem concepta sit, propria aduersus eum qui obtulit, quanuis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur Oblati. Est etiam prohibiti furti actio, aduersus eum qui furtum quærere testibus præsentibus volentem prohibuerit. Præterea pœna constituitur edicto Prætoris per actionem furti non exhibiti, aduersus eum, qui furtiuam rem apud se quæsitam, & inuentam, non exhibuit. Sed hæc actiones, scilicet concepti, & oblati, & furti prohibiti, nec non furti non exhibiti, in desuetudinem^d abierunt. Quum enim requisitio rei furtiue hodie secundū veterem obseruationem^e non fiat: meritò ex consequentia etiam præfatæ actiones ab vsu communi recesserunt: quum manifestū sit, quòd omnes, qui scientes rem furtiuā susceperint, & cela-

& celauerint, furti nec manifesti obnoxij sunt. *Deuter. cap. 5. Exod. cap. 20. Gell. lib. 20. cap. 1. Leg. 12. Tab. tit. 12.*

¶ *Pœna.*

5 Pœna manifesti furti, quadrupli est^a, tam ex serui, quàm ex liberi^b persona: nec manifesti, dupli.

Gell. lib. 11. cap. 5. In seruos, ait, graui⁹ quàm in liberos

¶ *Quomodo furtum fit. De contrectatione.*

6 Furtum autem fit, non solùm cùm quis intercipiendī causā rem alienam amouet^c: sed generaliter cùm quis alienam rem inuito domino contrectat. Itaque siue creditor pignore^d: siue is, apud quem res deposita est, ea re vtatur: siue is, qui rem vtendam accipit, in alium vsum eam transferat, quàm cuius gratia ei data est, furtū committit: veluti si quis argentum vtendum acceperit^e, quasi amicos ad cœnam inuitaturus, & id peregrè secum tulerit: aut si quis equum gestandi^f causā commodatum sibi, longiùs aliquò duxerit: quod Veteres scripserunt de eo, qui in aciem^b equum perduxisset.

furti nomine animadvertebatur.

Immutat, specificat, tradit sciēs. §. 9. in fin. §. de v. s. w.

Ex l. Si pignore, 54. ff. de fur. l. si is.

7. Cod. eod. quod iure ciuili quoad

pœnā pecuniariā verum est.

¶ *De affectu furandi.*

7 Placuit tamen eos, qui rebus commodatis aliter vterentur, quàm vtendas acciperint, ita furtum committere, si se intelligant id inuitoⁱ domino facere: eumque, si intellexisset, non permissurum: at si permissurum

Val. Max. cap. 2. in fin. lib. 8.

Ad valetudinē & animi recreationem.

^e Veterum appellatione continentur Brutus Manilius, Sabinius, Labeo, l. quam rem, 38. vbi Cu. ff. De v. s. cap. ^h Gell. lib. 7. cap. 15. l. Quis iumenta, 40. §. l. 76. De fur. ⁱ Id est, non consentiente. l. Qui v. s. 48. §. Si ego, De fur. Vide Alc. lib. 1. Disp. cap. 10.

^a *Id est, delictum.*

^b *† Quia & voluntas di-*

stinguat ma-

lesticia. l. qui iniuria. D.

de fur.

^c *Ex Vlp. l. Inter omnes 46. §. Rectè. De furt.*

^d *Vet. cod. sanximus. sic enim legendum est in l.*

8. C. de re-

stib. §. l. 1.

C. de numerar. & act.

non sancimus I. Cuius.

^e *Vet. non currant.*

credant, extra crimen ^a videri: optima sanè distinctione, Quia furtum sine affectu furandi non committatur ^b†.

¶ *De voluntate domini.*

8 Sed & si credat ^c aliquis inuito domino se rem commodatam sibi contrectare, domino autem volente id fiat: dicitur furtum non fieri. Vnde illud quæsitum est, quum Titius seruum Mæuij sollicitauerit, vt quasdam res domino subriperet, & ad eum perferret, & seruus id ad Mæuium pertulerit: Mæuius autem, dum vult Titium in ipso delicto deprehendere, permiserit seruo quasdam res ad eum perferre: vtrùm furti, an serui corrupti iudicio teneatur Titius, an neutro? Et cum nobis super hac dubitatione suggestum est, & antiquorum Prudentium super hoc altercationes perspeximus, quibusdam neque furti, neque serui corrupti actionem præstantibus, quibusdam furti tantummodo: nos huiusmodi calliditati obuiam euntes, per nostram decisionem sancimus ^d, non solum furti actionem, sed & serui corrupti contra eum dari. Licet enim is seruus deterior à sollicitatore minimè factus est, & ideo non concurrant ^e regulæ, quæ serui corrupti actionem introducunt, tamen consiliū corruptoris ad perniciem probitatis serui introductum est, vt sit ei pœnalis actio imposita, tanquã si re ipsa fuisset seruus corruptus: ne ex huiusmodi impunitate & in aliū seruum, qui

quifacile poffet corrumpi, tale facinus à quibusdam perpetratur^a.

¶ *Quarum rerum furtum fit. De liberis hominibus.*

9 Interdum^b etiam liberorum hominum furtum fit^c †: veluti fi quis liberorū noſtrorum, qui in poteſtate noſtra ſunt^d, ſubreptus fuerit.

¶ *Dere propria.*

10 Aliquando autē etiam ſuæ rei furtum quis^e committit: veluti fi debitor rem, quam creditori pignoris cauſſa dedit, ſubtraxerit^f.

¶ *Qui tenentur furti. De eo, cuius ope, conſilio furtum factum eſt.*

11 Interdum [quoque] furti tenetur, qui ipſe furtum non fecit: qualis eſt is, cuius ope & † conſilioⁱ furtum factum eſt. In quo numero eſt, qui tibi nūmos excuſſit, vt alius eos raperet^k †: aut tibi obſtiterit, vt alius rem tuam exciperet, aut oues tuas, vel boues fugauerit, vt alius [eas] acciperet^l. Et hoc Veteres ſcripſerunt de eo, qui panno rubro^m fugauit armentum. Sed fi quid eorum per

quia commodo eum ſpoliat, quod in cauſſa pignoris eſt. ^a Ab eſt à vet. lib. ^b † Non cuius ope tantum, ſed conſilio tantum factū eſt. Verſ. certè. j. h. §. l. ſape 53. D. de Verb. ſign. ⁱ Is, cuius conſilio factum eſt furtum, tenetur, l. Qui ſeruo. §. i. leg. Si quis uxori. §. Neque. De furt. Cic. l. De nat. deor. ^k † Modo rapuerit, nam ſi nummi perierint, & ad neminem peruenierint, datur potius damni iniuria actio. l. ſi ſeruus 27. §. ſi quis. D. ad leg. Aquil. ^l Vet. eos exciperet. ^m Senec. lib. 2. De ira. Taurum, inquit, color rubicundus excitat: ad ſumbram aſpis exurgit: ſerfos, leonesq; mapaproritat. Vide l. In furti. §. & l. De furt.

^a Videtur Cui legendum pertinetur. Et in conſtit. l. i. ff.

^b Ex leg. in furt. ff. cod.

^c † Vt furteneatur in duplum, ſed quadruplū

eius quod patris intereſt: nā ipſum corpus liberū non recipit aſtimationem. l. i.

§. ſed cum homo. D. de his qui deiecc. ſel eff.

^d Vet. in poteſtate noſtra.

^e Vet. quisq;.

^f Quoniam in eo creditorem laedit,

^g Ab eſt à vet. lib.

^h † Non cuius ope tantum, ſed conſilio tantum factū eſt.

ⁱ Is, cuius conſilio factum eſt furtum, tenetur, l. Qui ſeruo. §. i. leg. Si quis uxori. §. Neque. De furt. Cic. l. De nat. deor. ^k † Modo rapuerit, nam ſi nummi perierint, & ad neminem peruenierint, datur potius damni iniuria actio. l. ſi ſeruus 27. §. ſi quis. D. ad leg. Aquil. ^l Vet. eos exciperet. ^m Senec. lib. 2. De ira. Taurum, inquit, color rubicundus excitat: ad ſumbram aſpis exurgit: ſerfos, leonesq; mapaproritat. Vide l. In furti. §. & l. De furt.

• *Theophil.* lasciuiam ^a, & non data opera, vt furtum ad-
 uarà τρυ- mitteretur, factum est: in factum ^b actio da-
 φλω. *Anton.* ri debet. At vbi ope Mæuij Titius furtum fe-
 August. E- cerit, ambo furti tenentur ^c †. Ope & confi-
 mend. lib. 4. lio eius quoque furtum admitti videtur, qui
 cap. II. *Bud.* Ad leg. I. §. scalas fortè fenestris supponit: aut ipsas fene-
 Glum. De stras ^d vel ostium effringit, vt alius furtum fa-
 Aeil. edict. ceret: quive ferramenta ad effringendū, aut
 petulantia, scalas, vt fenestris supponerentur, commo-
 mollitiē. & uocū intem- dauerit sciens, cuius [rei] gratia commoda-
 pestusum. uerit. Certè qui nullam opem ad furtum fa-
^b In factum ciendum adhibuit, sed tantūm consilium de-
 pratoria: dit, atque hortatus est ad furtum faciendum,
 aut si praci- non tenetur furti ^e †.

pecora, in fa-
 ctū ciuilib.

¶ De his, qui sunt in potestate: & de ope
 ac consilio extranei.

• † Nec G-
 nus soluēdo
 alium libe-
 rat, quia pe-
 nam sui de-
 licti soluit. l.
 adeo. D. de
 iurisd. l. pen.
 §. Et nequis
 eum qui in
 ius voc.

^d Vide l. Si
 pignore. 54.
 §. pen. De
 furt.

^e † Sed actio-
 ne de dolo. l.
 consilij. 47.

D. de regu. iur. Ergo nihil huic loco contradicit. l. sape. 53. de Verb. signif. ⁱ Fac. l. Seru. cod.

12 Hi, qui in parentum, vel dominorum
 potestate sunt, si rem eis surripiunt, furtum
 quidem faciunt, & res in furtiuam causam
 cadit, nec ob id ab vllō vsucapi potest, ante-
 quam in domini potestatem reuertatur: sed
 furti actio non nascitur: quia nec ex alia vlla
 causa potest inter eos actio nasci. Si verò o-
 pe & consilio alterius furtum factum fuerit:
 quia utique furtum committitur, conueni-
 enter ille furti tenetur: quia verum est, ope
 & consilio eius furtum factum esse.

¶ Quibus datur actio furti.

13 Furti autem actio ei competit, cuius

interest

interest^b † rem saluam esse, licet dominus non sit. Itaque nec domino aliter competit, quàm si eius intersit rem non perire.

¶ *De pignore surrepto creditori.*

14 Vnde constat^c creditorem de pignore subrepto furti actione^d agere posse, etiam si idoneum debitorem habeat: quia expedit ei pignori^e potiùs incumbere, quàm in personam agere: adeò quidem, ut quanuis ipse debitor eam rem subriperit, nihilominus creditori competat actio furti.

¶ *Dere fulloni, vel sarcinatori, vel bo. fid. emptori surrepta.*

15 Item si fullo^f polienda curandave, aut sarcinator sarcienda vestimèta mercede certa constituta acceperit, eaque furto amiserit: ipse furti habet actionem, nò dominus, quia domini nihil interest eam rem non perire, cum^g iudicio locati à fullone aut sarcinatore rem suam persequi possit^h. Sed & bonæ fidei emptori subrepta re, quam emeritⁱ, quanuis dominus non sit, omnino^k competit furti actio, quemadmodum & creditori. Fulloni verò & sarcinatori^l nò aliter furti actionem competere placuit, quàm si soluèdo fuerint: hoc est, si domino rei æstimationem soluere possint. Nam si soluendo non sint: tunc quia ab eis suum dominus consequi nò potest. *acceperit. nam si tradita non sit, furti actio ei non competit, sed venditori, leg. Eum qui emit. ff. de fur. siue par, siue impar soluendo fuerit. I. C.*

^a *Dummodo intersit ratione rei surrepta: nò aliunde, l. in terdum, 49.*

ff. eod.

^b † *Excus. sahonestat. l. 12. p. l. 14. §. is a. D. de fur.*

^c *Ex leg. 12. eod.*

^d *Ver. lib. nò habet actione, nec in §. fulloni actio nem. Vide I. C.*

^e *Plus est enim cautio nis in rem quàm personam, ait Pöp. l. Pius cautio nis.*

De reg. iur.

^f *Ex d. l. 12.*

§. Itaq. eod.

^g *Cum pro quia.*

^h *Ver. persequi potest.*

ⁱ *Atq. emptã*

fit, ipsi domino furti competit actio: quia hoc casu ipsius interest rem saluā esse. Idem est, & si in parte soluendo fuerit fullo aut sarcinator.

¶ *Dere commodata.*

^a *Omnibus enim quorū periculo res aliena sunt, datur actio furti, non etiam conditio, l. eum 14. §. qua lis. ff. eod. Wesemb.* 16 Quæ de fullone, & sarcinatore diximus, eadem ^a & ad eum, cui commodata res est, transferenda veteres existimabant. Nam ut ille fullo mercedem accipiendo, custodiam præstat: ita is quoque, qui commodatum utendi causa ^b accepit, similiter necesse habet custodiam præstare. Sed nostra prouidentia etiam hoc in nostris decisionibus ^c emendauit, ut in domini voluntate sit: siue commodati actionem aduersus eum, qui rem commodatam accepit, mouere desiderat, siue furti aduersus eum, qui rem subripuit: & alterutra earum electa, dominum non posse ex pœnitentia ad alteram venire actionem. sed si quidem furem elegerit, illum, qui rem utendam accepit, penitus liberari. sin autem commodator veniat aduersus eum qui rem utendam accepit, ipsi ^d quidem nullo modo competere posse aduersus furem furti actionem: eum autem, qui pro re commodata conuenitur, posse aduersus furem furti habere actionem. ita tamen, si dominus sciens ^e rem esse ^f subreptam, aduersus eum cui res commodata fuerit, per-

^a *Commodatori, scilicet seu domino.* ^c *Fac. d. l. & l. C. de furt.*

^f *Vet. lib. non esse. sic & l. & l. C. De fur. I. C.*

uenit.

uenit. si autem nescius & dubitans ^a rem † esse subreptā, apud eum ^b commodati actionem instituerit: postea autem re comperta, voluerit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem actionem ^c peruenire: tunc licentia ei conceditur & aduersum furem venire, obstaculo nullo ei opponendo: quoniam incertus constitutus ^d mouit aduersus eū, qui rem vtendam accepit, commodati actionem: nisi domino ab eo ^e satisfactum fuerit: tunc etenim omnino furem à domino quidem furti actione liberari: suppositum autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit: quum manifestissimum sit, etiam si ab initio dominus actionem commodati instituerit, ignarus re esse subreptam: postea autem hoc ei cognito, aduersus furē transferit: omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quemcunque causse exitum ^f dominus aduersus furem habuerit: eadem definitione obtinente, siue in parte, siue in solidum soluendo sit is, qui rem commodatam acceperit.

¶ *Dere deposita.*

17 Sed is, apud quem res deposita est, custodiam non præstat: sed tantum in eo obnoxius est, si quid ipse dolo malo fecerit ^h. qua de causa, si res ei subrepta fuerit, quia restituendæ eius rei nomine depositi non tenetur, nec ob id eius interest rem saluam esse: furti agere non potest, sed furti actio domino competit.

^a *Qui pro ignorantie habetur leg. Vlt. Cod. de cond. indeb. Wesemb.*

† *Leg. rem non esse apud eum, commod. §c.*

^b *Commodatarium.*

^c *Agendo contra furē ipsum.*

^d *Id est, dubitans & ignorans.*

^e *Commodatario, scilicet.*

^f *Id est, siue vicerit, siue victus sit. Theoph.*

^g *Sumptus est hic locus ex Vlp. in l. Eum qui. §.*

is autē. De furt. § leg. Vlt. §. Vlt. C. eod.

^h *At nemo de dolo suo habet actionem furti. l. Itaque. ff. eod.*

• *Ex l. Impuberē. De furt. impubes furro tenetur. l. 12. Tab. Gell. li. II. cap. 5. l. adeo ut arbitratu Praetoris crederetur, & non x. m. a se factū sciret.*

^b *Id est, contrahendo. A. C.*

^c *Id est, extra pœnam & quadruplū. Theop. §. Ex maleficiis.*

De alti. j. d. † Vide §. sic itaque j. de action.

^e *In hunc tamen pœnalis actio nō datur: nisi fuerit lis cū fure superstitie contestata: heredi & erō eius qui damnū passus*

est, hæc actio non denegatur. Vide §. non autem j. De temp. act. G. §. Secunda species obligationis ex delicto. & Additur in quibusdam lib. actione. Vide cap. 6. Levit. h. Dcest in Vet. lib. i. † Nec manifesti, si deprehēdens se relauerit. l. 1. D. h. t. l. 7. D. de fur. alioquin manifesti. l. si vendidero. 80. §. cūm raptor. cod.

¶ *An impubes furti teneatur.*

18 In summa ^a sciendum est, quæsitum esse, an impubes rem alienam amouendo, furtum faciat. Et placuit, quia furtum ex affectu ^b [furandi] cōsistit: ita demū obligari eo crimine impuberē, si proximus pubertati sit, & ob id intelligat se delinquere.

¶ *Quid veniat in hanc actionem: & de affinis actionibus.*

19 Furti actio, siue dupli, siue quadrupli, tantum ad pœnæ persecutionem pertinet. Nam ipsius rei persecutionem extrinsecus ^c habet dominus, quam aut vindicando, aut condicendo ^d † potest auferre. Sed rei vindicatio quidem aduersus possessorem est: siue fur ipse possidet, siue alius quilibet. conductio autem aduersus furem ipsum heredemve eius ^e, licet non possideat, competit.

DE VI B O N O R V M.

raptorum §.

TITVLVS II.

¶ *Origo huius actionis: & quid in eam veniat.*

QVI vi ^b res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti ⁱ † (quis enim magis

alienam

alienam rem inuito domino contrectat, ^a *Ad Iuliano,*
quàm qui vi rapit: ideoq; rectè dictum est ^a, *scilicet. l. 2.*
eum improbum furem esse) sed tamen pro ^{ff.eod.}
priam actionem eius delicti nomine Prator ^o *Vulgò, Et*
introduxit, quæ appellatur ^b *Vibonorum ra-*

ptorum: & est intra annum ^c quadrupli: post ^c *Quo scili-*
annum, simpli. Quæ actio utilis ^d est, etiam si ^{cet rapina}
quis vnâ rem, licet minimam ^e, rapuerit. ^{facta est.}
Quadruplum autem non totum ^f pœna est, ^d *Id est, pro-*
sicut in actione furti manifesti diximus: sed ^{ficat: ne quis}
in quadruplo inest & rei persecutio: vt pœna ^{accipiat pro}
tripli sit, siue comprehendatur & raptor in ip- ^{ea que discre-}
so delicto, siue non. Ridiculum enim esset ^{ta opponi-}
leuioris conditionis esse eum, qui vi rapit, ^{tur, Et §. 1.}
quàm qui clàm amouet. ^{De oblig.}

¶ *Aduersus quos datur.*

I [Ita tamen ^b competit hæc actio, si do- ^{xi} *καὶ τὸ μικρόν*
lo malo quis rapuerit. Nam qui aliquo er- ^{τι πῆγμα.}
rore ductus, rem suam esse existimans, & ^f *† Al. non*
imprudens iuris, eo animo rapuerit, quasi ^{tantum.}
domino liceat etiam per vim rem suam au- ^g *Id est, inue-*
ferre à possessoribus,] absolui ⁱ † debet ^k. Cui ^{presentibus}
scilicet conueniens est, nec furti teneri eum ^{testib. con-}
qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne, dum ^{uincatur.}
talia excogitantur, inueniatur via per quam ^{Thcop. ἐν τῷ}
raptores impunè suam exercent avaritiam: ^{πῆγματι}
^{φωράθη. non}
^{autē iniecta}

manu oborto collo in carcerem rapiatur, Et quidam volunt.

^h *Cuiac. legit.* Quia tamen ita competit hæc actio, si dolo malo
quis rapuerit: qui aliquo errore ductus rem suam esse putat, & im-
prudens iuris eo animo rapit. ⁱ † *Hoc iudicio: sed afficitur alia*
pœna, Et mox subiicit. ^k *Vetustissimus codex habet, absolui de*
pœna rapti non dere debet: Vide Cuiac.

suæ nō tenetur. leg. 2. §. Hac eod. nec est lege Iulia. l. Si quis Cod. Ad leg. Iul. sed rei sua dominio mulctatur.

l. Si quis. C. Unde si.

^b Eo sensu accipit. §. Sed ex cōst. t. j. De interd. caussa cadere vel for-

mula, Suet. in Claud. c. 14. Senec. de Vita tranq.

^c Vim passio scilicet.

^d Quod verbum de immobilib. pro priè dicitur: capiuntur autem res mobiles.

^e Ex l. 2. §. In hac. ff. eo.

^f Paul. habet, spectamus. d. §. In hac.

^g i. dominio, in quo verè ea sunt, qua possidemus.

meliùs Diualibus Constitutionibus pro hac parte prospectum est, vt nemini liceat vi rapere vel rem mobilem, vel se mouentem, licèt suam^a eandem rem existimet. Sed si quis contra statuta Principum fecerit, rei quidem suæ dominio^b cadere: sin autè aliena res sit, post restitutionem eius, etiã æstimationem eiusdem rei præstare^c. Quod non solùm in mobilibus rebus, quæ rari possunt, constitutiones obtinere censuerunt: sed etiam in inuasionibus^d, quæ circa res soli fiunt: vt ex hac caussa ab omni rapina homines abstineant.

¶ Quibus datur.

2 Sanè^e in hac actione non vtique expectatur^f rem in bonis actoris esse. nam siue in bonis^g sit, siue non: si tamen ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quare siue locata, siue commodata, siue etiam pignorata, siue deposita sit res apud Titium sic, vt intersit eius eam rem per vim non auferri (veluti si in deposita re culpam quoque promisit) siue bona fide possideat, siue vltimfructum quis habeat in ea, vel quid aliud iuris, vt intersit eius nō rari: dicendum est ei competere hanc actionem, non vt dominium accipiat, sed illud solùm, quod ex bonis eius, qui rapinam passus est, id est, quod ex substantia eius ablatum esse proponatur. Et generaliter dicendum est, ex quibus caussis furti actio competit in re clam facta, ex iisdem caussis omnes habere hanc actionem.

DE LEGE AQUILIA^b

TITVLVS III.

¶ *Summa.* ¶ *Caput primum.*

DAMNI^c et iniuriæ^d actio cōstituitur per legem Aquiliam. Cuius primo capite cautum est, vt si quis alienum hominem, alienamve quadrupedem^e, quæ pecudum numero sit, iniuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.

¶ *De quadrupede, quæ pecudum numero est.*

I Quòd autem non præcisè^f de quadrupede, sed de ea tantùm, quæ pecudum numero est, cauetur: eò pertinet, vt neque de

magistratus gerere, aut legē rogare possit. ^b Tertia species delicti, vnde obligatio rei pecuniaria et priuata oritur. ^c † Damnum sic accipe, quod neque furtum est, neq; rapina. l. si seruus seruus. 27. §. si oliuam. D. h. quanuis omnis deminutio patrimonij damnum dici possit. l. 3. de da. infe. ^d Al. damni iniuria, id est, per iniuriam dati, id est, per culpam. Sic enim hoc verbum intelligi isto titul. debere, docebit Iustin. in princ. in tit. infrà de iniur. Et hoc differt à pauperie qua definitur damnum, sine iniuria facientis datum. l. g. 1. Si quadrup. paup. ^e Hinc apparet seruos quadrupedibus lege fuisse adæquatos. Ex leg. 1. eod. ^f Id est, ἀπλῶς, simpliciter, ἰνδίστηκτὲ, ἀποτόμως, vt in leg. 1. §. Si ei quis. ff. vt lega. no. cau. Verùm non immeritò mirabitur quis hanc interpretationem, cùm capite primo legis Aquilia esset scriptum quadrupedem vel pecudem. nam fortè paradoxum sit ita interpretari, vel pecudem, id est, quæ pecudum numero sit.

Quidam volūt ab Aquilio Gallo, qui nunquam Tribunus plebis fuit, minime rogatam fuisse, sed ab Aquilio quodam rogante lata: quia Q. Mutius Scauola eius legis meminerit in leg. Quintus hoc tit. antequam vel natus esset Gallus Aquilius, vel certe

^a *Sub imperio pastoris, scilicet unde Caius l. 28. §. 1. eod. feruas à pecudibus distinguit.*

^b *l. 2. ff. eod. l. 56. De leg. 3. ubi verba Martiani extant.*

^c *Homerus νέμονται, quo significatur de feris non intel ligi. Arist. 8. §. 9. Anim.*

^d *Lib. 13. Odyss.*

^e *l. 2. eod. l. 65. §. Pecoribus. De l. 3.*

^f *Theophil. παρανόμως, id est, contra ius.*

^g *Hanc vocē nō agnosce*

Theoph. h. † Quia & im vi repellere licet. l. 4. l. 45. D. h. t. l. 3. de Inst. & in. i. Theoph. non minus cū lex & l. c. scitur, quis per culpam occidit, quā qui ex dolo. est enim inuersus ordo. similis error est in l. Iurisg. §. Pactorum. De pact. † Idem error est, si tamē est error, in l. ab hostibus §. non minus. D. ex quibus caus. man. l. 3. §. si emancipatus. de bon. possess. con. tab. l. 3. §. Labeo, de incen. rui. nauis. l. solidum, de solut. l. 2. C. Theod. de suscept.

feris bestiis, neque de canibus cautum esse intelligamus: sed de iis tantum, quæ gregatim ^a propriè pasci dicuntur: quales sunt equi, muli, asini, oues, boues, capræ. De suis quoque idem placuit. Nam & sues ^b pecudum appellatione continentur: quia & hi [gregatim] pascuntur ^c. Sic deniq; & Homerus in *Odyssæa* ^d ait (sicut *Ælius* ^e *Martianus* in suis institutionibus refert.)

Δὴς τὸν γε (ύεσι πρὴμειν, οἱ ἰνέμονται
Πρὸ Κίεραυας πέρι, ὅτι τὸ κρῶν Ἀρεθύση.

Hoc est:

*Sequantē videas, qui errant per pascua, porcos
Ad Coracis saxū, iuxta fontemq; Arethusam.*

¶ De iniuria.

2 Iniuria autem occidere intelligitur, qui nullo iure ^f occidit. Itaque qui latronem [insidiatorem ^g] occiderit, non tenetur, ^h † v-tique si aliter periculum effugere non potest.

¶ De casu, dolo, culpa.

3 Ac neis quidem hac lege tenetur, qui casu occidit: si modò culpa eius nulla inueniatur. nā alioqui non minùs ex dolo ⁱ, quàm

^h † *Quia & im vi repellere licet. l. 4. l. 45. D. h. t. l. 3. de Inst. & in. i. Theoph. non minus cū lex & l. c. scitur, quis per culpam occidit, quā qui ex dolo. est enim inuersus ordo. similis error est in l. Iurisg. §. Pactorum. De pact. † Idem error est, si tamē est error, in l. ab hostibus §. non minus. D. ex quibus caus. man. l. 3. §. si emancipatus. de bon. possess. con. tab. l. 3. §. Labeo, de incen. rui. nauis. l. solidum, de solut. l. 2. C. Theod. de suscept.*

ex cul-

ex culpa^a † quisque hac lege tenetur,

¶ *Deiaculatione.*

4 Itaque si quis, dum iaculis ludit, vel exercitatur, transeuntem seruum tuum traiecerit^b, distinguitur. Nam si id à milite^c in eo campo, ubi solitum est exercitari, admissum est, nulla culpa eius intelligitur, si alius tale quid admiserit, culpæ reus est. Idem iuris est de milite, si in alio loco, quàm qui ad exercitandum militibus destinatus est, id admiserit.

¶ *Deputatione.*

5 Item si putator^d ex arbore deiecto ramo seruum tuum transeuntem occiderit, si prope viam publicam^e, aut vicinalem^f id factum est, neque proclamavit, ut casus evitari posset, culpæ reus est. sed si proclamavit, nec ille curavit præcauere, extra culpam est putator. Equè extra culpam esse intelligitur, si seorsum à via forte, vel in medio fundo cædebat, licet non proclamavit: quia in eo loco nulli extraneo ius fuerat versandi.

¶ *De curatione relicta.*

6 Præterea si medicus^g, qui seruum tuum secuit, dereliquerit curationem eius, & ob id mortuus fuerit seruus, culpæ reus erit.

[†] Hinc intellige medicos olim χειρουργούς fuisse. leg. 5. §. Sicuti De offic. præscr. l. Quæ. §. leg. seq. eod. Gell. lib. 10. cap. 5. Plat. 11. De legibus l. Cum de lanionis. §. in instrumento. De instrum. vel instr. leg.

^a † *Etiam leuissima, l. in lege. 44.*

D. h. t.

^b *Vet. transfecerit, Cui.*

sic distinguit: si id à

milite quidē in cāpo, eoq; ubi, &c.

^c *Ex l. 44. eod.*

^d *Ex Paulo l. Si putator 31. eod.*

^e *Theophil.*

βασιλικήν

vocat, quæ omnibus est communis.

^f *Quæ in vicis dicit, & publica etiā est. Theoph.*

l. Via. De loc. & itin.

publ. l. 2. §. Viarum. Ne

quid in loc. publ. l. & l.

De ser. rustic. præd. Si culus Flac.

De cōd. agr.

¶ *De imperitia medici.*

^a *l. Illicitas.*

§. *Sicuti. de Offi. pras.*

^b *Aut Iurif- consul: us,*

Vel obste- trix, aut a-

lius artifi- cium profes-

sus.

^c *Ex Caiol. Idem iuris.*

§. *Mulionē. cod. Vet. cul-*

pæ tenetur. & rectè.

7 Imperitia ^a quoque culpæ adnumera- tur: veluti, si medicus ^b ideo seruum tuum oc- ciderit, quia malè eū secuerit, aut perperam ei medicamentum dederit.

¶ *De imperitia & infirmitate mu- lionis aut equo vecti.*

8 Impetu ^c quoque mularum, quas mu- lio propter imperitiam retinere non potuit, si seruus tuus oppressus fuerit, culpæ reus est mulio. Sed & si propter infirmitatem eas retinere non potuerit, quum alius firmior eas retinere potuisset, æquè culpæ tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque qui quum equo veheretur, impetum eius aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam suam retinere non potuerit.

¶ *Quanti damnum æstimatur. & de heredibus.*

^d *Vt index*

rem retro le- gendo eius

æstimatio- nem ineat. l.

Aut l. x. ff. eod.

^e *Quum a-*

nimal intra

annū pluris

valuit, quā

quo tēpore

interfectū

est. Wes.

9 His autem verbis legis, *Quanti ideo in anno plurimi fuerit*, illa sententia exprimitur: vt si quis hominem tuū, qui hodie claudus, aut mancus, aut luscus erit, occiderit, qui in eo anno integer, aut pretiosus fuerit, non tanti teneatur, quanti hodie erit, sed quanti in eo anno plurimi fuerit ^d, qua ratione creditū est pœnalem esse huius legis actionem: quia non solūm tanti quisq; obligatur, quantum damni dederit, sed aliquando ^e longè pluris. Ideoq; constat in heredem eam a- ctionem

tionem non transire ^a †, quæ transitura ^a † *Nisi he-*
 fuisset, si ultra damnum nunquam lis æsti- *res ex dāno*
 maretur. *locupletior*

¶ *Quid æstimatur.*

10 Illud non ex verbis legis, sed ex inter- *factus sit. l.*
 pretatione ^b placuit: non solum perempti *23. §. hęc a-*
 corporis æstimationem habendam esse, se- *ctionem. D.*
 cundum ea, quæ diximus: sed eo amplius, *h. t. au: lis*
 quicquid præterea perempto eo corpore da- *cū defuncto*
 mni ^c nobis illatum fuerit, veluti si seruum *fuerit con-*
 tuum heredem ab aliquo institutum, antè *testata. §. 1.*
 quis occiderit, quàm is iussu tuo hereditatem *J. de perp.*
 adierit: nam hereditatis quoque amissæ ra- *et temp. act.*
 tionem esse habendam cōstat. Item si ex pari *b At Vlp.*
 mularum vnam, vel ex quadrigis ^d equorum *hoc iure vi-*
 vnum quis occiderit, vel ex Comædis vnus *mur, et eius*
 seruus occisus fuerit: non solum occisi fit *quod inter-*
 æstimatio, sed eo amplius id quoque com- *est, fiat æsti-*
 putatur, quanti depretiati sunt, qui super- *matio. l. 21.*
 sunt. *§. vlt. hic.*

¶ *De concursu huius actionis, et*
capitalis.

11 Liberum ^e autem est ei, cuius seruus *c Pecuniarij*
 occisus fuerit, & ex iudicio priuato legis *nā affectio-*
 Aquiliæ damnum persequi, & capitalis ^f *nis ratio nō*
habetur: et
si filiū meū
naturalem
occideris, nō
pluris æsti-
mabitur,
quàm si fi-
lius meus nō
fuisse. l. si
seruum. 93.
cod. titul.

A.C. d Id est, quatuor equorum iugū, nec hic significatur
currus. sic Symmachus libro 1. epistol. scribit currus Camilli of-
fendisse veteres Romanos, et albentes quadrigas ei exilium
triste peperisse. e Est apertior hic locus apud Vlpian. leg.
Vnde Neratius. §. si dolo. cod. f Ex lege Cornel. De sicarijs.
Theophil.

† Si dolo criminis eum reum facere †.

seruus occi-
sus fuit l. 23.

¶ Caput secundum.

§ si dolo. D.

12 Caput secundum legis Aquiliae in usu non est.

h. t. non etiā

silata culpa

l. 7. ad leg.

Corn. de

ficarijs.

¶ Caput tertium. Quod damnus vindicatur.

Legis scilicet

Aquila, cuius capi-

tis verba si

de apud Vl-

pien l. Si ser-

uus. § 3. eod.

Prater

mortem sci-

licet. nā pri-

imum caput

de damno

santū mor-

te illato con-

ceptum est.

Caput in

Pandect. ap-

pellatur ca-

pitulum: Et

Græcis νε-

φάλοιον. qui

dam tamen

reijciūt hoc

verbum, Et

barbarum.

Cuiac. leg. aut fractū,

aut ruptum. Et generale ver-

bum postremo loco ponatur, l. Si seruus. §. tertio. §. inquit. §. cū eod.

ff. eod. §. A Celso, scilicet, d. l. Si seruus. §. Cum eod. §. Vlp. d. l.

Si seruus, habet, qui vinum spurcauit: Vbi vinum spurcatū vocat,

dilatū, Et aqua infusa vitiatū. Festus Pomp. Athenens ἀπο-

λέσας τὸν εἶνον, ἢ πικρίας τὸ ὕδωρ. Vide Budæum.

13 Capite tertio^b de omni cætero^c da-
mno cauetur. Itaque si quis seruum, vel eam
quadrupedem, quæ pecudum numero est,
vulnerauerit: siue eam quadrupedem, quæ
pecudum numero non est, veluti canem, aut
feram bestiam vulnerauerit, aut occiderit:
hoc capite^d actio constituitur. In cæteris
quoque omnibus animalibus, item in omni-
bus rebus, quæ anima carent, damnum per
iniuriam datum, hac parte vindicatur. Si quid
enim vstum, aut ruptum^e, aut fractum fue-
rit: actio ex hoc capite constituitur, quan-
quam poterat sola rupti appellatio in omnes
illas causas sufficere. Ruptum enim intelli-
gitur, quod quoquo modo corruptum est.
Vnde non solum fracta, aut vsta, sed etiam
scissa, & collisa, & effusa, & quoquo modo
perempta, atque deteriora facta, hoc verbo
continentur. Denique responsum^f est, si
quis in alienum vinum^g & aut oleum id mi-

scuerit,

scuerit, quo naturalis bonitas vini aut olei corrumpetur: ex hac parte legis Aquiliæ cum teneri.

¶ *De dolo, & culpa.*

14 Illud palàm est, sicut ex primo capite demum quisque tenetur, si dolo aut culpa eius, homo aut quadrupes occisus occisive fuerit: ita ex hoc capite, de dolo aut culpa, & de cætero damno quemque teneri ex hoc ta-

Ulp. l. misse sententia auctorem non laudat Sabino. l. Quemadmodum.

¶ *Quanti damnum æstimatur.*

15 At nec plurimi quidem verbum adii-
citur. Sed Sabino^a rectè placuit, perinde habendam æstimationem, ac si etiam hac parte^b, plurimi verbum adiectum fuisset: nam plebem Romanam, quæ Aquilio Tribuno rogante hanc legem tulit, contentam fuisse, quòd prima parte eo verbo vsa esset.

§. & l. ff. eod.

Qua in præfationibus dicuntur, ea in sequentibus repetita intelliguntur l. Titia, 131.

§. 1. De verb. oblig. Wes.

¶ *De actione directa, utili, & in factum.*

16 Cæterùm^c placuit, ita demum directam ex hac lege actionem esse, si quis præcipuè corpore suo damnum dederit. Ideoq; in eum, qui alio modo damnum dederit, utiles actiones dari solent. veluti si quis hominem alienum, aut pecus ita incluserit, ut fame^d necaretur: aut iumentum ita vehementer egerit, ut rumperetur: aut pecus in tantum exagitauerit, ut præcipitaretur: aut si

Quando locus sit huic actioni seu directa seu

utili: aut & utraque deficiente, in factum actioni.

l. Item si. §. Si quis hominem. Ad leg. Aquil. Vide Plat. 9. De leg.

quis alieno seruo persuaserit, ut in arborem ascenderet, vel in puteum descenderet, & is ascendendo, vel descendendo, aut mortuus, aut aliqua parte corporis læsus fuerit: utilis actio ^a in eum datur. Sed si quis ^b alienum seruum aut de ponte, aut de ripa in flumen deiecerit, & is suffocatus fuerit: eo quòd proiecit, corpore suo damnum dedisse, non diffi- culter intelligi potest: ideoque [ipsa lege Aquilia ^c] tenetur. Sed si non corpore da- mnum fuerit datum, neque corpus læsum fuerit, sed alio modo alicui damnum con- tingerit, quum non sufficiat, neque directa, neq; utilis legis Aquiliæ actio: placuit eum, qui obnoxius fuerit, in factum actione ^d teneri: veluti ^e si quis misericordia ductus, alienum seruum compeditum soluerit, ut fugeret.

^a *Quæ & in factum dicitur: est autem in factum civilis, id est, ad instar legis Aquiliæ.*

I. C.

[†] *l. Item si obstetric. §. si quis hominem. leg. quemadmodum. §. pen. D. h. t.*

^b *Ex Vlp. l. Qua actione. §. S. d. si quis. eod.*

^c *Hoc est quod dicimus, ipso iure. I. C.*

^d *Prætoria scilicet, quæ diuersa est ab Stili Aquilia.*

[†] *l. II. D. de præscr. Verb.*

^e *Ex Vlp. l. Et eleganter.*

§. Idem Labeo. De dolo malo. l. Si hominem Depos. §. Quarta species obligationis ex delicto privato. & Paul. lib. 5. Sent. tit. 4.

^h *Descriptus ferè tot. hic titul. ex Vlp. leg. 1. eod. Vbi additur & ex eo nomen habet.*

DE INIURIIS.

TITVLVS IIII.

¶ Verbum iniuria quot modis accipitur.

GENERALITER iniuria dicitur omne, quod nõ iure fit ^b: specialiter, aliàs contumelia, quæ à cõtemnendo dicta est, quam Græci, ὕβρις appellant: aliàs culpa, quam

Et eleganter. §. Idem Labeo. De dolo malo. l. Si hominem Depos. §. Quarta species obligationis ex delicto privato. & Paul. lib. 5. Sent. tit. 4.

^h *Descriptus ferè tot. hic titul. ex Vlp. leg. 1. eod. Vbi additur & ex eo nomen habet.*

Græci

Græci ἀδικημα^a dicunt, sicut in lege Aquilia^a damnū iniuria datum accipitur: aliās iniquitas & iniustitia, quam Græci ἀνομίαν καὶ^b ἀδικίαν^c vocant, cū enim Prator vel iudex non iure contra quem pronuntiat, iniuriam accepisse dicitur.

^a E. Baro post Haloand. legit, ἐγκλημα. Theoph. tamē hoc loco ἀδικημα habet.

^b † Theoph. legit, quam Græci ἀδικίαν vocant.

^c Hoc verò distat ἀδικημα ἀπὸ τῆς ἀδικίας quò δικαιοπραγμα, distat ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης.

Aristot. 5. Ethic. & Demosth. cōtra Midia.

^d Non factò tantum, sed etiā verbo, ait Theoph.

^e † Verberare est cadere cum dolore: pulsare, sine dolore. l. 5. §. 1. D. h. titul.

¶ *Quibus modis fit iniuria.*

1 Iniuria autem committitur, non solūm cū quis pugno pulsatus^d, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus^e † erit: sed & si cui conuicium factum fuerit, siue cuius bona quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil eum sibi debere: vel si quis ad infamiam alicuius libellum^f, aut carmen, [aut historiam] scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quò quid eorum fieret: siue quis matrem familias, aut prættextatum & prættextatamve adfectatus^h † fuerit: siue cuius pudicitia attentataⁱ esse dicitur: & denique aliis plurimisk modis admitti iniuriam manifestum est.

¶ *Qui & per quos iniuriam patiuntur. De parente, & liberis, viro & uxore: socero, & nuru.*

2 Patitur autem quis iniuriā non solūm

^f l. Lex. §. Si quis. eod. Corn. Tac. 1. Annal. in Cassium Severum.

^g Id est, puerum & vel puellam. nam prættexta puerorū erat indumentū ad annum 17. Gel. lib. 1. cap. 23. Plur. in Romul. ^h † Affectatur, qui tactus sequitur: attentat, qui & scribis appellat. l. 15. §. aliud. D. h. t. ⁱ Ut ex pudico impudicus fieret, l. attentari. ff. eo.

^k Quos repetere licet ex Pand. eod. tit.

^a † Si iniuriam faciēs per semetipsum, sed etiā per liberos suos^a †, scit esse filioſ suos in potestate habet: item per vxorem suam: id enim magis præualuit. Itaque si filia alicuius, quæ Titio nupta est, iniuriam feceris, non solūm filiaē nomine tecum iniuriarum agi potest, sed etiam patris^c quoque & mariti nomine. Contrā^d autē si viro iniuria facta sit: vxor iniuriarum agere non potest. Defendi enim vxores à viris, non viros ab vxoribus, æquum est. Sed & sōcer nurus nomine, cuius vir in eius potestate est, iniuriarum agere potest.

^b Atq; etiā sponſam. l. Item apud. §. Aliud. eo.

^c In cuius est potestate filia. Vlp. l. Si vnus. §. ait

Prator. ff. eod.

^d Ex Paul. l. 2. eod. quia

Vxor à viro, & non contrā dignitatem accipit.

^e Vlp. hunc locū tractat l. Itē apud. eod.

^f Quia seruorum nulla est iure civili dignitas. l. 3. De cap. minut.

^g Ex l. Item §. In verbis. eod.

^h † Aestimatio iniuria

fit ex dignitate dominorum, & sic hic: sed aestimata iniuria, non consequitur quis aestimationem nisi pro portione dominij. leg. Sed non. 16. D. h. t.

§. In verbis. eod.

h † Aestimatio iniuria

fit ex dignitate dominorum, & sic hic: sed aestimata iniuria, non consequitur quis aestimationem nisi pro portione dominij. leg. Sed non. 16. D. h. t.

§. In verbis. eod.

h † Aestimatio iniuria

fit ex dignitate dominorum, & sic hic: sed aestimata iniuria, non consequitur quis aestimationem nisi pro portione dominij. leg. Sed non. 16. D. h. t.

§. In verbis. eod.

h † Aestimatio iniuria

fit ex dignitate dominorum, & sic hic: sed aestimata iniuria, non consequitur quis aestimationem nisi pro portione dominij. leg. Sed non. 16. D. h. t.

§. In verbis. eod.

h † Aestimatio iniuria

fit ex dignitate dominorum, & sic hic: sed aestimata iniuria, non consequitur quis aestimationem nisi pro portione dominij. leg. Sed non. 16. D. h. t.

¶ De seruo.

3 Seruis^e autem ipsis quidem nulla iniuria^f fieri intelligitur: sed domino per eos fieri videtur: non tamen iisdem modis, quibus etiam per liberos & vxores: sed ita, quom quid atrocius commissum fuerit, & quod apertē ad contumeliam domini respicit: veluti si quis alienum seruum [atrociter] verberauerit: & in hunc casum actio proponitur. At si quis^g seruo conuicium fecerit, vel pugno eum percusserit, nulla in eum actio domino competit.

¶ De seruo communi.

4 Si communi seruo iniuria facta sit: æquum est, non pro ea parte, qua dominus quisque est, aestimationem iniuriæ fieri^h †,

fit ex dignitate dominorum, & sic hic: sed aestimata iniuria, non consequitur quis aestimationem nisi pro portione dominij. leg. Sed non. 16. D. h. t.

sed

sed ex dominorum persona ^a, quia ipsis fit iniuria.

¶ *De seruo fructuario.*

5 Quòd si ususfructus in seruo Titij est, proprietates Mæuij, magis Mæuio ^b † iniuria fieri intelligitur.

¶ *De eo, qui bona fide seruit.*

6 Sed si libero homini, qui tibi bona fide seruit, iniuria facta sit, nulla tibi actio dabitur, sed suo nomine is experiri poterit, nisi in contumeliam tuam pullatus sit. tunc enim competit & tibi iniuriarum actio. Idem ergo est & in seruo alieno bona fide tibi seruiente: ut toties admittatur iniuriarum actio, quoties in tuam contumeliam iniuria ei facta sit.

¶ *Pœna iniuriarum. Ex l. 12. tab.*

¶ *Ex iure pretorio.*

7 Pœna autem iniuriarum ex l. 12. Tab. propter membrum quidem ruptum, talio ^c erat: propter os verò fractum nummariæ pœnæ erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate ^d. Sed postea Prætores permittebant ipsis, qui iniuriam passi sunt, eam æstimare ^e: ut iudex vel tanti reum condemnaret, quanti iniuriam passus estimauerit, vel minoris, prout ei visum fuerit.

Sed pœna quidem iniuriæ, quæ ex lege 12.

^a *Quid enim si alter è dominis Senator sit, alter priuatus?*
Theoph. Vi-
del. 16. eod.
quæ videtur
obstare.

^b † *Nisi in contumeliã Titij factus sit.* leg. 15. §. pen. D. h. t.

^c *Gell. lib.*

Ultim. cap. 1.

Cic. pro Cæc.

Exo. cap. 21.

Deut. ca. 15.

Leuit. c. 22.

Imp. Secarunt pœnã

reciprocam.

l. 3. C. Theod.

De exhib.

reus.

† *Theophil.*

ταυτοπιθειαν

appellat.

Arist. 5. Ethic.

ad Nic.

5. ἀνίπλεπον-θός.

^d *De maxi-*

mo veterũ

Romanorũ

sub Seruio censu, vide Halicar. lib. 1. Antiqu. Rom. Gell. lib. 11. cap. 1. Plin. lib. 18. cap. 3. ^e *Ut quis iniuria esset affectus, ita diceret, Iniuriam mihi illatam centum aureis æstimo.*

▪ *Labeo in citatio Gellij loco huius defuetudinis causam fuisse ait Neratium, qui 25. asibus datis pro oblectamento habebat os hominis de palmare.* Tabularum introducta est, in defuetudinē abiit, quam autem Prætores introduxerunt (quæ etiam honoraria appellatur) in iudiciis frequentatur. Nam secundum gradum dignitatis, vitæque honestatem, crescit aut minuitur æstimatio iniuriæ. qui gradus condemnationis & in seruili persona non immeritò seruatur: vt aliud in seruo actore, aliud in medij^b actus homine, aliud in vilissimo vel compeditò ius æstimationis constituitur.

¶ *Ex l. Cornelia.*

8 Sed & lex Cornelia^e † de iniuriis loquitur, & iniuriarum actionem introduxit, quæ competit ob eam rem, quòd se pulsatū quis verberatūmve, vel domum suam vi introi-

tam^d esse dicat. Domum autem accipimus, siue in propria domo quis habitet^e † siue in conducta, siue gratis, siue hospitio^f receptus sit.

¶ *De æstimatione atrocis iniuria.*

9 Atrox iniuria^g † æstimatur^h vel ex facto, veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fistibus cæsus: vel ex loco, veluti si cui in theatro, vel in foro, vel in conspectu Prætoris iniuria facta sit: vel ex persona, veluti si magi-

sa. l. 5. §. domum. D. h. r. ^f Accipe de certa habitatione, & fixa, non verò meritoria. l. 1. §. Habitatione. De his qui deiec. ^g † De æstimatione iniuria vide Arist. 5. Ethic. 5. ^h VII. circumstantias enumerat Claud. in l. Aut facta. §. 1. De pæn. Hic autem. §. ex Vlp. l. 7. §. Atroce. eod. Fab. lib. 6. cap. 1.

stratus^a iniuriam passus fuerit, vel si Senatori ab humili persona iniuria facta sit, aut parenti, patronove fiat à liberis, vel libertis. aliter enim Senatoris & parentis, patroniq; , aliter extranei, & humilis personæ iniuria æstimatur. Nonnunquam & locus vulneris atrocem iniuriam facit, veluti si in oculo quis percussus fuerit. Parvi autem refert, vtrum patrifamilias, an filiofamilias talis iniuria facta sit. nam & hæc atrox iniuria æstimabitur.

¶ *De iudicio civili, & criminali.*

10 In summa sciendum est, de omni iniuria eum, qui passus est, posse vel criminaliter^b agere, vel civiliter. Et si quidem civiliter agatur, æstimatione facta, secundum quod dictum est, pœna reo imponitur. Sin autem criminaliter, officio iudicis extraordinaria pœna reo irrogatur. hoc videlicet obseruando, quod Zenoniana constitutio^c † introduxit, vt viri illustres^d, quiq; super eos sunt, & per procuratores possint actionem iniuriarum criminaliter^e vel persequi, vel suscipere, secundum eius tenorem, qui ex ipsa manifestius apparet.

¶ *Qui tenentur iniuriarum.*

11 Non solum autem is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, id est, qui percussit: verum ille quoq; tenetur, qui dolo fecit iniuriam, vel qui procurauit^f, vt cui mala pugno percuteretur.

Exod. cap. 22. Aristot. problemat. sect. 29.
^b *Publico iudicio secundum Duarenum, li. 1. Disput. cap. 37. Priuato iudicio secundum Baronem, quem magis probat Cont. l. Vlt. C. eod. Fac. Nou. 71.*
^c † *l. Vlt. C. h. r.*
^d *id est, Consules, Patricij. Duar.*
^e *Nam civiliter cuiuslibet licet leg. Non solū. II. ff. eodem: In criminali iudicio nō licet reliquis; l. pen. ff. de pub. iud.*
^f *Vet. curauit. Ex his videlicet e dicti prætoris verbis, cuiusve opera, &c. l. 15. ff. eod.*

¶ *Quomodo tollitur hæc actio.*

^a Terentij
locus huc
pertinet in
Adelp. Act.
I. Scen. 3. Ni
eo admerca
tum, &c. l.
Non solum.
§. I. eod.

12 Hæc actio dissimulatione^a aboletur^b,
& ideo si quis iniuriam dereliquerit, hoc est,
statim passus ad animum suum non reuoca
uerit^c, postea ex pœnitentia remissam iniu
riam non poterit recolare.

DE OBLIGATIONI bus quæ ex quasi delicto na scuntur.

TITVLVS V.

¶ *Si iudex litem suam fecerit.*

^b Quia, &
ait Cicero
pro Cec. a
ctio iniuria
rum nõ ius
possessõnis
assequitur,
sed dolorem
imminuta
libertatis iu
dicio pœnã
que insti
gat.

SI iudex^d litem^e suam fecerit^f†, non pro
priè ex maleficio obligatus videtur: sed
quia neque ex maleficio, neq; ex contractu
obligatus est, & utique peccasse aliquid intel
ligitur, licet per imprudentiam: ideo videtur
quasi ex maleficio teneri, & in quantum de
eare æquum religioni iudicantis videbitur,
pœnam^g sustinebit.

^c Id est, &
rè indignã
in quo ani
mo non tulerit.
Theoph.

¶ *De deiectis, vel effusis: & positis, aut suspensis.*

^d Hæc actio
est veluti ex

I Item^his, ex cuius cœnaculo, vel proprio

maleficio, & plerunq; in imperitum iudicem datur: imprudentia
Verò iudicis prolata sententia, & κἀδικος ἢ κρισις ἐστὶν, ἐστὶ δ' ὡς ἀ
δικος, & Arist. scribit lib. 5. Ethic. ^e Ex l. maleficio. De obl. &
act. Est autē prima species obligationis ex delicto. ^f † Dicitur
(ni fallor) Iudex litē suam facere, quia ex rudice fit reus. ^g A
liud si dolo malo iudicasset: quo casu Veram litis æstimationem
præstare cogitur. l. Si filiusfam. §. & l. de iud. & de pœna iud. qui
mān. in. Nouell. 86. Arist. lib. 5. Ethic. ^h l. 1. De his qui deie. Est
2. species obligationis ex quasi delicto.

ipius,

ipſius, vel conducto, vel in quo gratis habitat, deiectum effuſumve aliquid eſt, ita vt alicui noceret: quaſi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem non proprie ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerunq; ob alterius culpam tenetur, aut ſerui, aut liberi. Cui ſimilis^a eſt iſ, qui ea parte, qua vulgò iter fieri ſolet, id poſitum aut ſuſpenſum habet, quod poteſt, ſi ceciderit, alicui nocere. quo calu pœna decem aureorum conſtituta eſt. De eo verò, quod deiectum effuſumve eſt dupli, quantum damni datum ſit, conſtituta eſt actio. Ob hominem verò liberum occiſum, quinquaginta aureorũ pœna conſtituitur. Si verò viuat, nocitumque ei eſſe dicatur: quantum ob eam rem æquum iudici videtur, actio datur. Iudex enim computare debet mercedes^b medicis præſtitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta ſunt: præterea operas, quibus caruit aut cariturus eſt, ob id quòd inutilis eſt factus.

¶ *De filiofamilias ſeorſum habitante à patre.*

2 Si filiusfamilias ſeorſum à patre habitauerit^c, & quid ex cænaculo eius deiectum effuſumve fuerit, ſiue quid poſitum ſuſpenſumve habuerit, cuius caſus periculofus eſt: Iuliano placuit in patrem nullam eſſe actionem, ſed cum ipſo filio agendũ^d eſſe. Quod & in filiofamilias iudice obſeruandum eſt, qui litem ſuam fecerit^e.

Est 3. species obligata. ex quasi delicto.

b l. 4. De his qui deiec. nec enim cicatricum, nec deformitatis & illa iniuntur aestimatio, quæ nulla corporis liberi esse potest. l. Ex hac lege. Si qua. pauc. fec. dic.

c Quod certe Veterib. reprehensione dignum semper habitum est. Cic. pro Caelio. reprehendisti à patre quod semigravit, &c.

d l. 5. ff. de obl. e l. 1. ff. de Var. & extr. cog.

Est 4. species obligationis, qua quasi ex delicto. Exercitor autē est ad quē quotidianis nauis quasius pertinet.

^b Cuiac. legit, de dāno, & l. 4. §. & l. De oblig. & act. l. & l. naut. caup. stab. ex Pand. Flor. ^c † In duplum. l. & l. D. Naut. caup. stab.

^d Factū autem & actorū in hac actione non venit: in actione de recepto, qua est ex contractu, factum & actorum venit. l. C. ^e Nisi ex eo factus sit locupletior. l. 5. De calumniat. ^f Actiones dicte sunt, ait Theoph. quod improbos & perfidos ad iudicia agant. Hac definit. ex l. Nihil. De oblig. & act. l. 6. in fin. De neg. gest. ^g De personis ius lib. 1. exposuit: deinde post lib. 2. 3. & 4. de rebus tam corporalibus, quam incorporalibus, inter quas obligationes sunt. §. fin. supra de usu & hab. & supra de rebus corp. Superest igitur & de actionibus ius interpretari. ^h Id est, Facultas & formula. leg. 1. De eo quod cer. Theoph. habet δίκαιον.

¶ *De damno aut furto, quod in nauis, aut caupona, aut stabulo factum est.*

3 Item ^a exercitor nauis, aut cauponæ, aut stabuli de dolo ^b, aut furto, quod in nauis, aut caupona, aut stabulo factū erit, quasi ex maleficio teneri ^c † videtur: si modò ipsius nullum est maleficio, sed alicuius eorum, quorum opera ^d nauē aut cauponā, aut stabulum exercet. Cū enim neque ex maleficio, neque ex contractu sit aduersus eum constituta hīc actio, & aliquatenus culpæ reus est, quod opera malorum hominum vteretur: ideo quasi ex maleficio teneri videtur. In his autem casibus in factum actio competit: quæ heredi quidem datur, aduersus heredem autem non competit ^e.

DE ACTIONIBVS S.

TITVLVS VI.

¶ *Continuatio: & definitio.*

SUPEREST & vt de actionibus loquamur. Actio autē nihil aliud est, quàm ius ^b per-

etum & actorum venit. l. C. ^e Nisi ex eo factus sit locupletior. l. 5. De calumniat. ^f Actiones dicte sunt, ait Theoph. quod improbos & perfidos ad iudicia agant. Hac definit. ex l. Nihil. De oblig. & act. l. 6. in fin. De neg. gest. ^g De personis ius lib. 1. exposuit: deinde post lib. 2. 3. & 4. de rebus tam corporalibus, quam incorporalibus, inter quas obligationes sunt. §. fin. supra de usu & hab. & supra de rebus corp. Superest igitur & de actionibus ius interpretari. ^h Id est, Facultas & formula. leg. 1. De eo quod cer. Theoph. habet δίκαιον.

sequendi

sequendi in iudicio^a, quod sibi^b debetur^c †² *Id est, apud indices datos, & recuperatores non in iure apud Prætorum.*

¶ *Diuisio prima.*

1 Omnium autem actionum, quibus inter aliquos apud iudices arbitrosve^d de quacunq; re^e † queritur, summa^f diuisio in duo genera † deducitur. aut enim rem sunt, aut in personam. Namque agit vnusquisque aut cum eo, qui ei obligatus est, vel ex contractu, vel ex maleficio: quo casu proditæ sunt actiones in personam, per quas intendit aduersarium ei dare aut facere oportere, & aliis quibusdam modis. Aut cum eo agit, qui nullo iure ei obligatus est, mouet tamen alicui de aliqua re controuersiam: quo casu proditæ actiones in rem^b sunt: veluti si rem corporalem possideatⁱ † quis, quam Titius suam esse affirmet, possessor autem dominum eius se esse dicat^k †. nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est.

¶ *De actione confessoria, & negatoria.*

2 Æquè si agat quis, ius sibi esse fundo fortè, vel ædibus vtendi fruendi, vel per fundum vicini eundi agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi: in rem actio est. Eiusdem *Iudices stricti iuris, Arbitri & rō bona fidei*
judiciis adduntur. Illi ex formula à Pratore data, hi ex bono & æquo iudicant. l. A Diuo. Dere iud. l. 7. Ad l. Iul. repet. ^a † *Qua sit in commercio.* ^e *Id est, prima, ac præcipua Theophil. c. 1. p. 1.*
^b † *Addet tertium genus, obligationes mixtas. §. quadam. j. h. t.*
^c *Qua vocantur rei vindicationes. l. Actionū. De obl.* ⁱ † *Vel dolo desierit possidere. l. 36. de rei vind.* ^k † *Non est necesse possessorem hoc dicere: sed conuenitur, si neget rem esse actoris.*

generis est actio de iure prædiorum urbanorum: veluti si quis agat ius sibi esse aliud ædes suas tollendi ^a †, prospiciendive, vel proiiciendi ^b aliquid, vel immittendi tignum in vicini ædes. Contrà quoque de usufructu, & de servitutibus prædiorum rusticorum, item prædiorum urbanorum, inuicem quoque proditæ sunt actiones: vt si quis intendat ius non esse aduersario vtendi, fruendi: eundi, agendi aquamve ducendi: item aliud tollendi, prospiciendive, vel proiiciendi immittendive: istæ quoque actiones in rem sunt, sed negatiuæ ^c. Quod genus actionis ^d in controuersis rerum corporalium proditum non est. Nam in his is agit, qui non possidet, ei verò qui possidet, non est actio prodita per quam neget rem actoris esse. Sanè vno casu ^f, qui possidet, nihilominus is actoris partes obtinet, sicut in latiorib. Digestorum libris opportuniùs apparebit.

¶ De actionibus pratoriis realibus.

3 Sed istæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, & si quæ sunt similes ^g, ex legitimis & ciuilibus ^h causis descendunt. A-
 Con. lib. 4.

cap. 9. ^e Prudentes passim vocant Negatoriam. l. Vti frui. Si usufruct. pet. ^d Negatoria scilicet. ^e Hotom. legit agit. ex l. 6. §. 1. l. 8. §. 3. Si ser. vind. l. 5. §. vltim. Si usufruct. pet. Est locus valde perplexus. ^f Aliàs non vno. aliàs illo, melius tamen legetur, Sanè in hoc casu, id est, in controuersis seruitutum. Vide Gouean. Var. cap. 42. l. 7. si forte. §. sciendum, Si serus vind. ^g Vel in rem, vel personam. ^h Pomp. l. 2. §. His legibus. De orig. iur.

liæ autem sunt, quas Prætor ex sua iurisdictione^a comparatas habet tam in rem, quàm in personam: quas & ipsas necessarium est exemplis ostendere. ut ecce plerunque^b ita permittit Prætor in rem agere, ut vel actor dicat se quasi^c vsucepisse quod non vsuceperit: vel ex diuerso possessor^d † dicat aduersarium suum non vsucepisse, quod vsuceperit.

¶ De Publiciana.

4 Namque si cui ex iusta causa res aliqua^e † tradita fuerit (veluti ex causa emptio- nis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum) necdum eius rei dominus effectus^f est: si eius rei possessionē casu amiserit, nullam habet in rem directam^g actionem ad eam persequendam: quippe ita prodita sunt iure civili actiones, ut quis dominium suum vindicet. sed quia sanè^h durum erat, eo casu deficere actionem: inuenta est à Prætoe actio, in qua dicitⁱ is, qui possessionem amisit, eam rem se vsucepisse, quàm usu non cepit^k †, & ita vindicat suam esse. quæ actio, *Publiciana* appellatur, quoniam primùm à Publicio Prætoe in edicto proposita est.

¶ De rescissoria.

5 Rursus ex diuerso, si quis cum reipu-

Intendit, id est, effectu sic concludit, & iure utitur eius qui vsucepisse, & hoc rebus ipsis dicit. ^k † Nectamen mentitur, quæ fisione pratoris vsucepisse: & (ut vulgò dicitur) idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero.

^a Id est, ex suis edictis proditas.

^b Primum exemplum in *Publiciana actionis pratoria.*

^c Accipe pro tanquam. *Theophilus* *ωσπερ.*

^d † *Leg. possessoriam.*

^e † *Theoph. legit aliena.*

^f *Per vsucapionē scilicet. l. 3. π. de vsucap.*

^g *Quæ tantum domino datur: l. in rem. 24. π. de rei vend.*

^h *Cum non contra dominum, sed alium iniustum possessorem agatur. l. pen. & ult. π. eod. Wesem.*

a Veluti in blica causa *a* abesset, vel in hostium potestatem *b* esset, rem eius, qui in ciuitate esset *c* vsuceperit: permittitur domino, si possessor reipublica causa abesse desierit *d*, tunc intra annum *e* rescissa vsucapione eam petere, id est, ita petere, ut dicat *f* possessorẽ vsu nõ cepisse, & ob id suam rem esse. Quod genus actionis quibusdam & aliis simili æquitate motus Prætor *g* accommodat *h*, sicut ex latiore Digestorum seu Pandectarum volumine intelligere licet.

¶ De Pauliana.

b ¶ Hic per se nõ vsucapit, quia nec possidet. l. sic eueniet. D. ad l. Iul. de adult. vsucapit autẽ per eos, quos in potestate habuit, ex causa peculiari. l. 23. §. h. p. l. n. D. ex quibus cau. ma. l. 44. §. & l. de vsucap. *6* Item si quis in fraudem *i* creditorũ rem suam alicui tradiderit *k*: bonis eius *l* à creditoribus possessis *m* ex sententia Præsidis, permittitur ipsis creditoribus, rescissa traditione eam rem petere *n*, id est, dicere *o* eam rem traditam non esse, & ob id in bonis debitoris mansisse.

¶ De Seruiana, & quasi Seruiana seu hypothecaria.

c ¶ Vel eum, qui abesset. l. vltim. ex quibus caus. man. *7* Item Seruiana *p*, & quasi Seruiana (quæ *q* man. *d* ¶ Finito scilicet officio, & tempore quo reuerti potuit. l. 38. D. ex quibus caus. man. *e* Vtilem, scilicet. l. 1. Ex quibus caus. man. Hodie verò quadriennium datur. l. & l. C. De temp. in integ. rest. *f* ¶ Nõ mentitur, cum sit rescissa vsucapio. *g* ¶ Publicius in honorariis. D. de oblig. *h* Intellige de vtili actione. *i* Cum sit fraus duplex, Consilij, & Euentus: utrunq; concurrat, necesse est, l. 1. Quibus ex caus. ma. l. Ait. Quæ in fraud. *k* ¶ Vel legauerit. l. 6. §. pen. D. quæ in fraud. cred. *l* Debitoris scilicet: *m* Quidam legit, ex sententia Præsidis possessis. *n* Pauliana, scilicet actione. ¶ l. 38. D. de vsur. Intra annum. l. 1. l. 10. D. quæ in fraud. cred. *o* ¶ Nõ mentitur, cum sit rescissa traditio. *p* Duar. ad l. 4. De pact. eam instituit. Seruius Prætor. Theoph.

etiam

etiam Hypothecaria vocatur) ex ipsius Prætoris iurisdictione substantiam capiunt. Seruiana autem experitur quis de rebus coloni^a, quæ pignoris iure pro mercedibus fundi ei tenentur^b. Quasi Seruiana autem est, qua creditores pignora hypothecæve persequuntur: Inter pignus autem & hypothecam (quantum ad actionem hypothecariam attinet) nihil interest. nam de qua re inter creditorem & debitorem conuenerit, ut sit pro debito obligata, utraque hac appellatione continetur: sed in aliis differentia est. Nam pignoris^d appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maximè si mobilis sit. At eam, quæ sine traditione nuda conventionione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus.

¶ *De actionib. prætoriis personalibus.*

8 In personam quoque actiones ex sua iurisdictione propositas habet Prætor veluti de pecunia constituta. cui similis videbatur receptitia^e. sed ex nostra constitutione (cum & si quid plenius habebat hoc in actionem pecuniæ constitutæ transfusum est^f) & §† ea quasi superuacua iussa est cum sua autoritate à nostris legibus recedere.

Actio constituta pec. datur in quemcumq; qui se constituerit: Receptitia in argentariū sese constituentē. Item Actio de constit. ad res numero, pondere, mensura constātes. Receptitia ad omnes planè. Fac. l. 6. §. Ratio. De edendo. † Hoc excepto, quod non constituitur, nisi debitū, et si olim in receptitiam veniebat etiam, quod non fuerat debitū. l. 2. C. de const. pec. † Al. deest &.

^a *Colonus in agro. Inquilinus in adibus. leg. Repignoris, 37. De acq. poss.*

^b *Non iure quidē tacito, et in urbanis, sed ex pacto. §. Interdictum. inf. de interd. Theop.*

^c *Theop. habet actione.*

† *Sed vulgata lectio comodatæ & plerissimā interpretationem recipit, si legamus, utraq; in sexto casu.*

^d *Valla notat. lib. 6. ca. 57. Fac. l. Res hypotheca. de pig. Caius in l. Plebs. §. Pignus. De Verb. sign.*

^a *l.2.C.De* Item Prætor proposuit actionem de peculio
const. pec. seruatorum, filiorumque familiarum: & eam,
^b *Constitu-* ex qua quæritur, an actor iurauerit, & alias
toria act. l. complures.

nec enim. π.
de const. pec.

¶ *De constituta pecunia.*

^c *Accipe de*
profectio
dumtaxat.

^d *Quo nõ de-*
ferente si iu-
rauerit quis
sibitant iu-

rauit, nec
vlla datur
actio, leg. I. §.

In factũ. De
iureiur. E-
cod. cap. 23.

Cic. 3. Offic.
Plut. in Nu-
ma. Plat. 6.

De rep. Dio-
dor. Sic. De
Ægypt. Sacr.

^e *† Valeius*
procuratore
l. 17. §. Slt. D.

de iureiur.
^f *† Aut cum*
iurare para-

tus esset, re-
missũ ei fue-
rit iusiuran-

dum. l. 8. C.
de reb. cred.

^g *† De quacunq;*
re iurari potest. l. 34. p. D. de iureiu. ^h *† In factũ.*
ⁱ *Al. permultas, aliàs bene multas.* ^k *† Iurisdictionis perpetua*
caussa propositum, non prout res incidit. l. 7. D. de iuris.

9 De constituta^a autem pecunia cum om-
 nibus agitur^b, quicumq; vel pro se, vel pro
 alio soluturos se constituerint: nulla scilicet
 stipulatione interposita. Nam alioqui si sti-
 pulanti promiserint, iure ciuili tenentur.

¶ *De peculio.*

10 Actiones autem de peculio^c ideo ad-
 uersus patrẽ, dominũve comparauit Præ-
 tor: quia licet ex contractu filiorum, seruo-
 rũve, ipso iure non teneantur: æquum ta-
 men est peculio tenus (quod veluti patrimo-
 nium est filiorum, filiarũque, item seruo-
 rum) condemnari eos.

¶ *De actione in factum ex iure iurando.*

11 Item si quis postulante^d aduersario^e †,
 iurauerit^f † deberi sibi pecuniam^g † quã pe-
 teret, neque ei soluatur: iustissimẽ accom-
 modat ei talem actionem^h †, per quam non
 illud quæritur, an ei pecunia debeat, sed
 an iurauerit.

¶ *De actionibus pœnalibus.*

12 Pœnales quoque actiones Prætor
 penè multasⁱ ex sua iurisdictione intro-
 duxit: veluti aduersus eum, qui quid^k † ex

albo^a eius corrupisset^b †: & in eum, qui^c patronum^d † vel parentē in ius vocasset, cum id non impetrasset: item aduersus eum qui vi exemerit eum, qui in ius vocaretur, cuiusve dolo alius exemerit: & alias innumerabiles.

¶ De præiudiciis.

13 Præiudiciales^e actiones in rem esse videntur: quales sunt per quas quæritur, an aliquis liber, an libertus sit, vel seruus, vel de partē agnoscendo. Ex quibus ferēs † vna illa legitimam^f causam habet, per quam quæritur, an aliquis liber sit: cæteræ ex ipsius Prætoris iurisdictione substantiam capiunt.

¶ An res sua condici possit.

14 Sicitaq; discretis actionibus, certum est non posse actorem suā rem ita ab aliquo petere, si apparet eū dare oportere. Nec enim quod actoris est, id ei dari oportet: scilicet quia dari cuiquā id intelligitur, quod ita datur, vt eius fiat: nec res quæ iam actoris est, magis eius fieri potest. Planè odio^b furum, quò magis pluribus actionibus teneantur, effectum est, vt extra pœnam dupli aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures etiā hac actione teneantur, si appareat eos dare oportere: quanuis sit aduersus eos etiā hæc in rem actio, per quam rem suam quis esse petit.

¶ De nominibus actionum.

15 Appellamus autem in rem quidem que quum statut a fuerit, inquit Asc. adfert iudicaturis exemplum, quod sequantur. †^f Sunt qui putent, legendū esse certè. Theoph. habet & vna ex iure ciuili descendit. †^h Fac. l. §. l. §. Vt usufruct. quemadmod. caueatur.

^a Album gy-
psata erat
tabula, vbi
Pratorū edi-
cta, nomina
iudicum, &
decurionū

scribebantur
Cic. 2. de na.
deo l. 2. De
iur. i. §. rot. tit.
De alb. dec.
scri. Sueton.
in Clau. cap.
16. Latini

sermoni si-
gnarū al-
iudicū era-
sit.

^b † Vid. d. l. 7.
^c Verba sunt
ed. et. l. Qui-
que. De in-
iur. §. o.

^d † Vel pa-
tronam, eo-
rum vel libe-
ros, aut pa-
rentes. l. 4. de
in iur. §. o.

^e Præiudi-
ciū quid sit,
hic rectè tra-
dit Theoph.
Duar. Diss.
cap. 2. res est,

que quum statut a fuerit, inquit Asc. adfert iudicaturis exemplum, quod sequantur. †^f Sunt qui putent, legendū esse certè.

^g Theoph. habet & vna ex iure ciuili descendit. †^h Fac. l. §. l. §. Vt usufruct. quemadmod. caueatur.

^a *Gell. li. 20. ca. 9. l. 25. de oblig. & act.* actiones, vindicationes^a: in personam verò actiones, quib. dare aut facere oportere intenditur, condictiones. Condicere enim est denunciare, prisca lingua. nunc verò abutiue dicimus condictionem, actionem in personam esse, qua actor intendit dari sibi oportere. Nulla enim hoc tempore eo nomine denunciatio^b fit.

Terent. Ego te cognatu dicā, & tibi scribā dicā.

*Sibi Donatus, A denūciatione in personā, ne diceret, non mihi denun-
ciasti.*

*Theop. δ'υ-
τήρα. Lati-
nis enim se-
quēsdicitur
secundū. Vn
de liqueteos
falli qui hic
numerāt 3.
diuisionem.
nā in §. sed
ista. subdini-
sto est, nō al-
ter a diuiso.
Quod Ver-
bū adiectū
est, ob sequē-
ria hac Ver-
ba: Planè si
depositi &c.*

¶ *Diuisio secunda.*

16 Sequens^c illa diuisio est, quòd quædam actiones rei persequendæ gratia comparatæ sunt, quædam pœnæ persequendæ, quædam mistæ sunt.

¶ *Dereipersecutoriis.*

17 Rei persequendæ causâ comparatæ sunt omnes in rem actiones. Earum verò actionum, quæ in personam sunt, eæ quidem, quæ ex cōtractu nascuntur, ferè^d omnes rei persequendæ causâ comparatæ videntur: veluti quibus mutuam pecuniam, vel in sti- pulatum deductam petit actor: item commodati, depositi, mandati, pro socio, ex em- pto, vendito, locato, conducto. Planè si de- positi agatur eo nomine, quòd tumultus, in- cendij, ruinæ, naufragij causâ depositum sit: in duplum^e † actionem Prætor reddit: si mo- dò cum ipso, apud quem depositum sit, aut cum herede eius de dolo ipsius^f agitur: quo casu mista est actio.

¶ *De pœna persecutoriis.*

† *Hac actio dupli est in inficiantem, simpli in confitentem. §. sed furti. 26. j. h. t.* ^f *Heredis nimirum. l. 1. in princ. Depos.*

18 Ex maleficiis verò proditæ actiones, ^a *Hoc delegata pœna, nō conuen- rationali accipiendū est. Wesemb.* alia tantum pœnæ ^a persequendæ causa comparatæ sunt: alia tam pœnæ, quàm rei persequendæ, & ob id mixtæ sunt. Pœnam ^b tantum persequitur quis actione furti. siue enim manifesti agatur, quadrupli, siue non manifesti, dupli: de sola pœna agitur. nam ipsam rem propria actione persequitur quis, id est, suam esse petens: siue fur ipse eam rem possideat, siue alius quilibet. Eo amplius aduersus furem ^c etiam condictio est rei.

¶ *De mixtis, hoc est, rei & pœna persecutoriis.*

19 Viautè bonorum raptorum actio mixta est, quia in quadruplo, rei persecutio continetur, pœna autem tripli est. Sed & legis Aquiliæ actio de damno iniuria dato, mixta est: non solum si aduersus inficiantē in duplum agatur, sed interdum & si in simplum quisque agat, veluti si quis hominem claudū aut luscum occiderit, qui in eo anno integer & magni pretij fuerit. tanti enim damnatur, quanti homo eo in anno plurimi fuerit ^d secundum iam traditam diuisionem ^e. Item mixta est actio ^f contra eos, qui relicta sacrosanctis Ecclesiis, vel aliis venerabilibus locis, legati vel fideicommissi nomine dare distulerint: vsq; adeò vt etiam in iudicium vocarentur. tunc enim & ipsam rem, vel pecu-

^a *Wes.* ^b *Quauis sit quasi ex contractu. §. de obligat. quasi ex cont. §. <. Cuiac.* ^c *Putà Xenodochiis, Orphanotrophis, alijsq; locis pijs, tit. C. de Episc. & cle.*

niam, quæ relicta est, dare compelluntur, & aliud tantum pro pœna: & ideo in duplum eius fit condemnatio.

¶ *De mixtis, id est, tam in rem quam in personam.*

20 Quædam actiones mistam causam

▪ Familia si-
gnif. bona
heredita-
ria. Erctum,
scitū, quod
fit inter con-
sortes, et in
lib. legum
Rom. legi-
tur. Sex.
Pomp. Erctū
à coercendo
dictum est.
Vnde Er-
ciscere, pro
diuidere, Er
coercere.

obtinere videntur, tam in rem, quam in per-
sonam: qualis est familiæ erciscundæ^a actio,
quæ competit coheredibus de diuidenda he-
reditate. Item communi diuidendo, quæ inter
eos redditur, inter quos aliquid commu-
ne est, vt id diuidatur. Itē finiū regundorum
actio, qua inter eos agitur, qui cōfines agros
habent. In quibus tribus iudiciis^b permitti-
tur iudici rem alicui ex litigatoribus ex bono
& æquo adiudicare: & si vnus pars prægra-
uari videbitur, eum inuicem certa pecunia
alteri condemnare.

¶ *Diuisio tertia.*

21 Omnes autem actiones vel in sim-
plum conceptæ sunt, vel in duplum, vel in
triplum, vel in quadruplum, vltterius autem
nulla actio extenditur.

¶ *De actionibus in simplum.*

22 In simplum agitur: veluti ex stipula-
tione, ex mutui datione, ex empto, vendito,
locato, conducto, mandato, & denique ex a-
liis quàm plurimis causis.

communio, (que contentiones gignere solet. leg. Cum pater. §. Dulcissimos. De legat. 2.) tollatur. Plutarchus in Emil. Paulo.

^b Id est, Actionibus.

¶ In

In duplum.

23 In duplū agimus: veluti furti, nec manifesti damni iniuriæ ex lege Aquilia^a, depositi^b ex quibusdam causis. Item serui^c † corrupti^d: quæ competit in eum: cuius hortatu, consiliove seruus alienus fugerit, aut contumax aduersus dominum factus est, aut luxuriosè viuere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit^e †. In qua actione earum etiam rerum, quas fugiēdo seruus abstulerit, æstimatio deducitur. Item ex legato, quod venerabilibus locis relictū est, secundum ea, quæ suprā diximus^f.

^a Ex inficiatione, scilicet. §. sed furti. j. l. r.
^b Puta cūm quod tumultus, aut incendij causa depositū est, non reddideris, † Et inficiat^o fueris. d. §. sed furti.

^c † Filiofa. corrupto, datur actio, & l. l. 14. §. 1. de ser. cor.

^d Arist. 5. Ethic. Plutar. in Demosth.

^e † Immo Et si deterior factus non sit, §. sed Et si credat. suprā de obl. qua ex del. §. ex ma-

In triplum.

24 Tripli verò agimus, cūm quidam maiorem vera æstimatione quantitatem in libello conuentionis inserunt^g, vt ex hac causa viatores^h, id est, executores litium ampliorē summam sportularumⁱ nomine exigent. tūc enim id, quod propter eorum causam damnum passus fuerit reus, in triplum ab actore cōsequetur: vt in hoc triplo etiam simplum, in quo damnum passus est, connumeretur. Quod nostra constitutio^k introdu-

lesciis. suprā eodem. ^g Ver. inseruit. Cūm actor plus summa petijt. ^h Hæ olim instituti ad accersendos à Villa in curiam Senatores, vnde sic nominati Cicero in Cat. Ma. Rursus postea ita nominati, quia in ius vocarent, quibus imminendi (sic enim legendum est in l. 12. C. de prox. sac. scr.) sollicitudo iniuncta est.

ⁱ Sportulas salaria vocat. l. 5. l. C. De sport. Harmen. lib. 1. titu. 4. Et Francor. leg. De salariis viatorum. ^k Qua litium executoribus sportularum nomine aliquid dari iubetur, non extat.

^a *Cuius re-* xit, quæ in nostro Codice fulget, quam pro-
stituit, Ex culdubio^a certum est ex lege condictitia e-
 qua procul- manare.

dubio est ex
 lege condi-
 ctitiã ema-
 nare: *Id est,*
certum est
ex lege no-
stradari cõ-
ditionẽ ex
l. i. ff. de con-
dict. ex lege.

^b † *Hac a-*
ctio est in
quadruplũ
intra annũ.

l. i. p. D. de
calum.

^c *Id est, iudi-*
cio calunio-
so vexaret.

Fab. lib. 5. c.

12. l. Qui iudi-
cio. De ac-
cus.

^d † *Lege ex*
nostra con-
stitutione.

^e † *Vt triplũ*
detur fisco:
simplum, ei
qui damnũ
passus est,

Non. 124. c. 3.

^f *Sine ab actore siue reo quid expresserint.* ^g *Sine*
reget quis siue fateatur. ^h *Id est, damni ex lege Aquilia, & de do-*
lo interdum depositi. quod ⁱ *Accurs. notauit. Bene de dolo, & in*
§. Planẽ si depositi. S. I. C. ^j † *Nisi iureiurando probetur. l. 30. p.*
de iureiur. ^k *Abeſt à Vet.* ^l † *Id est, soluere paratum.*

In quadruplum.

25 Quadrupli [aut agitur:] veluti furti
 manifesti: itẽ de eo quod metus causa^b † fa-
 ctũ sit: deq; ea pecunia, quæ in hoc data sit, vt
 is cui datur calumniæ causa, negotiũ alicui
 faceret^c, vel non faceret. Item ex lege condi-
 ctitia nostra constitutio^d † oritur, in quadru-
 plum^e † cõdemnationem imponens iis exe-
 cutoribus litium qui contra nostræ constitu-
 tionis normam à reis^f quidquam exegerint.

Subdiuisio actionum in duplum.

26 Sed furti quidem nec manifesti actio,
 & serui corrupti, à cæteris, de quibus simul
 locuti sumus, eò differunt: quòd hæ actiones
 omnimodo^g dupli sunt: at illæ, [id est, damni
 iniuriæ ex lege Aquilia, & interdum depositi^h,]
 inficiatione duplicanturⁱ † in confiten-
 tem autem in simplum dantur. Sed illa, quæ
 de iis competit, quæ relicta venerabilibus lo-
 cis sunt, non solum inficiatione duplicatur,
 sed etiam si distulerit relicti solutionem, vs-
 quequo iussu magistratum [nostrorum^k]
 conueniatur. In cõfitemem verò, antè quàm
 iussu magistratum conueniatur, soluentem
 †, simpli redditur.

^f *Sine ab actore siue reo quid expresserint.* ^g *Sine*
reget quis siue fateatur. ^h *Id est, damni ex lege Aquilia, & de do-*
lo interdum depositi. quod ⁱ *Accurs. notauit. Bene de dolo, & in*
§. Planẽ si depositi. S. I. C. ^j † *Nisi iureiurando probetur. l. 30. p.*
de iureiur. ^k *Abeſt à Vet.* ^l † *Id est, soluere paratum.*

Subdi-

Submissio actionum in quadruplum.

27 Item actio de eo quod metus causa factum sit, à cæteris, de quibus simul locuti sumus^a † eò differt, quod eius natura tacite continetur: vt qui iudicis iussu ipsam rem a-ctori restituat, absoluat: quod in cæteris casibus non est ita: sed omnimodo^b quisque in quadruplum condemnatur: quod est & in furti manifesti actione.

¶ *Diuisio quarta. De actionibus bonæ fidei.*

28 Actionum autem quædam bonæ fidei^c sunt, quædam stricti^d iuris^e. Bonæ fidei sunt hæ: ex empto, vendito: locato^f, conducto: negotiorum gestorum: mandati: depositi: pro socio: tutelæ: commodati: pignoratitia: familiæ erciscundæ: communi diuidundo: præscriptis verbis, quæ de æstimator^g proponitur, & ea quæ ex permutatione competit: & hereditatis petitio. Quamuis enim vsq; adhuc incertum erat, inter bonæ fidei iudicia connumeranda hereditatis petitio esset, an non: nostra tamen constitutio^h apertè eam esse bonæ fidei disposuit.

Derei vxoria actione in ex stipulatu actionem transfusa.

29 Fuerat antea & rei vxoriæ actio vna ex bonæ fidei iudiciisⁱ: sed cùm plenio-

res stricti iudicij. l. In actionibus. De in lit. iur. ^f Connan. sub contractu locati emphyteusim comprehendit. ^g Quæ est cùm rem aliquam æstimator tibi trado, vt vendas. ^h l. Slt. C. De petit. her. ⁱ l. 7. 21. Solut. matrimo.

^a † In §. qua-
drupli. §.

^b Non expe-
ctato arbi-
trio iudicis,
quia illa nõ
sunt arbi-
traria acti-
ones. A.

^c Bona fides
& sincera
fides dicitur
in l. 2. C. s. f
propr. pub.

^d pensit.

^e Theoph. le-
git, quædam
strictæ, sed
non malè
stricti iuris
dicuntur. l.
vnic. §. sed
& si non i-
gnoramus.

C. de rei v. x.
act. l. C. Vide
Cic. in Topi.
& 3. Offic.
Duar. acti.

De in lit. iur.
l. pen. in fin.

Solut. mat. l.

82. De solut.

^c Martian^o

Vocat actio-

soluto sci-
licet matri-
monio. The-
ophil. μετὰ
διάλυσιν τῆ
γάμου.

† l. & nsc. C.
de rei vxor.
actio.

† Actio.

Fac. l. Asti-
duis. §. Ad
hac. C. Qui
potio. in pig.
Novell. 97.

Dotis scilicet.
† Nō do-
natiois pro-
pter nupti-
as. l. §. l. §. l.

C. qui pot.
Accur. aut
verbum so-
lius refert
ad mulierē.

† Id est, in
qua libera
potestate iu-
dici permis-
sa.

† Aut. sine
hil reliquū
fit, absolui. l.

II. C. de compen-
sationibus. Th. ¹ Nullibi quod sciam, legitur hoc D. Mar-
ci rescriptum. ^k † Al. apposita. ^l † l. §. l. C. de cōpens. ^m Theoph. Voc-
cat ἀντιδόχους. i. rationes inuicem imputandi, qua contra de-
bentur. ⁿ Hoc est si causa, ex qua compensatur, liquida sit, & de-
dicunt, liquida ad liquidum. l. §. l. C. de compens. Theoph.

rem esse ex stipulatu actionem inuenientes,
omne ius, quod res vxoria antea habebat,
cum multis diuisionibus, in actionem ex sti-
pulatu, quæ de dotibus exigendis^a proponi-
tur, transtulerimus^b †: meritorè rei vxoriæ a-
ctione sublata, ex stipulatu actio, quæ pro ea
introducenda est, naturam bonæ fidei iudicij
tantum in exactione dotis meruit, vt bonæ
fidei sit. sed & tacitam ei^c † dedimus hypo-
thecam. Præferri^d autem aliis creditoribus
in hypothecis tunc censuimus, cum ipsa mu-
lier de dote sua experiatur, cuius solius^e pro-
uidencia hoc induximus.

De potestate iudicis in iudicio bona fidei: &
de compensationibus. ^{Th. in l. §. l.}

30 In bonæ fidei iudiciis libera potestas
permitti videtur iudici ex bono & æquo æ-
stimandi, quantum actori restitui debeat. In
quo^f & illud continetur: vt si quid inuicem
præstare actorem oporteat: eo compensato,
in reliquum is, cum quo actum est, debeat
condemnari †. Sed & in stricti iuris^h iudi-
ciis ex rescripto diui Marciⁱ, opposita^k † doli
mali exceptione, compensatio inducebatur.
Sed nostra constitutio^l † easdem compen-
sationes^m, quæ iure apertoⁿ nituntur, latius
introduxit, vt actiones ipso iure minuant:

In quibus summa, id est exacta iuris consti-
tutatio habetur. Th. ¹ Nullibi quod sciam, legitur hoc D. Mar-
ci rescriptum. ^k † Al. apposita. ^l † l. §. l. C. de cōpens. ^m Theoph. Voc-
cat ἀντιδόχους. i. rationes inuicem imputandi, qua contra de-
bentur. ⁿ Hoc est si causa, ex qua compensatur, liquida sit, & de-
dicunt, liquida ad liquidum. l. §. l. C. de compens. Theoph.

sive

siue in rem, siue in personam, siue alias quacunque: excepta sola de positi actione, cui aliquid compensationis nomine opponi, sanè iniquum^a esse credimus: ne sub prætextu compensationis, depositarum rerum quis quis exactione defraudetur.

De actionibus arbitrariis.

31 Præterea^b quædam actiones arbitrarias^c, id est, ex arbitrio^d iudicis pendentes, appellamus: in quibus, nisi arbitrio iudicis is, cū quo agitur, actori satisfaciat: veluti rem restituat^e, vel exhibeat, vel soluat, vel ex noxali causa^f seruum dedat, condemnari debeat. Sed istæ actiones tam in rem, quàm in personam inueniuntur. In rem: veluti Publiciana & Seruiana, de rebus coloni: quasi Seruiana, quæ etiã hypothecaria vocatur. In personam: veluti quibus de eo agitur, quod vi^h aut metus causa, aut dolo malo factum est. Itè cū id, quod certo loco promissum est, petitur. Ad exhibendum quoq; actio, ex arbitrio iudicis pendet. In his enim actionibus, & cæteris similibusⁱ, permittitur iudici ex bono & æquo, secundum cuiusque rei, de qua actum est, naturam, æstimare quemadmodum actori satisfieri oporteat.

Quinta diuifio. De incerta quantitatis petitione.

32 Curare autem debet iudex^k †, vt omnino^l, quantum possibile ei sit, certæ^m pe-

De eo quod met. cau. ¹ Vt Redhibitoria, & Rer. amo. ^k † Vel arbit. l. 21. §. Pomponius. de arb. ¹ Veter. vt omnimodo, & paulò post, vel certæ rei. l. C. ^m † vt, condemno te in 100. aureos.

^a Vet. impium.

^b Id est, præter strictas, & bona fidei.

^c Duar. in tit. De mil. iur. Cic. pro Rosc. Hoto. hic.

^d Theop. habet κρισιμ. Fac. l. arbitrio. De dol. mal. l. 14. §. Hac. & §. Pedius. Quod met.

^e Et non solum re ipsa, sed quod intere stratione loci.

^f Vid. Duar. ad tit. De in lit. iur. In verbis. Plane interdū. ^g Vide exemplum apud Theoph.

^h Vet. carent hic, vi, aut: quod probabatur à l. 1.

cuniæ vel rei sententiam ferat: etiam si de incerta quantitate apud eum actum est.

De pluris petitione.

33. Si quis agens, intentione sua plus cõplexus fuerit, quàm ad eum pertineat^a: causa cadebat^b, id est, rem amittebat: nec facilè in integrum restituebatur à Prætore, nisi minor erat viginti quinque annis. Huic enim, sicut in aliis causis, causa cognita succurrebatur, si lapsus iuuentute^c fuerat: ita & in hac causa succurri solitum erat. Sanè si tam magna causa iusti erroris interueniebat, vt etiã constantissimus quisque labi posset, etiam maiori viginti quinque annis succurrebatur^d, veluti si quis totum legatum petierit: post deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta sit, aut quibusdam aliis legata data sint: quæ efficiebant, vt plus petiisse videretur petitor, quàm dodrantem, atque ideo^e † lege Falcidia legata minuebantur^f †. Plus autem quatuor modis petitur: re, tempore, loco, & causa. Re, veluti si quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti petierit: aut si is, cuius ex parte res est, totam eam, vel maiorem partem^h, suam esse intenderit. Tempore veluti si quis ante diem, vel ante conditionem petierit. Qua enim ratio aliud agitis, cum eum, quem interrogatis, scientes in fraudem inducitis, quàm vt formula cecidisse videatur? sed quem admodum illum Prætor, sic hos Philosophia in integrum restituit. † atq; id eò quòd. † † Ipso iure l. i. D. quòd leg. l. pe. C. ad l. Falcid. † Cice. in Part. Paul. lib. i. Sent. tit. 10. † Vt. Maiore ex parte.

ne qui

ne qui tardiùs^a soluit, quàm soluere deberet, minus soluere intelligitur: eadè ratione qui præmaturè petit, plus petere videtur. Loco plus petitur: veluti quum quis id, quod certo loco [sibi^b dari] stipulatus est, alio loco petit sine commemoratione^c illius loci, in quo sibi dari stipulatus est. verbi gratia, si is qui ita stipulatus fuerit, *Ephesi dari spondes?* Romè purè intendat, sibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur: quia vtilitatem, quam haberet promissor, si Ephesi solueret, adimit ei pura intentione. Propter quam causam alio loco petenti arbitraria actio proponitur: in qua scilicet ratio habetur vtilitatis^d, quæ promissori competitura fuisset, si illo loco solueret, [quo se soluturum spondit^e.] Quæ vtilitas^f plerunque in mercibus maxima inuenitur: veluti vino, oleo, frumento: quæ per singulas regiones diuersa habent pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non in omnibus regionibus sub eisdem vsuris^g fœnerantur. Si quis tamen Ephesi petat, id est, eo loco petat, in quo vt sibi detur, stipulatus est: pura actione rectè agit. idque etiam Prætor monstrat, scilicet quia vtilitas soluendi salua est promissori^{*}. Huic autem, qui loco plus petere intelligitur, proximus est, qui causa^b plus petit: vt ecce, si quis ita te stipuletur, *Hominem Stichum, aut decem aureos dare spondes?* deinde alterum petatⁱ, veluti hominem tantùm, aut decem modo accipe. l. Obliga. 43. De obl. & act. ⁱ Ver. alterutrum petat.

^a Cicer. pro Rosc. Com. l.

si cui. 12. De Verbor. sig. l. Solidum. 85.

De solu. Bis n. dat, qui citò dat.

^b Al. de sunt hac Verba.

^c Hoc est, quod postea ait, purè, nulla men-

tione facta conditionis, stricto iudi-

cio, sine mētiōe arbitrij.

^d Vide Vlp. in l. 3. §. nūc de officio. de eo quod cer. lo.

^e Inclu. non sunt in Ver. lib.

^f Ex Caio l. 4. de eo quod cer. loc. quia

Varia sint pretia rerū, &c.

^g De vsuris hic vide Th.

^{*} l. quod se Ephesi §. π. quod cer. lo.

^h Causā pro

^a *In quo
quantitas,
vel res dis-
iunctivè pro-
missa est.*

*Fac. l. Cum
is. 32. Decō-
dict. indeb. l.
Fidesufforē.
52. Mand. l.
4. Detritic.
Si. ob. leg.
Gabr.*

^b *Vinum est
Italicū præ-
stantissimū.
meminit*

*Paul. l. Sti-
pulationū
quadam. &
Vlp. l. si aut.
de Verb. obl.
Flor. libro 1.
Plut. libro 3.
cap. 3.*

^c *Omnium
laudatissi-
mā. de qua
vide Strab.
lib. 16. Plin.
lib. 21. 8. ca.
& lib. 5. cap.
19. Politia.
Miscell. c. 12.*

^d *Vet. magni
pretij sit.*

^e *Non extat
in C. Iust.*

meminit tamen Iustinianus §. Hodie De except. infra.

aureostantum. Ideo autem plus petere intelligitur : quia in eo genere stipulationis^a, promissoris est electio, vtrum pecuniam, an hominē solvere malit. Qui igitur pecuniam tantum, vel hominē tantum sibi dari oportere intendit, eripit electionem aduersario: & eo modo suam quidem cōditionem meliorem facit, aduersarij verò sui deteriolem. Qua de caussa talis in eare prodita est actio, vt quis intendat hominem Stichum aut aureos decem sibi dari oportere, id est, vt eodem modo peteret, quo stipulatus est. Præterea si quis generaliter hominem stipulatus sit, & specialiter Stichum petat: aut generaliter vinum stipulatus sit, & specialiter Campanum^b petat: aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde specialiter Tyriam^c petat: plus petere intelligitur: quia electionem aduersario tollit, cui stipulationis iure liberum fuit, aliud solvere, quàm quod peteretur. Quinetiam licet vilissimum sit, quod quis petat: nihilominus plus petere intelligitur: quia sepe accidit, vt promissori facilius sit illud solvere, quod [maioris^d pretij est.] Sed hæc quidem antea in vsu fuerat: postea verò lex Zenoniana^e & nostra rem coarctauit. Et si quidem tempore plus fuerit petitum, quid statui oporteat. Zenonis diuæ memoriæ loquitur constitutio. Sin autem quantitate, vel alio modo plus fuerit petitum: in omne, si quod fortè damnum ex hac caussa acciderit,

eicon-

ei contra quem plus petitum fuerit, commissa tripli condemnatione (sicut supra diximus^a) puniatur.

De minoris summa petitione.

34 Si minus in intentione sua completus fuerit actor, quàm ad eum pertineat, veluti si quum ei decem aurei deberentur, quinque sibi dari oportere intēderit: aut si quum totus fundus eius esset, partem dimidiam suam esse petierit: sine periculo agit: in reliquum eum nihilominus iudex aduersarium [eodem iudicio ei condemnat^b] ex constitutione diuæ memoriæ Zenonis.

Si aliud pro alio petatur.

35 Si quis aliud pro alio^c intenderit: nihil eum periclitari placet, sed in eodem iudicio, cognita veritate, errorem suum corrigere ei permittitur^d veluti si is, qui hominem Stichum petere deberet, Erotem, petierit: aut si quis ex testamento dari sibi oportere intenderit, quod est stipulatu debetur.

¶ *Diuisio sexta. De peculio.*

36 Sunt præterea quædam actiones, quibus non semper solidum, quod nobis debetur, persequimur: sed modò solidum persequimur, modò minùs. vt ecce, [si in peculium filij seruive^e] agamus. Nam si non minùs in peculio sit, quàm persequimur, in solidum dominus, patèrve condemnatur. si verò mi-

in quibus iudex à Pratore datus de re certa cognoscebat: cuius autem Imperatoris lege id abrogatum sit, reticet Tribonianus.

^e *Vet. si de filij seruique peculio.*

^a §. Tripl. S. h. t. Sbi nominatim egit de eo, qui plus petebat, et maiores sportulas viatores exigent. Sed cum de consideretur hac de re cōstitutio Iustiniana, multa hic nobis incerta relinquuntur. G.

^b *Vet. in eodem iud. cōdemnat.*

^c *Errore scilicet, cuius postea fit mentio. nã debet esse iusta causa, qua admittat mutationem intentionis. G.*

^d *Quod in primis repugnat antiquo iudiciorum Suis:*

^a Nulla scilicet fraude patris, vel domini interuenire:

nam si aolo peculū imminuisset in fraudem creditōrū, praestaret solidum. l. in bona fides. in fin. De pecul. C.

^b Fac. l. Quoties. 47. §. si semel. De pecul.

^c † In §. cum autem. in fratris prox.

^d Vel alius a muliere sua habens agendi: Veluti ex bonorum publicatione fiscus. l. si maritus quimi

nus facere. π. Solut. matrimo. Gabr. l. 15. D. solut. matrimo. ⁱ Vlpia. in frag. titu. 6. ad fin. l. Maritum. Solut. matrimo. l. 20. De re iud. ^g Necessarias scilicet, ut in reficiendis aedibus ruinam minantibus, l. Impensa. De Verborum significat. ^h † Ad perpetuā utilitatem factis. l. 3. D. de impens. in res dot. ⁱ † To. tit. D. de impens. in res dot. fac. ^k Emancipatus scilicet, parentem intellige aliquem ex ascendentibus. ^l † Sed vide l. 41. §. Slt. D. de re iudic.

nus inueniatur ^a eatenus condemnat iudex, quatenus in peculio sit ^b. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, suo ordine proponemus ^c †.

De repetitione dotis.

37 Item si de dote in iudicio mulier ^d agat, placet eatenus maritum condemnari debere, quatenus facere possit ^e †: id est, quatenus facultates eius patiuntur. Itaque si dotis quantitati concurrant facultates eius, in solidum damnatur. si minus, in tantum, quantum facere potest. Propter retentionē quoque dotis repetitio minuitur. Nam ob impensas in res dotales factas, marito quasi retentio concessa est: quia ipso iure necessariis sumptibus ^b † dos minuitur, sicut ex latioribus Digestorum libris ⁱ † cognoscere licet.

De actione aduersus parentem, patronum, socium, & donatorem.

38 Sed & si quis ^k cum parente suo, patrono ve agat: item si socius cum socio iudicio societatis agat ^l †: non plus actor consequitur, quàm aduersarius eius facere po-

terius facere. π. Solut. matrimo. Gabr. ^e † Tempore rei iudicata. l. 15. D. solut. matrimo. ⁱ Vlpia. in frag. titu. 6. ad fin. l. Maritum. Solut. matrimo. l. 20. De re iud. ^g Necessarias scilicet, ut in reficiendis aedibus ruinam minantibus, l. Impensa. De Verborum significat. ^h † Ad perpetuā utilitatem factis. l. 3. D. de impens. in res dot. ⁱ † To. tit. D. de impens. in res dot. fac. ^k Emancipatus scilicet, parentem intellige aliquem ex ascendentibus. ^l † Sed vide l. 41. §. Slt. D. de re iudic.

test.

rest. Idem est, si quis ex donatione^a sua conueniatur^b †.

De compensationibus.

39 Compensationes quoque oppositæ plerunque^c efficiunt, vt minus quisque consequatur, quàm ei debeat. Nam ex bono & æquo, habita ratione eius, quod inuicem actorem ex eadem causa^d † præstare oportet^e, poterit iudex in reliquum eum, cum quo actum est, condemnare, sicut iam dictum est.

De eo, qui bonis cessit.

40 Cum^f eo quoque, qui creditoribus suis bonis cessit^g, si postea aliquid adquisierit, quod idoneum^h † emolumentum habeat: ex integroⁱ in id, quod facere potest, creditores experiuntur. inhumanum enim erat spoliatum fortunis^k suis, in solidum damnari.

QVOD CVM EO, QUI IN aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur.

TITVLVS VII.

¶ *Scopus, & nexus.*

QVIA tamen superiùs^l mentionem habuimus de actione, qua in peculium fi-

^a Causa 4. ex qua exactio actionis immittitur: ex l. 4. π. de cess. bonor. ^b l. vltim. C. Qui bon. ced. Nouell. 3. § 136. ^c † Non medicum. l. 6. § 7. De cess. bon. ^d Id est, rursus. ^e Veter. diuitiis.

^f Tit. suprâ prox. §. Actiones. & §. Sunt praterea.

^a Amplius donatori succurrit respōdet Pau. l. Hereditatem. §. Vl. do re iudic. no sua, scilicet, cuique damnosa sit liberalitas.

^b † Conditione ex lege. l. si quis argentum.

^c §. sin autem. C. de donat.

^d Hoc verbum adiectum propter depositi causam, & vegetigalium, in quibus non est compensations loc^o.

^e † Vel etiã ex diuersa causa.

^f Ut qui petit decem aureos, cum tres debeat, 7. solum consequetur.

^a *Exratio-
ne, l. item. §.
§. ait Præ-
tor. π. de in-
iur.*

^b *Hoc est, a-
liquis con-
tractus: nã
ad omnes cõ-
tractus hoc
iudicium,
Quod iussu
refertur ait
Vlp. l. si du-
bitet. §. §. lri.
ff. de fideiusf.
Gabr.*

^c *Hoc verbũ
additum est
propter Sen-
natũscõsul-
tum Mace-
donianum,
§. illud. j.
Secundò,
quia filius
in iudicem
consentiens
patrem obli-
gat, seruus*

*non item. l. Licet. §. si seruus. De pec. Tertio, si filius fam. interces-
serit, aut mandauerit, patrem simul obligat. seruus nequaquam,
nisi peculiarem causam agens. d. l. Licet. §. si filius fam. ^d Veter.
Obersuatur. ^e Prima est actio, quod iussu l. Quod iussu. Unde hic
locus petitus est. ^f † Rati habitio pro iussu habetur. l. i. §. si ratum
D. quod iussu. ^g † Quis scilicet tunc dominus fuit, cum iussit. l. 2.
ff. eod. Vel tutoris, Vel curatoris, Vel similibus personarum. l. i. §. §. l.
l. 4. eo. ^h Ob dõmini iussum scilicet. Theoph. ⁱ II. §. III. Actio ex-
ercitoria & institoria. Vide tit. de exer. & inst. act.*

liorum seruorumque agitur: opus^a est, vt de
hac actione & de cæteris, quæ eorundem no-
mine in parentes dominõsve dari solent, di-
ligentiùs admoneamus. Et quia siue cum ser-
uis negotium^b gestum sit, siue cum iis, qui in
potestate parentum sunt, eadem ferè^c iura
seruantur: ne verbosa fiat disputatio, diriga-
mus sermonem in personam serui, dominõ-
que, idem intellecturi de liberis quoque, &
parentibus, quorum in potestate sunt. Nam
si quid in his propriè seruetur^d, separatim o-
stendemus.

¶ De seruis. Quod iussu.

1 Si igitur^e iussu^f † dominõs † cum seruo
negotium gestum erit, in solidum Prætor ad-
uersus dominum actionem pollicetur: scili-
cet quia is, qui ita contrahit, fidem domini se-
qui^h videtur.

De exercitoria, & institoria actione.

2 Eadem rationeⁱ Prætor duas alias in so-
lidum actiones pollicetur: quarum altera ex-
ercitoria, altera institoria appellatur. Ex-
ercitoria tunc habet locũ, cùm quis seruum

suum, magistrum^a nauis præposuerit, & quid cum eo eius rei gratia, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem exercitoria vocatur: quia exercitor is appellatur, ad quæ quotidianus nauis quæstus pertinet. Institoria tunc locum habet, cum quis tabernæ fortè, aut cuiuslibet negotiationi seruum suum præposuerit, & quid cum eo eius rei causa, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem institoria appellatur: quia qui negotiationibus præponuntur, institores vocantur. Ista tamen duas actiones Prætor reddit, & si liberum quis hominem, aut alienum seruum nauis, aut tabernæ, aut cuiuslibet negotiationi præposuerit: scilicet, quia eadem^b æquitatis ratio etiam eo casu interueniat.

De tributoria.

3 Introduxit & aliam actionem Prætor, quæ tributoria vocatur. Namque si seruus in peculiari merce sciente^d domino negotietur, & quid cum eo eius rei causa contractum erit: ita Prætor ius dicit^e, ut quidquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei debetur, & cæteros creditores pro rata portione distribuatur. & [ideo tributoria vocatur^f,] quia ipsi domino distributionem Prætor permittit^g †. [Nā] si quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei tributum sit, quam oportuerit: hanc ei actionem

^a Magister nauis, qui præpositus est: Exercitor vero, qui præposuit. l. 1. § 4. De exer. act.

^b Qui, n. aliquid præponit, quod cum eo factum erit, se ratum habiturum ostendit, Theo.

^c III. scilicet triticiaria. Cõfer cum de tri. act. ff.

^d Et patiente, h. e. nõ contradicente Vlp. l. 1. §. 1. de trib. act.

^e Alius reddit. Theo. habet dicitur doct. intellige autem dictum Prætoris:

quo tamen versus sua prædicatur, quam dicitur. I. C.

^f Inclusa, ex Vet. lib. ab-

sunt. sic vero restituit Cuius. quia ipsi do. distributio promittitur, si quis ex, &c. † Non cogit. l. 7. D. de tribut.

^a Perquam accommodat, quæ tributoria^a appellatur.

*cogerur quis
quid mer-
cum occulta-
nerat in me-
ditum affer-
re. Theoph.*

^b Est V. &
VI. Actio de
peculio: &
De in rem
verso.

^c Vel Utili-
ter. l. 5. §.
Quod seruus.
hunc locum
explicat Vl-
pia. l. 3. §. 7.
10. De in re
verso.

^d Vel Utilem,
inquit Vlp.
l. Si res. §.
quod seruus.
all. tit.

^e Hoc est, &
na est Utili-
asque caus-
sa, & neu-
tra quidem
est actio, sed
potius Utili-
que aliarum
quadam & c.
l. ut adiecti-
tia quali-
tas Paul. in
l. filiusfam.
§. Ut. cod.

De peculio, & de in rem verso.

Præterea introducta est actio de peculio, de quæ eo, quod in rem domini versum erit: ut quavis sine voluntate domini negotium gestum erit, tamen siue quid in rem eius versum fuerit, id totum præstare debeat: siue quid non sit in rem eius versum, id eatenus præstare debeat, quatenus peculium patitur. In rem^b autem domini versum intelligitur, quicquid necessario^c in rem eius impenderit servus: veluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius soluerit, aut ædificia ruentia fulserit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem necessariam^d mercatus erit. Itaque si ex decem puta aureis, quos servus tuus à Titio mutuò accepit, creditori tuo quinque aureos soluerit, reliquos verò quinque quolibet modo consumpserit: pro quinque quidem in solidum damnari debes: pro cæteris verò quinque eatenus, quatenus in peculio sit. Ex quo scilicet apparet: si toti decem aurei in rem tuam versi fuerint, totos decem aureos Titium consequi posse. Licet enim vna sit^e actio, qua de peculio, de quæ eo, quod in rem domini versum sit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itaque iudex, apud quem de ea actione agitur, antè dispicere solet, an in rem domini versum sit: nec aliter ad peculij æstimationem transit, quàm aut nihil in rem domini versum intelligatur, aut non

non totum^a. Cùm autem quæritur^b, quantum in peculio sit, antè deducitur^c, quicquid^d seruus domino, eive qui in potestate eius sit, debet^e †: & quod superest, id solum peculium intelligitur. Aliquando tamen id, quod ei debet seruus, qui in potestate domini sit, non deducitur ex peculio: veluti si is in ipsius peculio sit. quod eò pertinet, vt si quid vicario suo seruus debeat: id ex peculio eius non deducatur.

De concursu dictarum actionum.

§ Cæterùm *f* dubium non est, quin is quoque, qui iussu domini contraxerit, cuique institoria vel exercitoria actio competit: de peculio, deque eo, quod in rem domini versum est, agere possit^g. Sed erit stultissimus, si omiſſa actione, qua facillimè solidum ex contractu consequi possit: se ad difficultatem perducatur probandi in rem domini versum esse^h, vel habere seruum peculium, & tantum habere, vt solidum sibi solui possit. Is quoqueⁱ, cui tributoria actio competit, æquè de peculio^k, & de in rem verso agere potest. Sed sanè^l huic modò tributoria expedit agere, modò de peculio, & de in rem verso. Tributoria ideo expedit^m agere: quia in ea domini cõditio præcipua nõ est, id est, quod domino debetur, nõ deducitur,

^a Si pars ver-
sa sit, de par-
te erit actio.
l. si pro par-
te. ff. hoc tit.

^b Hunc lo-
cũ illustrat
Vlp. l. 9. §. Pe-
culium. De
pecul.

^c Quod ideo
adijcitur,
quia pro-
prio peculio
est, quod su-
perest his
deductis,

qua seruus
domino de-
bet. Theoph.

^d Et ex qua-
cunq; caus-
sa, d. l. 9. §.
Sanè aut.

^e † Natura-
liter.

^f De concursu
harum a-
ctionum.

^g Sũt enim
actiones v-
niuersales,
quæ ex quo-
libet serui
contractu

existunt. l. 1. π. quod cum eo. l. 5. §. 2. π. de in rem ver. Wes. ^h Hoc enim est fundamentum intentionis hic probandum est. ⁱ Agit de concursu tributoria cũ de pecul. § De in rem vers. ^k l. 9. §. 1. De tributo. ^l Hic locus ex l. 4. De trib. act. ^m scilicet creditors.

^a *In merce peculij. l. aliquando. II. π. detribuit. act.*

^b *Ergo in fœnebris pecunia non habet locū inſtitoria: nec tam ab ea, qui eā exercent, inſtitores, quàm fœneratores dicuntur. Vide Alcias. ad l. pen. ff. ſicer. pet.*

^c *Potius quàm Tributoria, Et habet Theoph. qui rectè intellexit cōparari hic Tributoriã cū actione de in rē verſo. G. d. l. hoc tit.*

^e *Vet. aut nepote & nepte, vel patre & auo, in cuius poteſtate ſunt. f. Vide l. I. ad Maced. Alex. Neap. li. Genia. l. c. 7. Plaut. in Pſeudolo, Lege Quina Vicenaria prohibitiū fuiſſe, eſt teſtis pecuniã mutuam dari minoribus 25. annis. Suet. in Veſp. c. II. Auctor ſenatus fuit Veſp. decernendi, ne filiorum fœneratoribus exigendi crediti uſu inquam eſſet, hoc eſt, ne poſt patrum quidem mortem. § Aut frumentū, vinum, oleum, aut aliud. l. 7. §. Mutui. Ad Maced. l. 2. C. eod.*

ſed eiſdem iuris eſt dominus, cuius & cæteri creditores: at in actione de peculio antè deducitur, quod domino debetur: & in id, quod reliquum eſt, creditori dominus condemnatur. Rurſus de peculio ideo expedit agere, quòd in hac actione totius peculij ratio habetur: at in tributoria, eiſ tantum, quo negotiatur^a. Et poteſt quiſque tertia fortè parte peculij, aut quarta, vel etiam minima negotiari: maiorem autem partem in prædiis, vel mancipiis, aut fœnebris^b pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quiſque vel hãc actionem vel illam eligere debet. Certè qui poteſt probare in rem domini verſum eſſe: de in rem verſo agere^c debet.

¶ De filiis familias.

6 Quæ diximus de ſeruo^d, & domino: eadem intelligimus & de filio, & filia, [& nepote^e, & nepte, & patre auòve, cuius in poteſtate ſunt.]

De Senatusconſulto Macedoniano.

7 Illud propriè ſeruat in eorum perſona, quod Senatusconſultum Macedonianum^f prohibuit mutuas pecunias^g dari eis, qui in poteſtate parentis ſunt: & ei qui crediti^h ſunt, qui in poteſtate parentis ſunt. ^f *Vide l. I. ad Maced. Alex. Neap. li. Genia. l. c. 7. Plaut. in Pſeudolo, Lege Quina Vicenaria prohibitiū fuiſſe, eſt teſtis pecuniã mutuam dari minoribus 25. annis. Suet. in Veſp. c. II. Auctor ſenatus fuit Veſp. decernendi, ne filiorum fœneratoribus exigendi crediti uſu inquam eſſet, hoc eſt, ne poſt patrum quidem mortem. § Aut frumentū, vinum, oleum, aut aliud. l. 7. §. Mutui. Ad Maced. l. 2. C. eod.*

derit,

derit, denegatur^a † actio tam aduersus ipsum
 filium filiãmve, nepotem neptẽmve (siue
 adhuc in potestate sint, siue morte parentis,
 vel emancipatione, suã potestatis esse cœpe-
 rint) quàm aduersus patrem, auũmve: siue
 eos habeat adhuc in potestate, siue emanci-
 pauerit. Quã ideo Senatus prospexit: quia se-
 pe onerati ære alieno creditarum pecunia-
 rum, quas in luxuriam consumeabant, vitæ
 parentum insidiabantur^b.

¶ De actione directa in patrem, vel
 dominum.

8 Illud in summa admonendi sumus, id
 quod iussu patris dominive contractum fue-
 rit, quodque in rem eius versum erit: directò
^c quoq; posse à patre dominove condici, tan-
 quam si principaliter cum ipso negotium ge-
 stum esset. Ei quoque, qui exercitoria, vel in-
 stitoria actione tenetur, directò posse con-
 dici placet, quia huius quoque iussu contra-
 ctum intelligitur.

DE NOXALIBVS
 actionibus^d.

TITVLVS VIII.

¶ De seruis. Summa.

EX maleficiis^e seruorum: veluti si furtum
 fecerint, aut bona rapuerint, aut damnũ

ab eo. ^e Priuatis scilicet, non publicis: alioquin cum seruo age-
 retur, non domino. l. si quis sit fugitiuus de adil. edict.

^a † Denega-
 ri intellige,
 quod nõ ef-
 ficaciter da-
 tur. cum e-
 nim credi-
 tor agit, ex-
 ceptione Se-
 natus cõsul-
 ti repellit-
 tur.

^b Hanc ean-
 dem ratio-
 nem adfert
 Cic. pro Ros.

Luxuries,
 inquit, ho-
 minem, &c.

^c Paulo post
 ait principa-
 liter: ex quo
 apparet idẽ
 esse, & in l.
 Sit. ff. de le-
 gat. 3.

^d Superioro
 titu. dictum
 est de eo,
 quod cõtra-
 ctũ aut ge-
 stum est ab
 eo, qui in a-
 lienã pote-
 state est: hoc
 autem titu.
 de eo, quod
 delictum est

^a *Caius* l. 7. dederint, aut iniuriam commiserint: noxales eodem. ^b† *Prisusquā* conueniatur iudicari. l. 20. §. idē

actiones proditæ sunt, quibus domino damnato ^a permittitur ^b†, aut litis æstimationem sufferre: aut ipsum hominem noxę dedere.

Quid sit noxa, & noxia.

1 Noxa autem est ipsum corpus, quod noxuit, id est, seruus: noxia ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, iniuria.

Ratio harum act: onum.

2 Summa autem ratione permittum est noxę deditio ^dfungi. Namq; erat iniquum, nequitiam eorum vltra ipsorū corpora dominis damnosam esse.

Effectus noxa deditiois.

3 Dominus noxali iudicio, serui sui nomine conuentus, seruum actori noxę dedendo liberatur: nec minū in perpetuum eius serui dominium à domino transfertur. Sin autem damnum ei, cui deditus est, [seruus ^e] refarcierit quæsita pecunia ^f: auxilio Prætoris inuito domino manumittetur.

De origine harum actionum.

4 Sunt autem constitutæ noxales actiones, aut legibus, aut edicto Prætoris. Legibus veluti furti & ex lege 12. Tabularum, damni

rectè. D. de peti. hered. c. Id est, pro delicto. l. 1. §. Cum arietes. siquad. paup. fec. l. 1. De his qui deiec. Val-la notat lib. 6. eleg. c. 36. Defendit Alc. lib. 4. de Verbor. sign. Cor. Fronto, lib. De differe- rentiis, Noxa (inquit) pœna est, noxia, culpa, nec tamen absurdum est noxã pro ipso corpore accipi.

^a *Alibi ad noxam, & innoxam, & noxam dedere dicitur: prædict. ll. c. Ver. non habent, seruus. f. Addit Theophil. Vel operis suis, Vel ministerio. quod verumne sit, Valde controuersum est. g. Non manifesti scilicet, nam manifesti furti pœna ex edicto Prætoris est quadrupli. Ciuilem autem & ex 12. Tabul. esse illam dupli actionem, aduersus Baronem & Diarenum fortiter defendit Contius lib. 1. Subseciuarum, c. 2. & Cuiac. Verisim. & videtur.*

iniuriæ

iniuriarum, & vi bonorum raptorum. *Theoph. legit dāni iniuria.*

*Qui conueniuntur noxali
actione.*

5 Omnis autem noxalis actio caput ^b sequitur. Nam si seruus tuus noxam commiserit ^c, quandiu in tua potestate sit ^d †, tecum est actio. Si autem in alterius potestatem peruenerit, cum illo incipit actio esse. At si manumissus fuerit, directò ipse tenetur, & extinguitur noxæ deditio. Ex diuerso quoque directà actio noxalis esse incipit. Nam si liber homo noxiam commiserit, & is seruus tuus esse cœperit (quod quibusdam casibus effici primo libro tradidimus ^e) incipit tecum esse noxalis actio quæ antè directà fuisset.

*Si seruus domino noxiam commiserit:
vel contra*

6 Si seruus domino noxiam commiserit, actio nulla nascitur *f*. Nanque inter dominum, & eum, qui in potestate eius est, nulla obligatio nasci potest. Ideoque & si in alienam potestatem seruus peruenerit, aut manumissus fuerit: neque cum ipso, neque cum eo, cuius nunc in potestate sit, agi potest. Unde si alienus seruus noxiam tibi cômiserit, & is postea in potestate tua esse cœperit ^h, interdicitur ⁱ actio: quia in eum casum deducta

statam: accepto enim iudicio venditor mihi condemnabitur, Triphon. d. l. si alienus. ¹ *Lu. Russardus ex Theoph. & Codice veteri restituit, interdicit.*

^a Vnde incipere nō potuit, *l. quia. 16. π. ad leg. Aquil.*

^b Quia actio semel extincta nō reuiviscit. *l. 98. §. areā. De solut.*

^c Hoc est, cū ferē magis punsatur pater per filium, quā ipsemet filius. *l. isti. quod me tuscau. Phœbus de Phæronte filio. 2. Meta. Scilicet ut nostro genitū, &c. Cuiac. leg. ex Vete. Cod. date, ut penē per corp^o pater magis: ut sensus sit, Patrem per corpus suū pro modo ma-*

gno consistere^a non potuit. Ideo quē licet exierit de tua potestate, agere nō potes^b: quemadmodum si dominus in seruū suū aliquid commiserit: nec si manumissus, aut alienatus fuerit seruus, vllam actionem contra dominiū habere potest.

De filiis familias.

7 Sed veteres quidem hoc in filiis familiarum masculis, & fœminis admisere. noua autem hominum conuersatio, huiusmodi asperitatem rectē respuendam esse existimauit, & ab vsu communi hoc penitus recessit. Quis enim patiatur filium suū, & maximē filiam, in noxam alij dari: vt penē per filij corpus^c pater magis, quā filius periclitetur? cū in filiabus etiam pudicitie fauor hoc bene excludat. Et ideo placuit in seruos tātummodo noxales actiones esse proponendas: quum apud veteres legum commētatores^d inuenerimus sæpius dictum, ipsos filios familiarum pro suis delictis posse conueniri^e.

SI QVADRUPES PAV-
periem fecisse di-
catur.

TITVLVS IX.

¶ De actione si quadrupes, ex
l. xij. Tab.

gis periclitari^d, quā filium. ^a Intellige interpretes, ex quorum commentariis compositi sunt Pand. libri ^e *l. i. §. Si filius fa. De his qui deiec.* ^f Competit hac actio ob noxam animalium: itaque rectē noxalibus consuncta est.

Anima-

ANIMALIVM nomine, quæ ratione carent, si qua lasciui^a, aut pauore^b, aut feritate pauperiem fecerint: noxalis actio lege 12. Tabularum prodita est. Quæ animalia si noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem: quia ita lex 12. Tabularum scripta est, vt putà, Si equus calcitrosus^c calce percusserit, aut bos cornu petere solitus, cornu petierit. Hæc autem actio in iis, quæ contra naturam mouentur, locum habet. Cæterùm si genitalis sit feritas, cessat actio^d †. Denique si vrsus fugerit à domino, & sic nocuerit: non potest quondam dominus conueniri: quia desit^e dominus esse, vbi fera euasit. Pauperies autem^f est damnum sine iniuria facientis datum. Nec enim potest animal iniuriam fecisse dici, quod sensu caret. Hæc quidem ad noxalem pertinent actionem.

¶ *De actione adilitia, concurrente cum actione de pauperie.*

1 Cæterùm sciendum est, ædilitio editos prohiberi nos canem, verrem, aprum, vrsum, leonem^b † tibi habere, quæ vulgò iter fit. & si aduersus ea factum erit, & nocitum

^a *Idest, pecculantia. Theoph. habet θεουπλῷ. b Al. feruore, quod magis probandum. Theo. legit θεουπλῷ τῆτα, id est, cruorem. c Gen. cap. 9. Exo. 21. Leui. 20. Plur. in So. Pla. II. de leg. Hæc verba, Si equus calcitrosus, &c. ad l. 12. Tab. non pertinet, sed pro exemplo adiecta sunt. Vlp. in l. 1. §. 1. eod. d † Cessat dicitur: sed datur actio & utilis. j. h. t. f. e Vet. Codex definit. f Ex Vlp. d. l. 1. Quid ergo fiet, si quadrupes depastit agrum alienum? depasci enim est vti: Vti autem non est damnum dare. l. qui occidit. §. Si quis alienum. D. ad l. Aquil. Sed tamen vna eademq; lege simul de pauperie quadrupedum, & de pastu pecoris, prodita est noxalis actio, auctore Paul. l. 1. Sent. eo. tit. I. C. g Cuius verba refert Vlp. l. Hi enim. l. Quæ vulgò. de adil. edict. §. l. lectos. De peri. & commo. rei Sen. l. 1. §. summa. De his qui deiec. Vide Arist. 6. Polit. h † Et alia id genus animalia. l. 40. & seq. D. h. t.*

† *Utilis.* libero homini esse dicatur: quod bonum &
 † *Vide Vlp.* æquum iudici videtur, tanti dominus con-
in l. 2. De demnetur: cæterarum verò rerum, quanti
prin. del. l. damnum datum sit, dupli. Præter has autem
Nunquam. ædilitias actiones, & de pauperie † locum
de ob. & act. habebit. Nūquam enim actiones, præsertim
l. nūquam. pœnales, de eadem re concurrentes alia a-
Dereg. iur. liam consumit ^b.
 † *Vide Quin.*
lib. 2. ca. 16.

De Lysia. nō
licebat al-
teri pro al-
tero agere.
Gell. lib. 20.
c. 1. Cic. li. 2.
ad Heren.

† *Vt Syndi-*
cus: cum a-
gere & inuer-
si non pos-
sint. Cicer. 1.
Ver. Sicilia
tota, & c.

† *Vt assertor.*
l. 165. de re-
su. quod su-
stulit iusti.
l. 1. C. de af-
fert. toll.

† *Vt Tutor.*
Theophil.

† *Tulit A.*
Hostilius cō-
sul cum A.
Asilio ab
Fr. cōd. 580.

Vt eorum nomine, qui reip. causa abessent, aut ab hostibus capti,
furti ageretur. ^h l. 1. De procurat.

DE IIS, PER QVOS A- gere possumus.

TITVLVS X.

¶ *Per quos agere licet.*

N V N C admonendi sumus agere posse
 quemlibet hominem aut suo nomine,
 aut alieno. Alieno: veluti procuratorio, tu-
 torio, curatorio: cū olim in vsu ^c fuisset, al-
 terius nomine agere non posse, nisi pro po-
 pulo ^d, pro libertate ^e, pro tutela ^f. Præterea
 lege Hostilia ^g permissum erat furti agere eo-
 rum nomine, qui apud hostes essent, aut rei-
 publicæ causâ abessent, quæve in eorum cu-
 ius tutela essent. Sed quia hoc non minimam
 incommoditatem habebat, quòd alieno no-
 mine neque agere ^h, neq; excipere actionem
 licebat: cœperunt homines per procuratores
 litigare. Nam & morbus, & ætas, & necessa-
 ria peregrinatio, item quæ alia multæ [iustæ]
 causæ sæpe hominibus impedimento sunt,
 quò minùs rem suam ipsi exequi possint.

¶ *Quibus*

¶ *Quibus modis procurator
constituitur.*

1 Procurator neque certis^a verbis, neque præfente semper aduersario, imò & plerumque eo ignorante constituitur. Cuicumque enim permiseris^b rem tuam agere, aut defendere, istus procurator intelligitur.

¶ *Quibus modis tutores, vel curatores
constituuntur.*

2 Tutores & curatores quemadmodum constituuntur, primo libro^c expositum est.

DE^d SATISDATIONIBVS^e.

TITVLVS XI.

¶ *Ius antiquum. De iudicio
reali.*

SATISDATIONVN^o modus alius antiquitati placuit, alium nouitas per vsum amplexa est. Olim enim si in rem agebatur, satisfidare possessor compellebatur: vt si victus [esset], nec rem ipsam restitueret, nec litis æstimationem, potestas esset petitori aut cum eo agendi, aut cum fideiussoribus eius. quæ satisfidatio appellatur *Iudicatum solui*. Vnde autem sic appelletur, facile est intelligere. Nanque stipulabatur quis, vt solueretur sibi, quod fuisset iudicatum. Multò magis is, qui in rem actione conueniebatur, satisfidare

^a *Hoc est, nec solennibus, nec præscriptis.*

^b *Paul. lib. 1. Sent. titu. 3. habet nudis verbis.*

^c *Dummodo procurator esse non prohibeatur. §. & l. j.*

^d *De except.*

^e *Ti. de tute.*

^f *Satisfidatio est cautio*

pro eo, quod a nobis debe-

tur, aut pe-

titur. Quæ

quidem ant

extraiudicialis est,

antiindicialis: de qua

duntaxat

hoc loco agitur.

^g *Varro De lingua Lat.*

^h *Vide huius antiquitatis*

vestigia, l. Si petitor. l. Si seruus. Et passim sub tit. iud. sol. pro esset, al. fuerit.

^a *Non tantū de iudicato, sed etiam de rato. l. Pōpo. §. sed & is qui. de procurator.* cogebatur^a, si alieno nomine^b iudicium accipiebat. Ipse autem, qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisfidare non cogebatur. Procurator verò si in rem agebat: satisfidare iubebatur, *rem^c ratam dominū habiturum.* Periculum enim erat, ne iterum dominus de

^b *Nemo enim rei alie na defensor idoneus est sine satisfidatione. l. Non videtur. π.* eadem experiretur. Tutores verò, & curatores eodem modo, quo procuratores, satisfidare debere, verba edicti^d faciebant. Sed aliquando his agentibus satisfidatio remittebatur^e. Hæc ita erant, si in rem agebatur.

De iudicio personali.

^c *Idest, litē. sic apud veteres. l. Reipub. 23. de verb. signif. significat aut dominū probaturū, que procurator fecerat.* 1 Si verò in personam: ab actoris quidem parte eadem obtinebant, quæ diximus in actione, qua in rem agitur: ab eius verò parte, cum quo agitur, si quidem alieno nomine^f aliquis interueniret & omnimodo^b † satisfidaret, quia nemo defensor in aliena re sine satisfidatione idoneus esse creditur^g. Quòd si proprio nomine aliquis iudicium accipiebat in personam: *Indicatum solui* satisfidare non cogebatur.

¶ Ius nouum. De reo.

^d *Extant in l. Seruum. §. At prator. π. De procuratorib.* 2 Sed hodie hæc aliter obseruantur. Siue enim quis in rem actione conuenitur, siue personali^k suo nomine: nullā satisfidationem pro litis æstimatione dare compellitur: sed pro sua tantum persona, quòd in iudicio persamēto datos tutores & confirmatos. *l. Vulgò. De administr. tut.*
^e *Hanc distinctionem tradit Vlpia. l. Hac autem. §. Slt. Quibus ex cau. in possess. eat. §. Distinctione nulla adhibita. h† Al. omnino. i Regula est leg. Qui proprie. §. Qui alium. D. procur. Nouell. 88. Cice. pro Quinto. k Vet. siue in personam.*

maneat

maneat vsque ad terminum ^a litis, vel committitur suæ promissioni cum iureiurando ^b, quam iuratoriam ^c cautionem vocât, vel nudam promissionem, vel satisfactionem pro qualitate ^d personæ suæ dare compellitur.

De procuratore actoris.

3 Sin autem per procuratorem lis, vel infertur, vel suscipitur: in actoris quidem persona, si non mandatum actis insinuatum est, vel præsens dominus litis in iudicio procuratoris sui personam confirmauerit ^e †: ratam rem dominum habiturum satisfactionem procurator dare compellitur: eodem obseruando, & si tutor, vel curator, vel alia tales ^f personæ, quæ alienarum rerum gubernationem receperunt, litem quibusdam per alium ^g inferunt.

De procuratore rei præsentis.

4 Si verò aliquis conuenitur, si quidem præsens procuratorem dare paratus est: potest vel ipse in iudicium venire, & sui procuratoris personam per *iudicatum solui* [satisfactionem solenni stipulatione ^h] firmare: vel extra iudicium satisfactionem exponere, per quam ipse sui procuratoris fideiussor existat pro omnibus *iudicatum solui* satisfactionis rem. ⁱ † Ipsi verò per se agentes non satisfaciunt. l. 13. de admin. tutor. l. 30. C. de episc. & cler. quia pro dominis habentur. l. 7. §. si tutor. D. pro empt. Nisi de officio dubitetur. l. 23. de admin. tut. ^h Pro inclusis legitur in Vet. satisfactionis solennes stipulationes. nam tres hæc satisfactio clausulas habet, de defendendo, de dolo & de iudicatio faciendo.

^a Theophil. μέχρι τέλους τῆς δίκης.

^b Iurādo nimirum, in iudicio se permansurum, nec inde discessurum. Theo.

^c Iustinian. 53. Nouell. Vocat δικομοσία.

^d Propter dignitatem, vel obsequium, & si patronus, vel parens sit.

^e † Vel alia ratione certum sit mandatum. l. 65.

^f D. de procur. Ut Syndici, vel actores municipiorum, aut corporum.

^g Puta per actorem aut procuratorem.

^h Pro inclusis legitur in Vet. satisfactionis solennes stipulationes. nam tres hæc satisfactio clausulas habet, de defendendo, de dolo & de iudicatio faciendo.

*Nempe illis
tribus: Pro-
curatorē in
iudicio per-
mansurum,
& ad litem
terminū li-
tigaturum:
Quod iudi-
catum erit,
soluturum:
Nec defen-
dendo dolo
malo & surr.
l. iudicatū.
ff. iud. sol.
b. Domini
scilicet.*

*c. Per procu-
ratorē sub-
audiri vo-
lunt Theo.
& Accur.
Baro Verò
hic per ipsū
dominum:
quē sequi-
tur Contius.*

*d. Cuiac. le-
git, In iudi-
cio inuenie-
tur, ὅτις τῷ
κίρω τῆς ἀ-
ποφάσεως διρεθόεται ὁ τῷ δικαστηρίῳ. Theoph. & rectè. c. Aliàs le-
gitur, vel ipse vel fideiussor, πάντα παρῆξ αὐτὸς ἦτοι ὁ τέρας ἔγλυπτης.
Theoph. Delendum censet Cuiac. f. † Qui a publicè interest absen-
tes defendi. l. 33. D. de procurat. b. † §. i. §. h. r. h. Id est, litem, & §. 3.
i. Constātinopolim intellige, quā nouā Romā dici voluit Constānt.
quòd sedes imperij eò fuit trāsata: cum Byzantiū pri^o diceretur.*

clausulis^a, vbi & de hypotheca suarum re-
rum conuenire compellitur: siue in iudicio
promiserit, siue extra iudiciū cauerit, vt tam
ipse, quàm heredes eius obligentur. Alia in-
super cautela, vel satisfatione propter perso-
nam ipsius^b exponēda^c, quòd tempore sen-
tentiæ recitandæ in iudicium veniet^d, vel si
non venerit, omnia dabit fideiussor^e, quæ in
condemnatione cōtinentur, nisi fuerit pro-
uocatum.

De procuratore rei absentis.

5 Si verò reus præstò ex quacunq; caus-
sa non fuerit, & alius velit defensionem eius
subire: nulla differētia inter actiones in rem
vel personales introducenda, potest hoc fa-
cere^f†: ita tamen, vt satisfationē *Iudicatum*
solui pro litem æstimatione præstet. Nemo e-
nim secundum veterem regulam (vt iam §†
dictum est) alienæ rei^b sine satisfatione de-
fensor idoneus intelligitur.

Unde hæc forma discenda.

6 Quæ omnia apertius & perfectius quo-
tidiano iudiciorum vsu in ipsis rerum docu-
mentis apparent.

Vbi hæc forma obseruanda.

7 Quam formam non solùm in hac regia
vrbeⁱ, sed etiam omnibus nostris prouinciis,

(etſi propter imperitiam fortè aliter celebratur) obtinere cenſemus: quum necèſſe ſit omnes prouincias, caput omnium noſtrarum ciuitatum, id eſt, hanc regiam urbem, cuiusque obſeruantiam^a ſequi.

DE PERPETUIS, ET TEMPORALIBUS ACTIONIBUS, & QUÆ AD HEREDES, & IN HEREDES TRANSEUNT.

TITVLVS XII.

¶ De perpetuis & temporalibus actionibus.

HOC loco admonendi ſumus, eas quidem actiones, quæ ex lege^b Senatûſve conſulto^c, ſiue ex ſacris conſtitutionibus proficiſcuntur, perpetuò ſolere antiquitus competere, donec ſacræ conſtitutiones^d tam in rem, quàm in perſonã actionibus certos fines^e † dederunt: eas verò, quæ ex propria Prætoris iurisdictione pendent, plerumque intra annũ^f † viuere: nam & ipſius Prætoris intra annum erat imperium^g. Aliquando tamen & in perpetuũ extenduntur, id eſt, vſq; ad finem cõſtitutionibus introductum: quales ſunt eæ, quas bonorum poſſeſſori, ceterisque^h †, qui heredis loco ſunt, ad cõmodat. Furti quoque manifeſti actio, quanuis ex

^a In præfat. Pand. Urbis Roma conſuetudinem ſequendam eſſe auctor eſt Iulianum.

^b Tribunitia, vel conſulari: Et etiam ſubaudiſas plebiſcitum. Cõt.

^c Ha ſunt, quæ ex iure civili deſcendunt.

^d L. Sicut. C. de præſcrip. 30. vel 40: anno. Sido. Apoll. lib. 8.

^e † 30. vel 40. ann.

^f † Vitalem. l. l. §. annus.

^g D. de vi & vi arm.

^h Id eſt, magiſtratus.

Sic Vlp. dixit deponere imperiũ.

l. Sltim. De offic. proconſul. Prætoris autem imperium erat annum. Diar. 2. Diſp. cap. 55. & cap. 48. Cicer. 3. in Verr. ^h † Vò fidei commiſſariis.

Ex l. 12. Tabu. Furti manifesti pena erat corporalis. Fur enim manifestus verberabatur, addicebaturq. po. stea l. Corn. §. Sempro. furti pena Prætoris arbitris commissa est, §. ex Prætoris iurisdictione pecuniaria. Gell. lib. 11. c. 18. Ant. Aug. Emen. lib. 4. cap. 4. Theoph. ipsius Prætoris ^a iurisdictione proficiatur, tamen perpetuò datur. Absurdum enim esse existimavit anno eam terminari.

*¶ De actionibus quæ in heredes trans-
eunt, vel non.*

1 Non autem omnes actiones, quæ in aliquem aut ipso iure ^b † competunt, aut à Præ-
tore dantur ^c: & in heredem æquè cōpetunt, aut dari solent. Est enim certissima iuris regula ^d, ex maleficiis ^e † pœnales ^f † actiones in heredem reus non competere: veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni, iniuriæ. Sed heredibus huiusmodi actiones competunt, nec denegantur: excepta iniuriarum actione, & si qua ^b alia similis ⁱ inueniatur. Aliquando tamen etiam ex contractu ^k † actio contra heredem non competit: [veluti ^l] cùm testator dolosè versatus sit ^m, & ad heredem eius nihil ex eo dolo peruenit. Pœnales autè actiones, quas suprà diximus,

† Ciuili. §. Ex hoc verbo fabrefecerunt interpretes illā diuisionem actionum in Natiuas & Datinas: quæ absurda est, & multis locis ab E. Barone confutata. ^a l. pupillus. l. sicut. l. toties. l. ad ea. §. vlti. Derog. iur. ^c † Vel quasi maleficiis. §. vlt. §. de oblig. qua qua. ex del. ⁱ † Actio verò ex maleficio rei persecutoria in heredem datur & conditio furtina. l. 7. §. si pro fure. D. de cond. fur. §. vlt. §. de obl. qua ex del. & actio rerum amot. l. 6. l. 21. §. si mulier. D. rer. amot. l. vlt. C. eo. ^b Obstat l. 7. §. datur. π. depos. ^h Vt actio in factū, quæ tunc competit, cùm sine venia patronus in ius vocatus est. Theoph. ⁱ Huic similis fuit actio de moribus. l. vlt. C. Theodos. de incest. nupt. ^k † Vel quasi contractu. l. 49. de oblig. ^l In ver. nō est veluti. & rectè. alioquin hac sententia pugnare videretur cum l. ad ea. ff. de diuer. reg. iur. l. C. ^m Veluti deposito. l. 7. §. 1. Depos. nisi in deposito ruina nauis. incendij causa facta. l. 1. Depos.

si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatae^a†, & heredibus dantur, & contra heredes transeunt.

¶ *Si pendente iudicio, reus auctori satisfecerit.*

2 Superest, ut admoneamus, quod si ante rem iudicatam is, cum quo actum est, satisfaciat auctori: officio iudicis conuenit eum absolueret^b: licet in ea causa fuisset iudicij accipiendi tempore, ut damnari deberet. & hoc est, quod antea vulgò dicebatur, omnia iudicia absolutoria^c esse.

DE EXCEPTIONIBVS,

TITVLVS XIII.

¶ *Continuatio. ¶ Ratio exceptionum.*

SEQUITVR, ut de exceptionibus dispiciamus. Comparatae autem sunt exceptiones defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur. Saepè enim accidit, ut licet ipsa persecutio, qua auctor experitur, iusta^d sit, tamen iniqua sit aduersus eum, cum quo agitur.

¶ *Exempla. Quod metus causa, de dolo, in factum.*

1 Verbi gratia, si metu^e coactus, aut dolo^f inductus, aut errore^g lapsus, stipulanti Titio

melius ex hoc titulo intelligitur, quam apud Aristot. 5. Ethic. Vide l. si quis. 36. de verb. obl. l. Dolo. 5. C. de iur. stip. e Prima est exceptio, De metu. l. 1. De eo quod met. cau. 1 Secunda est exceptio, de dolo. l. 1. de do. 8 Tertia exceptio, De errore, id est, imprudentia exemplum est apud Iulia. l. Iulianus ait. de dol. except.

^a † *Quia iudicio quasi contrahitur.*

^b 3. §. idem scribit. D. de pecu. iur. stò lite contestata transmittitur actio quasi ex contractu in hered.

^c *Id est, liberarum ab actione dimittere.*

^d *Id est, permissum esse iudici ante condemnationem, reum, qui bonam fidem agnoscit, ab actione liberatum dimittere, Theo. Alci. lib. 7. par. c. 13. Tul. pro Rosc. l. 73. de procurat.*

^e *Aequum à iusto quid differat.*

^a *Id est, mutuum dandi. Est autē IIII. exceptio, pecunia non numerata, tot. tit. Cod. de non numer.*

pecu.

^b *Cōtra Paulus scripsit, te nondum esse obligatum, l. qui pecuniam.*

ff. sicer. pet.

Sed hoc vult

Paul. te non

esse obliga-

tum cū ef-

fectu. cū

habeas ex-

ceptionem

perempto-

riam. A.C.

^c *Intra bi-*

enniū, quod

prestitū est

huc actio-

ni. Myns.

^d *lib. 3. §. ti-*

tu. de lite-

rarū oblig.

^e *Est V. ex-*

ceptio pacti conuenti. l. si vnus. §. Pactus. De pact.

^f *Id est, non ipso*

iure, nec funditus. nam pactum solam obligationem naturalem

dissoluit ipso iure. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solut.

^g *† Formula*

actionis personalis.

promisisti, quod non debueras promittere: palàm est, iure ciuili te obligatum esse, & actio, qua intenditur, dare te oportere, efficax est: sed iniquum est te condemnari. Id eoque datur tibi exceptio, quod metus causa, aut doli mali, aut in factum, composita ad impugnandam actionem.

De non numerata pecunia.

2 Idem iuris est, si quis quasi credendi causa pecuniam à te stipulatus fuerit, neque numerauerit. Nam eam pecuniam à te petere posse eum, certum est. dare enim te oportet, quum ex stipulatione tenearis^b. Sed quia iniquum est, eo nomine te condemnari: placet exceptione pecuniæ nō numeratæ te defendi^c debere. cuius tempora nos (secundum quod iam superioribus^d libris scriptum est) constitutione nostra coarctauimus.

De pacto.

3 Præterea^e debitor, si pactus fuerit cum creditore, ne à se pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet: quia pacto conuenito obligationes non omnino^f dissoluuntur: qua de causa efficax est aduersus eum actio, quam actor intendit, si apparet^g † eum dare oportere: sed quia iniquum est, contra pactum eum condemnari, defenditur per exceptionem pacti conuenti.

De iureiurando.

4. Æquè^a si debitor, creditore^b deferēte iurauerit^c †, nihil se dare oportere: adhuc obligatus permanet: sed quia iniquum est de periurio^d quæri^e †: defenditur per exceptionem iurisiurandi. In iis quoque actionibus, quibus in rem agitur, æquè necessariæ sunt exceptiones: veluti, si petitore deferēte, possessor iurauerit eam rem suam esse^f †, & nihilominus petitor eandem rem vindicet. licet enim verum sit, quod intendit, id est, rem eius esse: iniquum tamen est possessorem condemnari.

Dereindicata.

5. Item si in iudicio tecum actum fuerit, siue in rem, siue in personam: nihilominus obligatio^b durat: & ideo ipso iure de eadēⁱ † re postea aduersus te agi potest: sed debes per exceptionem rei iudicatæ adiuuari.

De cæteris exceptionibus.

6. Hæc exempli causa retulisse sufficiat. Alioqui quàm ex multis variisque causis exceptiones necessariæ sint, ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris^k intelligi potest.

Iusurandum dixit esse emplastrum aris alieni. ^a † in ea scilicet actione, periurus tamen punitur, quod alibi exposui. ⁱ † Vel petitoris non esse. Sidel. II. de iureiur. ^b Est VII. exceptio, Dereindicata. l. 1. Dereindica. ^h Theophil. legit actio. ai μὲν ἀγῶγαι μένουσι. ⁱ † Vide l. 12. & sequen. D. de except. rei iudica. ^k Tit. De exceptio.

^a Est V. exceptio iurisiurandi, l. 2.

§ 5. De iureiur.

^b Vel certè procuratore vniuersorū bonorū, vel in id mandatum habeat special. l. 17. §. 1. De iureiur.

^c † Aut, cum iurare paratus esset, remissū ei fuerit iusiurandum. l. 9. §. 1. eodem.

^d De ciuis Romano periurio quæri

Roma iniquum erat. l. 15. eod. l. 2.

§ 5. De iureiur. Laberius apud Gell. 6. c. 17.

^a l. *Slt. C. de except. seu præs.*

^b *Ut Senat. consult. Macedo. & Velleia.*

^c *Veluti, Quod met. cau. De do. lo, &c.*

^d *Vide Casu, l. 3. eod.*

^e *Significatur hic initium & finis harum proponendarum except. nempe à lite contestata,*

& que ad rem iudicatam. Gabr.

^f *Intelligit tempus conuentum & præsstitutu:*

ante quod si egisset creditor, opposita exceptio non tantum nocebat, sed perpetuam liberationem

tribuebat debitori veteri iure ante Zeno. constit. Gabr. & Fac. l. Interdum. §. Cum ita. de Verborum oblig. & ibi Duar. l. 3. §. Si ita. De eo quod cer. loco.

¶ *Diuisio prima.*

7 Quarum quædam ex legibus^a, vel ex iis, quæ legis vicem obtinent^b, vel ex ipsius Prætoris iurisdictione^c substantiam capiunt.

¶ *Diuisio secunda.*

8 Appellantur autem exceptiones aliæ perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ.

De peremptoriis.

9 Perpetuæ & peremptoriæ^d sunt, quæ semper agentibus obstant^e, & semper rem, de qua agitur, perimunt: qualis est exceptio dolimali, & quod inetus causa factum est, & pacti conuenti, cum ita conuenerit, ne omnino pecunia peteretur.

De dilatoriis.

10 Temporales atque dilatoriæ sunt, quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt^f: qualis est pacti conuenti, cum ita conuenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium: nam, finito eo tempore, non impeditur actor rem exequi. Ergo ij, quibus intra certum tempus agere volentibus obijcitur exceptio aut pacti conuenti, aut alia similis, differre debent actionem, & post tempus agere. Ideo enim & dilatoriæ istæ exceptiones appellatur. Alioqui, si intra tempus egerint, obiecta que sit ex-

ceptio,

ceptio, neque eo iudicio quicquam confe-
quebantur^a; propter exceptionem^b, neque
post tempus olim agere poterant: cùm te-
mere rem in iudicium deducebant, & con-
fumebant: qua ratione rem amittebant. Ho-
die autem non ita strictè hoc procedere vo-
lumus: sed enim, qui ante tempus pactionis,
vel obligationis, litem inferre ausus sit: Ze-
nonianæ cõstitutioni^c subiacerè censemus,
quam sacratissimus legislator de iis, qui tem-
pore plus petierint, protulit: & inducias^d,
quas ipse actor spontè indulserit, vel quas na-
tura actionis continet, si cõtempserit, in du-
plum habeant ij, qui talem iniuriam passi
sint: & post eas finitas non aliter litem susci-
pian, nisi omnes expensas litis antea accepe-
rint: vt actores tali pœna perterriti, tempora
litium doceantur obseruare.

De dilatoriis ex persona.

II Præterea^e etiam ex persona sunt dila-
torix exceptiones, quales sunt procuratorix,
veluti si per militem, aut mulierem agere
quis velit. Nam militibus^f nec pro patre, vel
matre, vel uxore, nec ex sacro rescripto, pro-
curatorio nomine experiri conceditur. suis
verò negotiis superesse sine offensa militaris
disciplinæ possunt. Eas verò exceptiones, quæ

meminit S. S. Si quis agens. De act. ^d Vt scilicet tempus duplicen-
zur: quod vel ex pacto consento, vel res ipsius natura datur. Theo.
^e Fab. huius exceptionis meminit l. b. 3. cap. 6. ^f Excipe vetera-
nos. l. Filius fu. S. Veterani. De procur. C. c. pro Quintio. Fac. l. Militem,
& l. qui. de procur. ^g Nisi fortè earum libertatem tueatur.
l. 3. de liber. cau. Vide Linius de Virginito.

^a Sicut nec
hodie quic-
quam con-
sequitur,
quia redi-
gitur ad ne-
cessitatem
nova litis
suo tempore
instruenda.
Gabr.

^b Nèpe hanc,
Cuius pecu-
niæ dies nõ
venit, quæ e-
rat dilato-
ria. eius hæc
formulam
recitat Cic.

1. De orato-
re, ubi ostē-
dit, quàm
pudendi la-
psus in ma-
gnis Orato-
ribus occa-
sionem de-
derit huius
Veteris in-
ris ignoran-
tia. Gabr.

^c Nõ extare
arbitror. Et

Qui notentur infamia, vide titu. De his qui no. infra. Fab. lib. 3. c. 8. Et lib. 7.

c. 5.

^b Id est, differatur.

Theoph.

^c Hic tit. sub tit. De exceptionibus in Pandect. constituitur.

^d Ex se: sed aqua, si ad actionem comparatur.

^e Quia non perimitur actio, exceptione allegata, sed labefactatur, ac suspenditur. l. sub preextu. C. de transactionibus.

ideo Paulus hanc rationem reddit, cur replicatio inueta sit, quia scilicet prius pactum per posterius non tollitur ipso iure, sicut stipulatio per stipulationem. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. A. C. Fabius vocat firmamentum, Et continens. lib. 3. cap. 13. quia ius aetoris contineat ac confirmet. ^f Non igitur perimit exceptio ipso iure actionem, sed elidit. l. si vnus, 28. §. pactus. De pact. Wesemb. & Nam pacta nouissima seruanda sunt, non priora. l. pacta. C. de pact.

olim procuratoribus propter infamiam^a, vel dantis, vel ipsius procuratoris opponerentur, cum in iudiciis frequentari nullo modo perspeximus, cōquiescere sancimus: ne dum de his altercatur, ipsius negotij disceptatio proteletur^b.

DE REPLICATIONIBVS

TITVLVS XIII.

¶ De replicatione.

INTERDVM euenit, vt exceptio, quæ prima facie iusta^d videtur, tamen iniquè noceat. quod quum accidit, alia allegatione opus est, adiuuandi actoris gratia, quæ replicatio^e vocatur, quia per eam replicatur, atq; resoluitur ius exceptionis^f. veluti cum pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat, deinde postea in contrarium pacti^g sunt, id est, vt creditori petere liceat: si creditor agat, & excipiat debitor, vt ita demum condemnetur, si non conuenierit, ne eam pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio. conuenit enim ita. nanque nihilominus hoc verum manet, licet postea in

contrarium pacti sint^a. sed quia iniquum est creditorem excludi, Replicatio ei dabitur ex posteriore pacto conuento.

¶ *De duplicatione.*

1 Rursus^b interdum euenit, vt replicatio, quæ prima facie iusta est, iniquè noceat. quod quum accidit, alia allegatione opus est, adiuuandi rei gratia, quæ Duplicatio vocatur.

¶ *De triplicatione.*

2 Et si rursus ea prima facie iusta videatur, sed propter aliquam causam actori iniquè noceat: rursus alia allegatione opus est, qua actor adiuuetur, quæ dicitur Triplicatio.

¶ *De cæteris exceptionibus.*

3 Quarum omnium exceptionum vsus interdum vlteriùs, quàm diximus, varietas negotiorum introducit. quas omnes apertius ex Digestorum latiore volumine facile est cognoscere.

¶ *Quæ exceptiones fideiussoribus prosunt, vel non.*

4 Exceptiones^c autem, quibus debitor defenditur, plerunq;^d ad commodari solent etiã fideiussoribus^e eius: & rectè: quia quod

^a Hoc verbo excludit exceptiones, quæ ratione personarum non causse, & prius legij personalis causse dantur. ^b Quibus semel acquisita, inuitis non extorquentur, l. vltim. De pact. Nec obstat l. Si vnus. §. Pactus. De pact. nam in eo §. hac verba, eadem ratione, sic accipienda sunt, si ipsis scientibus posterius pactum interpositum sit: Et quæ ratione reus amittit exceptionem, eadem etiam amittant fideiussores.

Quia posteriorius pactum non tollit prius ipso iure, d. l. §.

vnus. Manente igitur causa, manet effectus, videlicet exceptio,

quæ ex talis pacto oritur.

^b Vlp. l. 2. §. pen. De except. Contra

(inquit) replicatione

solet dari duplicatio:

Et contra duplicationem

triplicatio,

Et contra triplicationem

quadruplicatio, &c.

^c Hic §. ad superiorem

titulum proprie pertinet.

^a † τῆ δὲ ἀμεί-
μυ, l. 27. D.
derec. arb.

^b Veluti ex-
ceptiones,
qua perso-
na coharēt,
putà mino-
ri ratione
atatis. l. in
caussa. in
prin. De mi-
nor. l. exce-
ptiões. 2. De
exce. Accur.
hic.

^c Duar. lib.
I. Dissp. c. 19.
20. 21. & 22.
Paul. 5. Sēt.
titu. 6.

^d Vnde tu
cum vide-
cisti, resti-
tue.

^e † Quando-
que cum de
proprietate
cōtenditur.
l. 2. §. qua-
dam. D. h. t. ^f Ut fundo. l. i. §. Ad solam. De vi arm. & Putà & su-
fructu. seruitute, & alio omni iure incorporali. l. i. §. Planè De vi
& vi armata.

ab iis petitur, id ab ipso debitore peti vide-
tur ^a †: quia mandati iudicio redditurus est
eis, quod ei pro eo soluerint. Quæ ratione, &
si de non petenda pecunia pactus quis cum
eo fuerit: placuit perinde succurrendum esse
per exceptionem pacti conuenti illis quo-
que, qui pro eo obligati sunt, ac si etiam cum
ipsis pactus esset, ne ab eis ea pecunia petere-
tur. Sanè quædam exceptiones ^b non solent
his ad commodari. Ecce enim debitor, si bo-
nis suis cesserit, & cum eo creditor experia-
tur: defenditur per exceptionem, si bonis ces-
serit. Sed hæc exceptio fideiussoribus non da-
tur: ideo scilicet, quia qui alios pro debitore
obligat, hoc maximè prospicit, vt cum facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab iis,
quos pro eo obligauit, suum consequi.

DE INTERDICTIS.

TITVLVS XV.

¶ Continuatio, & definitio.

SEQUITVR vt dispiciamus de interdicitis,
seu actionibus, quæ pro his exercentur.

Erant autem interdicta formæ atq; con-
ceptiones ^d verborum, quibus Prætor aut iu-
bebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat. quod
tunc maximè ^e † fiebat, cum de possessione ^f,
aut quasi possessione & inter aliquos conten-
debatur.

¶ Dini-

¶ *Diuisio prima.*

I Summa autem diuisio^a interdictorum hæc est, quòd aut prohibitoria sunt, aut restitutoria, aut exhibitoria. Prohibitoria sunt, quibus Prætor verat aliquid fieri: veluti vim sine vitio^b possidenti, vel mortuum inferenti, quòd ei ius erat inferendi: vel in sacro loco ædificari, vel in flumine^c publico ripave eius aliquid fieri, quòd peius nauigetur. Restitutoria sunt, quibus restitui aliquid iubet: veluti bonorum possessori possessionem eorum, quæ quis pro herede, aut pro possessore possidet, ex ea hereditate: aut cum iubet, ei qui vi de possessione deiectus sit, restitui possessionem. Exhibitoria^d sunt, per quæ iubet exhiberi: veluti eum, cuius de libertate agitur: aut libertum, cui patronus operas indicere velit: aut parenti liberos^e †, qui in potestate eius sunt. Sunt tamen qui putent, propriè interdicta ea vocari, quæ prohibitoria sunt, quia interdiceret^f sit denuntiare & prohibere: restitutoria autem, & exhibitoria, propriè decreta vocari. Sed tamen obtinuit omnia interdicta appellari: quia inter duos^g dicuntur.

Interdicere antiquè dicebatur pro vehementius, & imperiosius decernere: nam vox inter nonnunquam augendi vim obrinet: Et interficere, interimere, interuenire. Fr. Hotom. & Allusio est, Et s̄. in Testamento mentis testatio, in Sacello, sacra cella. Alciat. præ his verbis inter duos, legit interim, in l. 178. ff. de verb. sig. Isid. lib. 3. c. 23. & Anianus in Notis ad Paulum lib. 5. Sent. definiunt sententiam interim dictam: Inter duos, actorem & reum, nullo scilicet addicto iudice pedaneo, ad quem condemnatoria illa verba referantur, Condemna iudex. Contius.

^a Ex Vlp. l.

I. §. Interdictorum. eod.

^b Hoc est, nec vi, nec clam, nec precario.^c l. i. De fluminibus.^d Vlp. l. i. de lib. hom. exhib. Actione ad exhib. res privatas

persequimur: interdicta vero ad homines liberos, & eorum statum pertinent. l. 13. ad exhib.

^e † Qui ab aliquo detinentur inuiti. l. & lti. D. de lib. exhib.^f Interdicere

* *Idest, secunda, et ante momentum.*

^b *Ex Paulo, l. 2. §. Hæc autem. hoc titulo.*

^c *l. i. Quorum bonorum, exprimis verbis edicti.*

^d *Decretos. Vel edicto Prætoris. G hic.*

^e *Nullo scilicet, alio iure aut titulo. Fac. l. Pro herede. De pet. hered.*

^f *d. l. Pro herede. §. Et cum tit. seq.*

^g *Vi sc. eam recuperet possessione, qua semel excidit. G.*

^h *Ab auctore Saluiso celebri iureconsulto. l.*

Inter antiquam. C. de susf.

ⁱ *Itẽ quilibet creditor, saltem et iuster. Bar. in l. 1. De Sal. interdicto.* ^k *Sive apud colonum sint, sive apud scrasum: datur enim et actio realis contra possidentem. W.*

¶ *Diuisio secunda.*

2 Sequens ^a diuisio interdictorum hæc est ^b, quòd quædam adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ.

De interdictis adipiscenda.

3 Adipiscendæ possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, quod appellatur, *Quorum bonorum* ^c. eiusque vis & potestas hæc est: vt quod ex iis bonis quisq;, quorum possessio alicui data ^d est, pro herede aut pro possessore possideat: id ei, cui bonorũ possessio data est, restituere debeat. Pro herede ^e autem possidere videtur, qui putat se heredem esse. Pro possessore ^f is possidet, qui nullo iure rem hereditariã, vel etiam totam hereditatem, sciens ad se non pertinere, possidet. Idẽo autem adipiscendæ possessionis vocatur interdictũ: quia ei tantũ utile est, qui nunc primũ conatur adipisci rei possessionem. Itaque si quis adeptus possessionem, amiserit eam: hoc interdictum ei inutile est ^g. Interdictum quoque, quod appellatur *Saluianũ* ^h, adipiscendæ possessionis causa cõparatum est: eoq; vtitur dominus fundi ⁱ de rebus coloni ^k, quas is pro mercedib. fundi pignori futuras pepigisset.

De interdictis retinenda.

4 Retinendæ possessionis causa com-

parata

parata sunt interdicta, *Ut possidetis*, & *Vtrubi*: cum ab utraque parte^a de proprietate^b alicuius rei controuersia sit^c†: & antè quaeratur^d, vter ex litigatoribus possidere, & vter petere debeat. Nanque nisi antè exploratum fuerit, vtrius eorum possessio^e† sit, non potest petitoria actio institui: quia & civilis, & naturalis ratio facit, vt alius possideat, & alius fà possidente petat. Et quia longè commodius est [& potius^g] possidere, quàm petere: ideo plerunque & ferè semper ingens existit cōtentio de ipsa possessione. Commodum^h autem possidendi in eo est, quòd etiam si eius res non sit, qui possidet: si modò actor non potuerit suam esse probareⁱ, remanet in suo loco possessio: propterquam causam, quum obscura sunt vtriusque iura, contra petitorum iudicari solet^k. Sed interdicto quidem, *Ut possidetis*, de fundi vel ædium possessione^l contenditur: *Vtrubi* verò interdicto, de rerum mobilium possessione. Quorum vis ac potestas plurimã inter se differentiam apud veteres habebat. Nã *Ut possidetis* interdicto is vincebat, q̄ interdicti tēpore^m possi-

^a Quia scilicet vterque cōtendat se esse dominũ res contro- uersa. *Myns.*
^b Id est, dominiorei, l. *fin. ff. de sis- perf.*

^c† Sed & si- ne hac contro- uersia loco- cus est in- terdicto. l. 3. §. 1. D. *Uti poss.*

^d *Prius. n. de possessione, quàm proprie- tate, quaritur. l. Nulli. C. de iud. Fab. lib. 7. cap. 6.*

^e† *Iusta, & el iniusta: ci- uilis, & el na- turalis. l. 2. l. 3. p. l. 4. D.*

Uti poss. ^f l. *Inter litigãtes. De iud. l. 1. §. 1. Uti poss.* ^g *Desunt inclu. in l. scriptũ.* ^h *Sũt & alia cōmoda, sed qua huc proprie nō perti- nent. G.* ⁱ l. *Qui accusare. C. de eden. l. 2. C. de proba. l. 6. l. 7. C. de rei vindic.* ^k *Eoq̄, reus absolvitur, etiã si nihil praestiterit, l. 6. C. de rei vend. W.* ^l *Meminit hic tantũ rerũ corporaliũ: pertinet ta- men & hoc interdictũ saltẽ utiliter, ad tuendã possessionẽ iurium incorporaliũ, & redit^o annui, aut nona seruitutis. in l. 3. §. si vic- nus. ff. Uti possid.* ^m *Eo f. quo Prator ex officio interdicebat, iudicio mondũ cōstituto, nec dato recuperatore, qui de cōtrouersia cogno- sceret. G.*

*Quid sit
clàm possi-
dere. Vlp. l.
Clàm. de ac-
qui. poss.*

*Maio-
re parte possi-
det, qui lon-
giori tēpore
possidet. l.*

*Maio-
re. 156.
de Verb. sig.*

*Generaliter. De acq.
posses.*

*Posidere
Et in posses-
sione esse di-
uersa sunt. l.*

*Siquis ante.
eod. Et ser-
uire, Et in
seruitute
esse.*

*Ut retine-
ri, ita amit-
ti solo ani-
mo pōt pos-
sessio. Nō ve-
rò adipisci.
Videl. 196.
ff. de reg. iu.*

*l. 3. §. Cum
amittenda.
ill. tit.*

*Titul. per
quas perso.
mob. acq.*

debat: si modò nec vi, nec clàm^a, nec pre-
cariò nactus fuerat ab aduersario possessio-
nem: etiam si alium vi expulerat, aut clàm
arripuerat alienam possessionem, aut pre-
cariò rogauerat aliquem, vt sibi possidere
liceret. *Utrubi* verò interdicto is vincebat,
qui maiore^b parte eius anni, nec vi, nec clàm,
nec precariò ab aduersario possidebat. Ho-
die tamen aliter obseruatur. Nam vtriusque
interdicti potestas (quantum ad possessio-
nem pertinet) exæquata est: vt ille vincat, &
in re soli, & in re mobili, qui possessionem
nec vi, nec clàm, nec precariò ab aduersario,
litis contestatæ tempore detinet.

*De retinenda, vel acquirenda
possessione.*

§ Possidere autem videtur quisque, non
solum si ipse possideat, sed & si eius nomine^c
aliquis in possessione^d sit, licet is eius iuri sub-
iectus non sit: qualis est colonus, & inquil-
nus. Per eos quoque apud quos deposuerit
quis, aut quibus commodauerit, ipse possi-
dere videtur. Et hoc est, quod dicitur retine-
re possessionem posse aliquem per quem li-
bet, qui eius nomine sit in possessione. Quin-
etiam animo quoque solo retineri^e posses-
sionem placet, id est, vt quauis neque ipse sit
in possessione, neque eius nomine alius: ta-
men, si non relinquendæ possessionis animo^f,
sed postea reuersurus inde discesserit retine-
re possessionē videatur. Adipisci verò posses-
sionē per quos aliquis potest, secundo libro^g

exposuimus. Nec vlla dubitatio est, quin animo solo adipisci possessionem nemo possit.

De interdico recuperanda, & affinibus remediis.

6 Recuperanda^a possessionis^b causa solet interdici, si quis ex possessione^c fundi, vel ædium vi^d† deiectus fuerit. Nam ei proponitur interdictum *Vnde vi^e*: per quod is, qui deiecit, cogitur ei restituere possessionem: licet is ab eo, qui vi deiecit, vi vel clam, vel precario possideat. Sed ex constitutionibus sacris (vt supra diximus^g) si quis rem per vim occupauerit, si quidem in bonis eius est, dominio eius priuatur: si aliena, post eius restitutionem, etiam æstimationem rei dare vim passo compellitur. Qui autem aliquem de possessione per vim deiecerit, tenetur lege Iulia^h† de vi priuata, aut de vi publica. sed de vi priuataⁱ, si sine armis vim fecerit: sin autem armis eum de possessione vi expulerit, de vi publica^k tenetur. Armorum^l autem appellatione non solum scuta & gladios, & galeas, sed & fustes, & lapides significari intelligimus.

Vide Duar. Diss. lib. I. c. 20.

^b Actoties quoque damni recuperandi causa, Vlp. l. 1. §. quin autem vi deiectum.

ff. De vi & vi arm.

^c Ea scilicet, quam animo tenebat. l. 1. §. interdictum.

De vi & vi arm.

^d† Atroci. l. 1. §. ad solam.

D. de vi & vi arm.

^e Hoc est, momentis interditi, quod & celeris reformatio dicitur. De eo tractatur

intit. Vnde vi & de vi arm. sic enim legendum censet Cuiac. in dicio l. 2. §. pen. ff. de interd. Cic. etiam pro Cecinna duobus interdiciis facit. ⁱ Extit. C. vnde vi. ^g Tit. De vi bo. rap. ^h† De qua in §. item lex Iulia de vi. §. tit. & lit. ^l Duar. Diss. lib. I. c. 22. ^k Omnis vis armata est publica, non tamen omnis vis publica est armata. nam & sine armis offendere potest res publica, vt in specie l. 7. l. 8. l. qui dolo. l. §. ff. de vi pub. I. C. ^l Hic locus ex l. Armorum. de verb. sign. Tull. pro Cecin. Virgil. 7. Æneid. hic torrens armatus obusto: Striptis hic grauisda nodis. l. Vni. C. Vt armor. & su. & Nou. De armis.

¶ *Diuisio tertia.*

^a *Ex Paul.*
l. 2. eod.

7 Tertia diuisio^a interdictorum est, quòd aut simplicia sunt, aut duplicia. Simplicia sunt veluti in quibus alter actor, alter reus est: qualia sunt omnia restitutoria, aut exhibitoria. Nam actor is est, qui desiderat aut exhiberi, aut restitui: reus autem is est, à quo desideratur, vt restituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorū alia simplicia sunt, alia duplicia. Simplicia sunt, veluti quum Prætor prohibet in loco sacro, vel in flumine publico, ripæve eius aliquid fieri. Nam actor est, qui desiderat, ne quid fiat: reus est, qui aliquid facere conatur. Duplicia sunt^b, veluti *Uti possidetis* interdictum, & *Utrubi*. ideo autem duplicia vocantur: quia par vtriusque litigatoris in his conditio est: nec quisquam præcipuè reus, vel actor intelligitur: sed vnusquisque tam rei, quàm actoris partes sustinet.

*Hoc est,
esse possunt
& solent. G.*

¶ *De ordine, & vetere exitu
seu ritu.*

^c *Theoph. ha*
bet τὰ ξιϛ.

^d *Ritu legē-*
dum est, quē
vulgo proce-
dēdi formu-
lam appel-
lāt. Theoph.
ἀποδεί-
σματος.

8 De ordine^c & vetere exitu^d interdictorum superuacuum est hodie dicere. Nam quoties extra ordinem ius dicitur, (qualia sunt hodie omnia iudicia^e) non est necesse reddi interdictum: sed perinde iudicatur sine interdictis, ac si utilis actio ex causâ interdicti reddita fuisset.

^e *Iustin. tempore omnia iudicia erant extraordinaria. §. 1. De
succ. subl.*

DE POENA TEMERE

litigantium.

TITVLVS XVI.

¶ De pœnis in genere.

Nunc admonendi sumus, magnam curam egisse eos, qui iura^a iustinebant^b †, ne faciliè homines ad litigandum procederent: quod & nobis studio est. Idque eò maximè fieri potest, quòd temeritas tam agentium, quàm eorum, cum quibus agitur, modò pecuniaria pœna, modò iurisiurandi religione, modò infamiæ metu coërceatur.

De iure iurando, & pœna pecuniaria.

I Ecce^c enim, iusiurandum omnibus, qui conueniuntur, ex constitutione^d nostra defertur. Nam reus non aliter suis allegationibus utitur, nisi priùs iurauerit, quòd putans se bona instantia^e uti, ad contradicendū peruenit. At aduersus^f inficiātes, ex quibusdā causis dupli vel triplis actio constituitur: veluti si damni iniuriæ, aut legatorū locis venerabilibus relictōrū nomine agatur. Statim aut̄ ab initio pluris quàm simpli est actio: veluti furti manifesti, quadrupli: nec manifesti, dupli.

*Et Quin-
silianus hoc interdicit suis discipulis sed necessitas suadet.* ^a l. 2. C. de iure iur. prop. cal. dam. ^c Theoph. habet ὁρθῶ ὁμοῦ δὲ ὄρι, id est, recta conscientia, Noue. 50. ^f Est 2. pœna. ^g Hæc Verba, vel tripli, non agnoscunt & vetustī Codices, nec Theoph. & rectè, nam tripli actio in inficiantem nulla est.

^a Magistratus, qui iura reddebāt, intelli-ge. l. 2. §. Post originē. De origin. iur.

Prætoris officium est lites mittere. l. Qui dā. sic cert. per.

Sueton. in Vespas. c. 10. Imperator in l. Prope- randam. C. de iud. Pontifices in c.

2. De sent. & re iud.

^b † Hoc est, legumlatores, magistratus, in- rissperiti.

^c Plato non facile defere- rēdum iusiurandum ait propter hominū im- probitatem:

Et Quin-

Nam ex his & alijs quibusdam cauffis, siue quis neget, siue fateatur, pluris quàm simpli est actio. Item actoris^a quoque calumnia coercetur. Nam etiam actor pro calumnia iurare cogitur ex nostra constitutione^b: [quòd non calumniandi animo litem mouisset, sed existimando se bonam caussam habere.] Vtriusque etiam partis aduocati iusiurandum subeunt, quod alia nostra constitutione^c comprehensum est. Hæc autem omnia pro veteri^d calumniæ actione introducta sunt, quæ in desuetudinem abiit: quia in partem decimam^e litis actores multabat, quod nusquam factum esse inuenimus. sed pro his introductum est & præfatum iusiurandum, & vt improbus litigator & damnum, & impensas litis inferre aduersario suo cogatur.

¶ De infamia.

2 Ex quibusdã iudicijs damnati, & ignominiosi fiunt: veluti furti, vi bonorũ raptorum, iniuriarum, de dolo: item tutelæ, mandati, depositis, directis, non contrariis actionibus^b: item pro socio, quæ ab vtraque parte directa est: & ob id quilibet ex sociis eo iudicio damnatus, ignominia notatur. Sed furti

^a l. 2. C. de iureiu. prop. cal. Inclusa autem, quæ hic adsecimus, adduntur in manuscrip. quæ non videtur abscindenda, l. C. ^c l. Rem non nouam. C. de iud. ^d Abolita est sanctio veteris calumniæ, quæ victus victori decimam litis pendebat. Fac. l. 3. & 4. De fruct. & litium expens. C. ^e De sacramento. Vide Varro-nem lib. 4. ^f ¶ Suo nomine. l. i. l. 6. §. i. D. de his qui not. infam.

^g Quia in his omnibus de dolo, & de disrupta agitur: cuius propria pœna est infamia, l. 5. π. Depos. ^h In his enim de calculo, hoc est supputatione impensarum ferè agitur, non de perfidia, l. 6. in fi. de his qui not. l. 29. ff. De dol.

quidem,

quidem, aut vi bonorum raptorum, aut iniuriarum, aut de dolo non solum damnati notantur ignominia, sed & a pacti^b †: & re-
ctè: plurimum enim interest †, vtrum ex delicto aliquis, an ex contractu debitor sit.

¶ *De in ius vocando.*

3 Omnium^d autem actionum instituentiarum principium, ab ea parte edicti proficiscitur, qua Prætor^e edicit de in ius vocando. Vtique enim in primis aduersarius in ius vocandus est, id est, ad eum vocandus, qui ius dicturus sit. Qua parte Prætor parentibus, & patronis, item parentibus, liberisque patronorum, & patronarum, hunc præstat honorem, vt non aliter liceat liberis libertisque eos in ius vocare, quàm si id ab ipso Prætorè postulauerint, & impetrauerint. Et si quis aliter vocauerit, in eum pœnam solidorum^b quinquaginta constituitⁱ.

^a Quia fatentur delictum, & pro confessis habentur, l. 5.

De his qui not. infam.

Porro confessi habentur pro damnatis, l. 1. De confess.

^b † Dato prætor. l. 6. §. patrisq. D. de his qui not. infam.

l. 18. C. eod.

^c † l. 7. D. de his qui not. infam.

^d Agit hic de in ius vocando.

Vide tit. in π. Plato. 8. De leg. Hotoman. hic. Duare. Diss. c. 1. l. 4. §. 1. De in ius voc. §. Pœnalis, §. de act. Ob id certè, ne quid in præiudicium ipsius absentis à iudice fiat. Mysf. Ad Prætorè, qui ius dicebat dabat actiones, iudicia constituebat: ideo et rit. inscribitur, De in ius vocando: non, in iudicium vocando. W. Solidum pro aureo hic accipe, vt l. si libertus. l. Slt. de in ius vocand. l. 5. §. Prætor ait. π. De his qui de rec. solidus sic dictus, quòd solido & integro pondere esset percussus. Lamprid. in Alexand. Est autem aureus vel solidus, septuagesima secunda pars libri auri. l. quotiescunque. C. de susceptoribus et arcauiis. Quòd si soluendo non sit, corpore punitur à præfecto Urbis, tanquam inofficiosus, l. Slt. De in ius vocan. Hinc vulgò dicitur, Qui non habet in are, suat in corpore.

DE OFFICIO IUDICIS.

TITVLVS XVII.

¶ De officio iudicis in genere.

SVPEREST, vt de officio iudicis dispiciamus. Et quidem in primis illud obseruare debet iudex, ne aliter iudicet, quam legibus^v, aut constitutionibus, aut moribus^e proditum est.

¶ De iudicio noxali.

1 Ideo [que] si noxali iudicio aditus^d est: obseruare debet, vt si condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare, *Pu- blium Manium Lucio Titio in decem aureos conaemno, aut noxam dedere^e.*

¶ De actionibus realibus.

2 Etsi in rem actum sit coram iudice: siue contra petitorum iudicauerit, absolueret debet possessorem: siue contra possessorem, iubere ei debet, vt rem ipsam restituat^f cum fructibus^g. Sed si possessor neget in presenti se restituere posse, & sine frustratione^h vi-

^a *Expositio litigatorum actionibus, exceptionibus, cautionibus, penis, citationibus, &c. restat de terra persona, nempe iudice, eiusque officio norma, & regula iudicandi, agere.*
^b *Theophil. addit scriptis, fac. l. l. licitas. §. Veritas de offi. presid. l. Rē. C. de iudic. Arist. Rhe. ad Theod. Iudexne ex sua conscientia iudicare debeat,*

Vide not. in cap. si sacerdos. De offic. iud. ordin. Gell. lib. 14. c. 2.

^c *Theoph. habet, τῆν τῶν σοφῶν νομοθεσίαν.* ^d *Quidam legunt, addictus, & eladitus, ex l. Iudex. De iudic. nam Prator iudicem addicebat litigatoribus. Varro lib. 5. De ling. Lat. dixit, Addicere iudicium. Cont. Sed hoc parum Iustiniani temporibus conuenit, quibus impetrationes iam erant sublata.* *Wes.* ^e *Id est, ipsum corpus quod nocuit, est similis locutio, l. 1. De his qui deiec. l. Officium. l. qui restituere. ff. de rei vind. §. Fructus a. intelliguntur deductis impensis. l. 5. l. 11. C. de rei vind. l. 46. de sur. l. 36. §. Vlt. de per. her. l. 7. sol. matr. l. 38. de rei vind. ^h *Id est, mora. Theoph. habet, ἐδί ὑπερβολῶν. l. Si calustur. de verb. sign.**

debitur

debitur tempus restituendi causa petere, indulgendum est ei: ut tamen de litis aestimatione caueat cum fideiussore, si intra tempus, quod ei datum est, non restituerit. Et si hereditas petita sit, eadem circa fructus interueniunt^a, quae diximus interuenire de singularium rerum petitione. Illorum autem fructuum, quos culpa sua possessor non perceperit: siue illorum, quos perceperit: in utraque actione eadem ratio penè^b habetur, si praeo fuerit^c. Si verò bonae fidei possessor fuerit: non habetur ratio, neque consumptorum, neque non perceptorum. Post inchoatam autem petitionem^d, etiam illorum fructuum ratio habetur, qui culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumpti sunt^e.

¶ *De actione ad exhibendum.*

3 Si ad exhibendum actum fuerit, non sufficit, si exhibeat rem is, cum quo actum est: sed opus est, ut etiam rei causam^f debeat exhibere: id est, ut eam causam habeat actor, quam habiturus esset, si cum primùm ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset. Ideoq; si inter moras exhibendi vsucapta sit res à possessore: nihilominus condemnabitur. Præterea fructuum medij temporis, i. eius quod post exceptum ad exhibendum iudicium, ante rem iudicatam intercesserit, rationem habere debet iudex. Quod si neget reus, cum quo ad exhibendum actum est, in praesenti se exhibere posse, & tempus

^a *Vid. Const. Franc. Reg. an. 1539. De offi. iudi. in eunda rōe fructuum.*

^b *Fortassis hoc addit: quia in petitione hereditatis, iure actionis veniunt in rei vendicatione officio iudicis. A. C.*

^c *Id est, scilicet nullam habere se possidendi causam, inuasit tamen l. sed & si. §. Quod autē. de petit. hered.*

^d *Theo. Post litis cōtēstationē. d. l. sed & si. §. etiā.*

^e *Hunc locum explicare videtur Vlp. l. Iulianus. §. Quantū. D. ad exhib.*

^f *Vilitatē, & conditionē.*

[¶] *rei, omneq; emolumentum, quod ex re causatur. l. 35. & 75. De verb. sign. & Cum res non modo exhiberi sed restitui debet, Gab.*

^a Hoc est exhibiturum, ut paulo post ait, & est apud Paul. l. de eo. §. si iusta. D. ad exhib.

^b Id est, Tempore litis contestata.

^c † Delator iureiuran. do in litem. l. §. D. de in litem iuran.

^d Nempe Et fiat diuisio non sectione corporum, sed numero. Gabr.

^e §. Quada, §. de actio.

^f Et ea quide sunt praestatioes personales, Et in §. & l. i. j. I. C.

^g Et si non dum adita

sit ipsa hereditas: modò hic sciuerit hereditarium esse fundum, l. inter. §. fructus. ff. famil. ercis. G. ^h Imò & inter duos tantum ex pluribus, Et tamen aliis non obsit. l. 2. §. dubitandum. ff. ill. titul.

ⁱ Adiudicat rem iudex in iudicium deductam ex litigatoribus alteri. Abiudicat Verò, cui aufert.

exhibendi causa petat, idque sine frustratione postulare videatur: dari ei debet, ut tamen caueat se restitutum. quod si neque statim iussu iudicis rem exhibeat, neque postea exhibiturum se caueat: condemnandus sit in id, quod actoris intererat, si ab initio ^b res exhibita esset ^c †.

¶ Familia erciscunda.

4 Si familiae erciscundae iudicio actum sit: singulas res singulis heredibus ^d adiudicare debet. & si in alterius persona praegravare videatur adiudicatio: debet hunc inuicem coheredi certa pecunia (sicut iam dictum est ^e) condemnare. Eo quoque nomine ^f coheredi quisque suo condemnandus est, quod solus fructus hereditarij fundis perceperit, aut rem hereditariam corruperit, aut consumpserit. Quae quidem similiter inter plures quoque, quam duos ^b coheredes subsequuntur.

¶ Communi diuidundo.

5 Eadem interuenerunt, & si communi diuidundo de pluribus rebus actum sit. Quod si de vna re, veluti de fundo: si quidem iste fundus commodè regionibus diuisionem recipiat: partes eius singulis adiudicare ⁱ debet. & si vnus pars praegravare videbitur: is in-

vicem certa pecunia alteri condemnandus est. Quòd si commodè ^a diuidi non possit: [veluti si homo ^b] fortè, aut mulus erit, de quo actum sit: tunc totus vni adiudicandus est: & is inuicem alteri certa pecunia condemnandus est.

¶ *Finium regundorum.*

6 Si finium regundorum ^c actum fuerit, dispicere debet iudex, an necessaria sit adiudicatio. quæ sanè vno casu necessaria est, si euidentiorebus finibus distingui agros commodius sit ^d, quàm olim fuissent distincti. Nā tunc necesse est, ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicari ^e. quo casu conueniens est, vt is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoq; nomine condemnandus est quisq; hoc iudicio, quòd fortè circa fines aliquid malitiosè cōmisit: verbi gratia, quia lapides finales ^f furatus est, vel arbores finales excidit. Contumaciæ quoque nomine quisque eo iudicio condemnatur: veluti si quis iubente iudice metiri agros passus non fuerit.

¶ *De adiudicatione.*

7 Quod autem istis iudiciis ^h alicui adiudicatum fuerit: id statim eius fit, cui adiudicatum est ⁱ †.

de domin. & acquir. rerum. A. C. f Qui fines & terminos agrorum distinguunt. *g* Quanti in litem iuratum fuerit. *h* Tribus scilicet, Famil. ercisc. Commu. diuid. Fini. rezundo. Iustin. in legib. Georgicis. ⁱ † Nisi sit res aliena: tunc enim acquirit ius & succipiendo. l. 17. D. de & succap.

^a Ipso facto scilicet: nā aliquis homo iuris intelletu diuiditur cōmodissime.

^b Pro inclusis legitur in Vet. vel hominorū rectè.

^c Regere fines est dirigere & rectè delineare & consuetudine.

^d Resp. interest, distinctos esse terminos agrorū: Ovi. 2. Fast. de deo Termino,

Omnis erit sine te litigiosus ager.

^e Adiudicationem inter sex acquirēdumodis, rectè refert Vlp. in Fragm. titu.

DE PUBLICIS IUDICIIS^a.

TITVLVS XVIII.

¶ *Differentia à priuatis.*

^a *Publica iudicia inde nomē trahunt, quòd patēt omnibus. l. quantus. 2. C. ad l. Iul. de adulter. l. Lege Cornelia testamē. D. ad leg. Cornel. de Fal. Eadem ratione popularia iudicia sunt publica. l. eum qui. §. in popularibus.*

PUBLICA iudicia neque per actiones ordinantur^b, neque omnino quicquam simile habēt cum ceteris iudiciis^c, de quibus loquuti sumus: magnaque diuersitas eorum est & in instituendo, & in exercendo.

¶ *Etymologia.*

1 Publica autem dicta sunt, quòd cuius ex populo exequutio^d eorum plerunque^e datur.

¶ *Diuisio.*

2 Publicorum iudiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia. Capitalia^f dicimus, quæ ultimo & supplicio afficiunt homines, vel etiam aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo. Cætera si quam infamiam irrogant cum damno pecuniario^h†: hæc publica quidem sunt, non tamen capitalia.

^b *Id est, per ordinarias*

actiones nō exercentur. c *Sive ex cōtractu, sive ex maleficio nascuntibus: nam hæc non ex maleficiis, sed ex criminibus nascuntur. G.*

^d *Id est, criminalis accusatio. l. Sitam. n. omnes. 7. de accus.* ^e *Nisi lege aliqua iudicio publico agere prohibeantur. l. 43. §. Senatus. De ritu nupt. l. 8. 9. De accus. Plerunque dixit proferē.*

^f *Vide l. 28. De pœnis. §* *Vltimum supplicium mortem interpretatur Cels. l. 21. de pœnis. Vide Duar. l. Dissp. cap. 35, 36, 37. ex l. 1. hoc sit. h*† *Vel corporali coercitione, l. 2. D. h. t.*

¶ *Exempla*

¶ *Exempla. De laſama-
ieſtate.*

3 Publica autem iudicia hæc ſunt: lex Iulia maiestatis, quæ^a† in eos, qui contra Imperatorem, vel rem publicam aliquid moliri ſunt^b†, ſuum vigorem extendit^c. Cuius pœna, anime amiſſionem ſuſtinet, & memoria rei etiam poſt mortem damnatur.

De adulteris.

4 Item lex Iulia^d de adulteriis coërcendis, quæ non ſolum temeratores^e alienarum nuptiarum gladio^f punit, ſed & eos, qui cum maſculis^g nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Iulia etiam ſtupri flagitium punitur, quum quis ſine vi vel virginem, vel viduam honeſtè viuentem ſuprauerit. Pœnam autem eadem lex irrogat ſtupratoribus^h, ſi honeſti ſunt, publicationem partis dimidiæⁱ bonorum: &† ſi humiles, corporis coërcitionem cum relegatione.

De adult. f Legis Iulia pœna relegatio fuit, quod igitur ait gladio, non eſt ex rogatione Iulia, ſed abrogatione. I. C. Nec tam ad legem Iuliam, quam ad Cōſtantini referenda eſt, quæ eidem adiecta eſt. l. *quannus*. §. *ſt. C. ad leg. Iul. de adult.* §. l. *Cum vir. C. ad leg. Iul. de adult.* Lata fuerat prius lex *Scantinia*, Iuuen. 2. *Satyr.* *Sueton. in Domit. c. 8.* *Cicer. 5. Philip.* & *Quintil. lib. 4. c. 2. Nou. ll. 78.* ^h *Vet. & Theoph. leg. peccatorib. τῶ τοιαῦτα πλῆμμελῆς αὐτῆ.* & §. *item lex Iul. i. de vir. j.* habet peccatores. ⁱ Lex Attica ita multabat, ſt vel duceret ſtuprator, ſt vel dotaret puellam. Lex Moſaica, ſt vel dotaret, & ſimul duceret, *Deut. cap. 22.* ^h† *Quidam tamen grauius puniuntur: ut tutor, qui pupillam ſuam ſuprauit. l. vnic. C. ſi quis eam cu. tu. fu. corru. & mulier quæ cum ſervo ſuo ſe iunxit l. vnic. de mul. quæ ſe propr. ſer. iunx.*

^a† *Videl. ſt. D. ad l. Iul. maieſt.*

^b† *Etiam ſi non ſit ſecutus eſt. l. 5. C. ad l. Iul. maieſt.*

^c *Quidam Cod. oſtēdit.*

^d *P. uel. l. 5. vent. 111. 26.*

Lata eſt hæc ab Auguſt.

Vlp. l. 1. ad l. Iul. de adult.

Sueton. in Aug. ca. 34.

Corn. l. Tac. l. 2. Annal.

Ant. Aug. Emend. libro 3. cap. 8.

^e *l. Quannus. C. ad l. Iul.*

¶ *De sicariis.*

^a *Quid sit sica, docet Fa. lib. 10. c. 1.*

^b *† Non est lata, sed est correctafu*

^c *l. is qui. C. ad l. Cor. De sic. Cice. pro Rab.*

^d *Locus Caij extat in l. si caluitur.*

^e *233. De verb. signif. Quis vero fuerit hic Caius, notatum est §. in proa. §. Quas.*

^f *Nempe in hoc tractatu legis Cornel. De sicar.*

^g *Id est, procul, longè. Alij leg. significatum, ἀπὸ τοῦ τιλεῦ.*

^h *Rectius legitur tum ex Caio d. l. 233. (Unde hac ferè descripta sunt) tum ex Theoph. & Ant. Aug. Emend. libro 4. cap. 5.*

ⁱ *Xenophonte, quàm Xerolopho (ut Haloander) loco illo celebri Urbis Constantinop. in quo quidem pleraque erant venustissima scripta, qualia saepe citat Priscianus. Meminit Socrat. II. Histo. tripart. cap. 5. & Nicephorus. Verba subiecta Xenophontis esse agnoscuntur ex libro 5 ἀναβάσεως, quæ sic reddi possunt: Et huiusmodi tela simul ab eis ferebantur: lancea, spicula, funda: plurimi autem & lapides. Per se capita eorum inter saxa duo comminabant: Plutarchus in Artaxerxe. Vide leg. 12. Tab. § Plin. lib. 28. cap. 2.*

5 Item lex Cornelia de sicariis^a, quæ homicidas ultore ferro persequitur^b †, vel eos, qui hominis occidendi causâ cum telo ambulat^c. Telum autem (vt Caius noster^d ex interpretatione legum duodecim Tabularum scriptum reliquit) vulgò quidem id appellatur, quod arcu mittitur, sed & nunc omne significat, quod manu cuiusque iacitur: sequitur^e ergo, vt lignum, & lapis, & ferrum hoc nomine contineantur: dictum ab eo, quod in longinquum mittitur, à Græca voce τιλεῦ figuratum. Et sic hanc significationem inuenire possumus & in Græco nomine. nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant, ἀπὸ τῆ βάλειν. Admonent nos epigrammata in Xenophonte & urbis faustissimæ scripta^h: καὶ τὰ βέλη ὁμῶς ἐφέρετο, λόγχαι, πικρῆματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. Sicarij autem appellantur à sica, quod significat ferreum cultrum. Eadē lege & venefici capitale damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis,

^f *Id est, procul, longè. Alij leg. significatum, ἀπὸ τοῦ τιλεῦ.*

^g *Rectius legitur tum ex Caio d. l. 233. (Unde hac ferè descripta sunt) tum ex Theoph. & Ant. Aug. Emend. libro 4. cap. 5.*

^h *Xenophonte, quàm Xerolopho (ut Haloander) loco illo celebri Urbis Constantinop. in quo quidem pleraque erant venustissima scripta, qualia saepe citat Priscianus. Meminit Socrat. II. Histo. tripart. cap. 5. & Nicephorus. Verba subiecta Xenophontis esse agnoscuntur ex libro 5 ἀναβάσεως, quæ sic reddi possunt: Et huiusmodi tela simul ab eis ferebantur: lancea, spicula, funda: plurimi autem & lapides. Per se capita eorum inter saxa duo comminabant: Plutarchus in Artaxerxe. Vide leg. 12. Tab. § Plin. lib. 28. cap. 2.*

quàm

quàm fufurris magicis, homines occiderint, ^a *Malleolus primus Roma patrem interfecit.*
vel mala medicamenta publicè vendiderint.

De parricidiis.

6 Alia deinde lex asperimū crimen noua pœna persequitur, quæ Pompeia de parricidiis ^a vocatur. qua cauetur, vt si quis parentis, aut filij, aut omnino adfinitatis ^b† eius, quæ nuncupatione parentum ^c† continetur, fata præparauerit ^d (siue clàm, siue palàm id ausus fuerit) nè non is, cuius dolo malo id factum est, vel conscius criminis existit, licèt extraneus sit, pœna parricidij puniatur: & neque gladio, neque ignibus, neque vlli alij solenni pœnæ subijciatur, sed in fūtus culeo ^e cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus (secundum quod regionis qualitas tulerit) vel in vicinum mare, vel in amnem proijciatur: vt omnium elementorum vsu ^f viuus carere incipiat, & ei cælū superstiti, & terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione, vel adfinitate personas cõiunctas necauerit: pœnam legis Corneliæ de sicariis sustinebit.

De falsis.

7 Item lex Corneliæ de falsis, quæ etiam testamētaria vocatur, pœnam irrogat ei, qui testamentum, vel aliud instrumētum falsum scripserit, signauerit, recitauerit, subiecerit, vel signum ^b adulterinum fecerit, sculpsit,

Rosc. & Paul. lib. 5. Sent. tit. 23. & tit. 25. Põmp. l. 2. De orig. iur. author est Cornel. Sylla quæstiones publicas de falso constituisse

^b *Id est sigillum. Theophil. σφραγῖδα.*

^a *Martia. l. 1.* exprefferit sciens, dolo malo. Eiusque legis
 §. *Et hoc sit.* pœna in seruos, vltimum suppliciū est, quod
ad l. Cor. de etiam in lege de sicariis & veneficiis seruat
fal. addidit in liberos verò deportatio.
 bonorū pu-
 blicatio.

De vi.

^b *Iou. nian^o* 8 Item lex Iulia de vi publica seu priuata,
Imp. capitis aduersus eos exoritur, qui vim vel armatam
pur. rit. & o- vel sine armis commiserint. Sed si quidem
lust. qui sa- armata vis arguatur, deportatio ei ex lege lu-
eram & virgi- lia de vi publica irrogatur. si verò sine armis,
nem impu- in tertiam partem bonorum suorum publi-
dico asp. etu catio imponitur. Si autem per vim raptus
fuisse in- virginis, vel viduæ, vel sanctimonialis^b vel al-
tu. us. Hist. terius fuerit perpetratus: tunc & raptores^c,
E. clef. fac. t & ij, qui opem huic flagitio dederunt^d †, ca-
l. S. quis. . pite puniuntur, secundum nostræ constitu-
de episco. & tionis definitionem, ex qua hoc apertius pos-
cier. l. vni. sibile est scire.
De r. p. vir.
Novell. 145.
 § 150.

De peculatu.

^c *Veter. lib.* 9. Item lex Iulia peculatus^e eos punit, qui
 peccatores:
 §. *Et §. 2.* [publicam pecuniam, vel rem sacram^f,] vel
cod. tit. religiosam furati fuerint. Sed si quidem ipsi
^d † *Serui & e-* iudices tempore administrationis publicas
ro, qui mi- pecunias subtraxerint: capitali animaduer-
nisterium sione puniuntur: & non solum hi, sed etiam
probuerit, qui ministerium eis ad hoc exhibuerint, vel
concreman- qui subtractas ab his scientes susceperint. Alij
tur. l. & ca. verò, qui in hanc legem inciderint. pœnæ de-
 §. *sed & si* portationis subiugentur.
quis. C. De
rap. virg.

De plagiariis.

^e *Cic. in Ver.* 10 Est & inter publica iudicia lex Flauia
^f *Recti^o Ver.* lib. qui pecu-
 niam, vel rem publicam, vel sacram. ^g *Ex l. vnic. C. de crim. pecu.*

^a de plagiariis ^b †, quæ interdum capitæ pœnam ex sacris constitutionibus ^c † irrogat, interdum leuiorem.

De ambitu, repetundis, annona, residuis.

11 Sunt præterea publica iudicia, lex Iulia de ambitu ^d, lex Iulia repetundarum ^e, & lex Iulia de annona ^f, & lex Iulia de residuis ^g, quæ de certis capitulis loquuntur, & animæ quidem amissionem non irrogant: aliis autem pœnis eos subijciunt, qui præcepta earum neglexerint.

¶ *Excusatio.*

12 Sed de publicis iudiciis hæc exposuimus: ut vobis possibile sit summo digito, & quasi per indicem ^h ea tetigisse. alioqui diligentior eorum scientia vobis ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris Deo propitio aduentura est.

^a l. 1. §. 1. D. de l. Fa. de plag. Ex constitutionibus plerunque est pœna capitalis. l. 1. §. 1. eod. l. §. 1. C. eod. ^d Contra eos scilicet, qui pecuniam vel honorem vel magistratum ambiunt. Plat. De legibus.

^e Contra eum, qui accepit pecuniam, et iudicauit. ^f Contra eum, qui annonam vexauit. ^g Contra eos, qui cum pecuniis publicis tractarint, reliquatores sunt. l. 1. §. sequen. eo. Duar. 2. Disp. c. 26.

^h Id est, summatim. Theoph. οὐ τὸ μ. ὡς ἀδ' ὄρους. Cic. pro Calio. Summa enim tantum capita, non abstrusas quaestiones attigit. §. his igitur. De iust. Et in. supra Cuius. lib. obseruat. 5. cap. 25. Index aliud est, quàm Exemptum: index est ex latiore scripturae breuis subnotatio.

F I N I S.

^a Theophil. habet, Fabia. Cic. pro Rab. Non-dum satis constat, Fabiane an Flauia, aut Flauia legi de-beat. De ser-uo alieno surr. pro, §. de caput 24. Deut.

^b † *Qui πλάγιος, id est, dolose liberos homines, vel seruos alienos intercipiunt.*

^c † *Ex ipsa lege erat pœna pecuniaria.*

INDEX TITVLO- RVM INSTIT. IM- perialium.

<p style="text-align: center;"><i>A</i></p> <p>DE <i>Acquisitione per adrogationem, pag.</i> 248</p> <p><i>de Actionibus</i> 342</p> <p><i>de Ademptione legatorum, & translatione eorum</i> 179</p> <p><i>de Adoptionibus</i> 28</p> <p><i>de Adsignatione libertorum</i> 240</p> <p><i>de Attiliano tutore, & eo, qui ex lege Iulia & Titia dabatur</i> 49</p> <p><i>de Authoritate tutorum, vel curatorum</i> 51</p> <p style="text-align: center;"><i>B</i></p> <p><i>de Bonorum possessionibus</i> 241</p> <p style="text-align: center;"><i>C</i></p> <p><i>de Capitis deminutione</i> 43</p> <p><i>de Codicillis</i> 195</p>	<p><i>de Curatoribus</i> 55</p> <p style="text-align: center;"><i>D</i></p> <p><i>de Divisione stipulationum</i> 268</p> <p><i>de Donationibus</i> 106</p> <p><i>de Duobus reis stipulandi, & promittendi</i> 264</p> <p style="text-align: center;"><i>E</i></p> <p><i>de Emptione & venditione</i> 284</p> <p><i>de Eo, cui libertatis causa bona addicuntur</i> 250</p> <p><i>de Exceptionibus</i> 38</p> <p><i>de Excusationib. tutorum, vel curatorum</i> 59</p> <p><i>de Exheredatione libertorum</i> 131</p> <p style="text-align: center;"><i>F</i></p> <p><i>de Fideicommissariis hereditati-</i></p>
--	--

INDEX TIT. INSTIT.

<i>ditatibus, & ad S. C. Trebellianum</i>	183	<i>de Interdictis</i>	388
<i>de Fideiussoribus</i>	279	<i>de Inutilibus stipulationibus</i>	268
<i>de Fiduciaria tutela</i>	47	<i>de Iure naturali, gentium, & civili</i>	3
G		<i>de Iure personarum</i>	9
<i>de Gradibus cognationum</i>	227	<i>de Iustitia & iure</i>	1
H		L	
<i>de Heredibus instituendis</i>	137	<i>de Legatis</i>	161
<i>de Hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur</i>	198	<i>de Lege Aquilia</i>	327
<i>de Heredum qualitate & differentia</i>	156	<i>de Lege Falcidia</i>	180
<i>de His qui sui, vel alieni iuris sunt</i>	19	<i>de Lege Fusia Caninia tollenda</i>	18
I		<i>de Legitima adgnatorum successione</i>	211
<i>de Iis per quos agere possimus</i>	374	<i>de Legitima adgnatorum tutela</i>	42
<i>de Ingenuis</i>	10	<i>de Legitima parentum tutela</i>	47
<i>de Iniuriis</i>	334	<i>de Legitima patronorum tutela</i>	46
<i>de Inofficioso testamento</i>	153	<i>de Libertinis</i>	12
		<i>de Literarum obligationibus</i>	282
		<i>de Locatione & condu-</i>	

INDEX TIT. INSTIT.

<i>Etione</i>	289	<i>de Perpetuis & tempora-</i>
<i>M</i>		<i>libus actionibus, & qua</i>
<i>de Mandato</i>	297	<i>ad heredes & in here-</i>
<i>de Militari testamento</i>		<i>des transeunt</i>
125		379
<i>N</i>		<i>Per quas personas cuique</i>
		<i>acquiritur</i>
		114
<i>de Noxalibus actionibus</i>		<i>Per quas personas nobis</i>
369		<i>obligatio acquiritur</i>
<i>de Nuptiis</i>	22	306
<i>O</i>		<i>de Pœna temere litigan-</i>
		<i>tium</i>
		398
<i>de Obligationibus</i>	254	<i>de Publicis iudiciis</i>
<i>de Obligationibus ex con-</i>		403
<i>sensu</i>	283	<i>de Pupillari substitutione</i>
<i>de Obligationibus quæ qua-</i>		145
<i>si ex contractu nascun-</i>		
<i>tur</i>	302	<i>Q</i>
<i>de Obligationibus quæ ex</i>		<i>Qui & ex quibus causis</i>
<i>delicto nascuntur</i>	313	<i>manumittere non pos-</i>
<i>de Obligationibus quæ ex</i>		<i>sunt</i>
<i>quasi delicto nascuntur</i>		14
340		<i>Quibus alienare licet vel</i>
<i>de Officio iudicis</i>	398	<i>non</i>
		111
<i>P</i>		<i>Quibus modis ius patrie</i>
<i>de Patria potestate</i>	21	<i>soluitur</i>
		32
		<i>Quibus modis re contrahi-</i>
		<i>tur obligatio</i>
		256
		<i>Quibus modis testamenta</i>
		<i>infirmen-</i>


INDEX TIT. INSTIT.

<i>infirmantur</i>	150	<i>de Satisfactionibus</i>	375
<i>Quibus modis tollitur obligatio</i>	308	<i>de Senatusconsulto Orficiano</i>	223
<i>Quibus modis tutela finitur</i>	53	<i>de Senatusconsulto Tertuliano</i>	218
<i>Quibus non est permiffum facere testamentum</i>	128	<i>de Seruili cognatione</i>	231
<i>Qui testamētō tutores dari possunt</i>	40	<i>de Seruitutibus rusticorum & urbanorum praediorum</i>	93
<i>Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur</i>	364	<i>de Singulis rebus per fideicommissum relictis</i>	192
R		<i>Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur</i>	373
<i>de Rebus corporalibus & incorporalibus</i>	92	<i>de Societate</i>	294
<i>de Replicationibus</i>	386	<i>de stipulatione seruorum</i>	266
<i>de Rerum diuisione, & acquirendo ipsarum dominio</i>	69	<i>de Successione cognatorum</i>	224
S		<i>de Successione libertorum</i>	234
<i>de Satisfactione tutorum vel curatorum</i>	57	<i>de Successionibus sublatis, quae fiebant per bonorum venditiones, & ex Senatusconsulto Claudio</i>	253

INDEX TIT. INSTIT.

<i>de Suspectis tutoribus, vel curatoribus</i>	65	<i>de Vi bonorum raptorum</i>	324
T		<i>de Usucapionibus, & longi temporis prescriptioni- bus</i>	100
<i>de Testamentis ordinan- dis</i>	119	<i>de Usu & habitatione</i>	98
<i>de Tutelis</i>	38	<i>de Usufructu</i>	95
V		<i>de Vulgari substitutione</i>	143
<i>de Verborum obligationi- bus</i>	260		

FINIS.



BRE-

*INDEX EARVM RE-
RVM POTISSIMVM QVAE
ad IIII. Institutionum Im-
perialium Libros ad-
notata sunt.*



A

A Cceptio personarum honestarum in quibusdā poenis	400	Actio redhibitoria, & rerum motorum	357
Acceptilatio quid	308	Actio tributoria	364
Acceptilatio quomodo Græcè fit	ibid.	Actio triticiaria	ibid.
Acquirendi dominij aut possess. modi	114	Actio Publiciana	346
Acquiritur possessio vt & proprietatis	116	Actio rescissoria vel restitutoria	ibid.
Acquiruntur res vniuersæ quatuor modis	118	Actio Pauliana	ibid.
Acquisitio per occupationem	73	Actio rei persecutoria	350
Acquisitio per alluionem	77	Actio mixta	352
Acquisitio per ius adcrendi	150	Actio Seruiana & hypothecaria	347
Acquisitio per accessionem	79	Actio receptitia	ibid.
Acquisitio per traditionem	89	Actio præiudicialis	349
Acquisitio per adrogationem	249	Actio pœnalis	ibid.
Actio quid vulgò dicatur	153	Actio noxalis 369. aduersus quos, & quibus detur 371. in seruos tantùm proponitur	372
Actionis definitio	342	Actio perpetua & temporalis	379
Actio directa quid	303	Actio exercitoria	346
Actio contraria	ibid.	Actio institoria	ibid.
Actio negatoria	344	Actio quod iussu	ibid.
Actio arbitraria	357	Actio de constituta pecunia	348
		Actio de peculio	ibid.
		Actio in factum ad instar legis Aquiliæ	333
		Actio de in rem verso	366

INDEX RERVM INST.

Actio iniuriarum dissimulatione tolitur 340	Adgnatus proximus 211
Actio ex stipulatu 355	Adgnati qui sint 154
Actio ex stipulatu propriè quæ di- catur 260	Adgnationis lex gradus, vt & co- gnationis 231
Actio rupti 332. ex mandato 300	Adiudicare & abiudicare quid dif- ferant 401
Actio in factum 381	Adoptio duobus casibus filios fa- cit 28
Actio de moribus ibid.	Adoptio ex principali rescripto, dum Roma libera fuit, coram populo fiebat comitiis curiatis 28
Actio in rem, propriè vindicatio 349	Adoptio naturæ imago 30
Actio in personam, cōdictio, ibid. exceptione labefactatur, ac sus- penditur 386	Adoptare qui possint ibid. & Ado- ptari qui possint ibid.
Actiones personales 163. bonæ fidei & stricti iuris 355. quæ in- ficiatione duplicantur ibid. quibus solidum persequimur 362	Adrogatio & adoptio species pa- tri e potestatis 28
Actiones vtilis competunt in fi- dei commissarium, & contra 185	Adrogandi impuberis ratio 29
Actionis & interdicti discrimen 389	Adrogati iura ibid.
Actionis subsidiariæ origo 61. aduersus quos detur ibid.	Adrogationis & adoptionis com- munia 31
Actionis diuisio absurda in nati- uam & datiuam 380	Adsignare libertum quid 240
Actionum summa diuisio 344	Aduersarius ante omnia in ius vo- candus 397
Actionum ordo 81	Æs alienum extra bona defuncti 182
Actor & reus iurare debent de ca- lumniâ 396	Ædilitium ius, aut Tribunitium, portio iuris honorarij 7
Actor municipiorum aut corpo- rum 377	Æditui qui ædes tuentur 39
Actus & viæ differentiæ 93	Æstimatio nulla est corporis li- beri 341
Ademptio legatorum contrariis verbis facta 197	Ætiologia 288
Adgnationis & cognationis ius 42	Agri de iniuria ciuilitate & crimi- naliter posse 339
	Agrorum definitio 72
	Adgnatorum definitio imperfe- cta 42
	Album Prætorum quid 349
	Alienus posthumus quis 241
	Alieni

INDEX RERVM INST.

Alieni facti promissio inutilis: pro- prij utilis	270	Assis diuisio in xij. vncias	140
Alienare quid	292	Assis tot viciæ, quot testator vo- luerit	ibid.
Alienare neque pupillus neq; pu- pilla possunt	208	Attica lex in adulteros	404
Aliquid est nora rei particularis	105	Attilianus tutor	49
Aliud pro alio petenti quomodo succurratur	361	Augusti felicitas, & Traiani boni- tas	129
Allusio ad Interdicti nomen	405	Aureus quid	237
Ambitus	423	Authoritatis etymologia	51
το ἀνάλογον	1	B	
Anastasianâ lex	225	βέλος, ἐπὸ τῆ βάραν	404
Ancillæ, Vernæ	9	Bes quid sit, & eius nota	140
Animalia quæ gregatim propriè pasci dicuntur	328	Bona instantia	395
Ἄνομία	335	Bonæ fidei emptor quis	101
Ἄντίφερον	109	Bonorum emptio quæ fuerit	253
Antiquorum prudentium alter- cationes	318	Bonorum possessiones ex testa- mento 243. cur introducæ ibid. & vnde vir & vxor	245
Ἀπόλιδες, Vlp.	33	Bonorum possessio vnde cognati ibid.	
Apum fera natura	75	Bona fides in emptione & vendi- tione quo tempore requirun- tur	101
Aquæ haustus, pecoris ad aquam appulsus, videntur esse seruitu- tes personales, non reales	94	Bos cornupeta	373
Aqua profluens	70	βέλομαι	282
Aquila lex	327	Byzantium agri	291
Aquiliana stipulatio	309	C	
Aquilius legis Aquiliæ author quis fuerit	339	Cæci cûratores esse possunt	56
Aristotelis lib 7. περὶ ζώων ἰσορίας, locus	55	Cælum, pro aere	3
Armorum appellatone quid cõ- tineatur	393	Calculus impensarum	396
Arrha, τὰρὰ τὸ ἀρράγες 285. quid Varroni	ibid.	Campanum vinum	360
Aspis ad ymbram exurgit	319	Caput, & κεφάλαιον	332
Ascensus in Capitolium	262	Capitis deminutio	43
Affertor pro libertate agit	374	καρακτήρ	121
		καρωνιανός quis	149

INDEX R E R V M I N S T.

κατοχή	246	Conceptus pro iam nato quando	
Causſa cadere	358	habeatur	203
Causſa pro modo	359	Concurſus actionis inſtitutoriæ &	
Cautio iuratoria, <i>διομωσία</i>	377	exercitoria	367
Cautionem qui præſtent	57	Conditio incerta an differat obli-	
Centenarius libertus	237	gationem	263
Ciuilis & naturalis quid	22	Condicere quid	350
Ciuitati redditi	34	Condictio aduerſus furem	324
Codicilli quam ſolemnitatem de-		Condictio crediti, vel indebiti	
ſiderent	169	112	
Codicillorum definitio	195	Condictitia lex	354
Codicillos quis facere non poſſit		Conditionis, Si in Capitolium ad-	
196		ſcenderis, origo	262
Codicilli quot teſtes requirant		Conducere quid	289
197		Conſinium quid	85
Codicillorum iuris quis primus		Cõfuſio aut permixtione aut fer-	
author	ibid.	ruminatione	81
Codicillos plures quis facere po-		Coniunctio indiuidua quæ ſit	21
teſt	297	Conſanguinitas actionis ſpecies	
Cælo capi, & cælo naſci	73	154	
Cognati & adgnati quid differunt		Conſilij non fraudulentæ nulla eſt	
226		obligatio	299
Cognitionis ius perit, nõ cogna-		Conſilium cur non eſt obligato-	
tio	47	rium	ibid.
Cognatio ſeruilis	231	Conſobrini qui, & vnde	212
Cognitionum gradus	227	Conſobrinorum nuptiæ lege pri-	
<i>κοινωνία</i>	294	mum Moſaica permiſſæ, & iu-	
<i>κοινοπραξία</i>	ibid.	re ciuili	27
Color, prætextus, titulus	135	Conſortium	232
Colonus quid differat ab inquil-		Conſtantinopolis	379
no	347	Conſules & Patricij	339
Coloni & fruſtuarij differentiæ		Conſumi inappropriè nummi di-	
quædam	87	cuntur	112
Columnis & marmoribus quid		Continui dies, vtilibus opponun-	
veteres ſignificabant	170	tur	248
Commercium quid	164	Contra, quid ſignificet	303
Communia quæ ſint	70	Contractus, <i>συνάλλαγμα</i>	52
Compensationes, cur <i>ἀντιλόγους</i>		Contubernium	232
vocet Theoph.	356	Contumelia	334

Cornelia

INDEX RERVM INSTIT.

Cornelia lex de falsis	306	Deportati. <i>Ἰπ. ἀπόλιδες</i>	33
Cornelia lex de iniuriis	338	Depositarius doli tantum nomine tenetur	259
Cornelia lex de sicariis	306	Deportatio quasi mors dicitur	33
Creditori pignus vendere licere, si pecunia non solvatur	112	<i>ἀεσότηεια γυμνή</i>	69
Creditur, pro notum ac perspicuum est	123	Detenta ab alio vi vel aliter	76
Crimen	313	Deunx quid sit & eius nota	140
Crimen, <i>κατηγορία</i>	65	Dextans quid sit & eius nota	ibid.
ob Culpam damnatus an sit infamis	66	Dies vtilis, qui	247
Culpa, <i>ἀδίκημα</i>	335	Dies continui vtilibus opponuntur	ibid.
Culpa ad exactissimam diligentiam non dirigitur	397	Directa actio domino, vtilis non domino competit	85
Cura, plus est quam cultura	82	Dispensator seruus quis	301
Curator, <i>λευκαντεύς</i> , siue <i>πλύτης</i>	290	Disputationes verbosæ	364
Curator testamento non datur	56	Dissolutis nuptiis, distrahitur affinitas	25
Datur cæco	55	Diuales constitutiones	326
Curatores non sunt legitimi, sed honorarij	ibid.	Diuisio & distinctio	307
		Diuisio fit nō sectione bonorum, sed numero	399
D		Dodrans quid sit & eius nota	140
Damnum iniuria datū quomodo à pauperie differat	327	Dodrans quid	180
Datio, pro pecunia olim proprie dicebatur	260	Domestici, <i>οικειακοί</i>	157
Datius tutor	48	Dominica pars	307
Debitorem, aut creditorem, tutorem fieri prohibitum	53	Domini interest rem suam saluam esse	321
Dediticij, cur sic vocati	13	Dominij acquirendi modi	73
De duabus vxorib. ducendis lex Valentiniani	25	Domus quomodo accipiatur	338
Defendi vxores à viris, non e contra	336	Donatio propter nuptias	108
Delictum	313	constante matrimonio Doti debet respondere	109
Depasci	373	Donatio mortis causa, & non mortis causa	106
Deponentis gratia fit depositum		Donationes inter viuos	107

INDEX RERVM INSTIT.

Donationis mortis causa & legati præcipua differentia	107	Exceptionum vsùm varietas negotiorum introduxit	386
Donatio ultra quingentos solidos, an sit omnino inutilis	108	Exercitor navis quis sit	342
Donatio acquirendi modus civilis non iuris gentium	107	Exhereditatio liberorum, vel institutio, præcipua testamenti	131. Posthumerum 133. Emancipatorum, & Adoptiuorum
Dos dicitur relegari	168		134, & 135
Dos sine iusto matrimonio esse non potest	26	Extranei definitio	149
Dupondium, 24. vnciæ	142	Extranei heredes	158
Duplum & quadruplũ in actione furti	324	Extrinfecus parantur nobis, quæ labore nostro acquiruntur	249
Duũm viri	50		

E

Ἐκδικοὶ τῶν πόλεων	59
Eius est commodum, cuius & periculum	288
Ἐμαγκιπᾶτοι, Theoph.	158
Emancipationis definitio	38
Emptio, & venditio	284
Emptio sine pretio esse nõ potest	285
Epistola D. Adriani	279
Equus calcitrosus	373
Equorum quadrigæ quid	331
Exciscere, pro diuidere	352
Extum, scitum	ibid.
Examen quid	75
Exceptio 373. Civilis & temporalis 383. De errore 381. Doli mali ibid. Iurisiurandi 383. Non numeratæ pecuniæ 324. Pacti conuenti 325. Perpetua, Preemptoria & Dilatoria	385
Exceptiones personis quibusdam cohærent	387

F

Factum vectorum in actione ex quasi maleficio	342
Falcidia lex	180
Falcidia lege quantum legare liceat	181
Familia, quid	352
Familia significatione vetusta turbam seruorum significat	18
Feruor	373
Fideiubendi forma	279
Fideiussor etiam Græcè quomodo accipiatur	281
Fideiussores	279
Fideicommissorum primus author Lentulus	195
Fideicommissa singularia, & vniuersalia quæ sint	192
Fideicommissarius vniuersalis pro herede habetur	123
Fideicommissi & legati differentia	163
Fiducia contracta	218
Fiduciaria tutela	47
Filia	

Filia etiam nuptui data in pater-
na semper residet potestate
218

Filij peregrinantes 143

Flavia lex de plagiariis 407

Fœmina citius quàm mas tutela
liberatur: non item curatione
53. Olim in perpetua tutela
continebatur ibid.

Fœminæ quo casu adoptent 32.
In potestate liberos non ha-
bent 158

Fœminis impensè fauet Iustin.
135

Fraus duplex 346

Fructus percipere 87

Fructuarij & coloni differentia
quædam 87

Fullo 290

Fundi & loci descriptio 103

Funeris impêsa quid 182. Et caus-
sa cur fauorabilis ibid.

Furia lex 180

Furiosus 272

Fur manifestus, ἐπ' ἀποφώρω
315

Furti diuisio ibid. Definitio ibid.
Manifesti pœna 317. Nomine
in seruos grauius quàm in li-
beris animaduertitur 326. A-
ctio quibus competit 321

Furtiua res vsucapi potest 103

Furtum vnde dictum 315

Furtum, ἀπὸ τῆς φέρειν ibid.

Furtum quàm variis modis com-
mittatur 317

Furtum oblatum 316

Furtum concipere ibid.

Furtum, etiam in re modica

76, & 326

Furtum, ex affectu furandi 325

Furtum liberi hominis 319

Furtum etiam rei suæ committi
posse ibid.

Furti tenetur etiam impubes 325

Furtiuæ quæstiones cum lance &
licio 316

Fusia Caninia lex 18

Fusiæ legis Ratio 18

G

Gallinæ, & anseres & sues 76

Gemmarum & lapillorū discri-
men 77

γένεσις 212

Genera eorum qui testantur
131

Gradus, pro ordine 227

Graduum cognationis cur ne-
cessaria expositio ibid.

Græcæ phrasæ 295

H

Habitatio ab vsu & vsufruct. di-
uersa 99

Habitatio morte finitur, exem-
plo vsus & vsufruct. ibid.

Habitatio quid ibid.

Habitatio in facto potius quàm
in iure consistit 99

Habitatio quid significet ibid.

Habitatio nomen iuris 100

Heredes instituere quid 137

Heredes qui institui possint ibid.

Heredes sui & necessarij qui sint

INDEX RERVM INSTIT.

Heredis etymologia	161	Infamia temere litigantiū	369
Hereditas quomodo acquiritur vel omittitur	ibid.	Infantiæ proximus	273
Hereditas quomodo diuidatur.		Infirmari quid	146
140. Recusatur	186	<i>Infirmant</i> , abusuè pro tollunt	
Hereditas seruo relicta quando domino acquiratur	176	263	
Hereditatem captare. 296. Onere rare, exhaurire, & delibare quid	181	Ingenuus quis	10
Hereditatū duplex conditio	118	Iniquum cur de periurio quæri	
Heredum triplex differentia	156	382	
Homeri locus	107.	Iniquitas, & ἀνομία	335
Homeri versuum interpretatio ex Iliad. n	286	Iniuria quid 335. Æstimatur secundum dignitatem	338
Hominum tria genera ex iure gentium	11	Quomodo committatur 335, & 328	
Honesti definitio	2	Iniuriæ atrocis æstimatio	338
Hostilia lex	374	Iniuriam atrocem locus vulneris facit	339
Hypotheca quid comprehendat		Iniustitia, ἀδίκη	335
346		Inofficiosi testamenti querela	
		153	
I		Institutus heres seruus, censetur libertate donatus	16
Ignorantia probabilis nemini fraudi esse debet	301	Institutionem inutile ignorantia testantis non facit	143
Ima cera in testamentis quid	147	Institutio heredis caput testamē- ti	184
Immisionis & Additionis discri- men	159	Infidiis expositi pupilli	147
Imperitia culpæ adnumeratur		Interdicta Vti possidetis, & Vtru- bī 391, & Vnde vi	393
330		Interdicti formula	388
Imperiales Codicilli qui	196	Interdictorum diuisio	389
In etymologiis concessum diui- nare	260	Interdicere quid antiquitus ibid.	
In rem verti quid fit	3	Intestatus 42. Dicitur quatuor modis 299. Qui nullum fecit testamentum	206
in Semestribus	60	Inuasiones de rebus immobilib. propriè dici	326
Incertus constitutus quid	223	Inutiles stipulationes propter per- sonam 272. Propter rem in sti- pulationum deductam. 265. Pro- pter	
Incorporalium rerum genera			
90			

INDEX RERUM INSTIT.

pter formam 271. Propter ab-
 sentiam contrahentium 274.
 Propter dissensum, vel turpem
 causam 278
 Italica prædia 89
 Itineris & Actus discrimen 93
 Iudex imperitus quomodo litem
 suam facit 339
 Iudex an ex sua conscientia iudi-
 care debeat 398
 Iudicia ordinaria, & extraordi-
 naria 254
 Iudicatum solui 375
 Iulia lex de adulteriis 403
 De peculatu 406. Repetunda-
 rum 407
 Iunia lex 13
 Iurare per salutem principis 184
 Iurare de calumnia, id est, ὅτι οὐ
 κατὰ συκοφαντίαν ἐπάγει τὸν
 ὄρκον 191
 Iura sanguinis 205
 Iura condere, νομοθετεῖν κατὰ
 πρῶτον, καὶ ἀπόκρισιν 7
 Iuris definitio, ex Theoph. 38
 Iurisdictio prætoria quid 268
 Iuris gentiū & ciuilis distinctio 5.
 Naturalis & ciuilis discriminē 8.
 Scripti & nō scripti origo ibid.
 Iuris generalis diuisio ibid.
 Iuris gentium quæ dicantur 70
 Ius naturale & gentium partes
 Iuris Romani 2
 Ius calce coquendæ, & arenæ fo-
 diendæ, videntur esse seruitu-
 tes vrbanae, aut etiam perso-
 nales 94
 Ius accrescendi vnde dictū 132
 Ius gentium primæuum 73

Ius naturale 3
 Ius ciuile nunc quid 120
 Ius ad crescendi 166
 Ius deliberandi 159
 Ius ἐμφυτευτικόν, quod & ἐμβα-
 τευτικόν 291
 Ius perpetuariū & temporarium
 ibid.
 Ius ciuile in sex species diuisum 5
 Ius dominorum in seruos 19
 Ius dici quid 365
 Ius in bruta non cadit 3
 Ius iurandum, cur emplastrum æ-
 ris alieni 383
 Ius iurandum faciliè deferendum
 non esse 395
 Iusti definitio 1
 Iustus quis dicatur 1

L

Lacedæmonij ius obseruabant
 ἄγραφον: Athenienses verò
 σύγγραφον 8
 Largianum S.C. 239
 Lapillorum & gemmarum dis-
 crimē 77
 Latini Iuniani, Vlpiano Colona-
 rij 14
 Legari quibus possit vel non, à
 pag. 179. ad 180
 Legari quæ res possunt, vel non. à
 pag. 164. ad 172
 Legata fideicommissis æquata 163
 Legata dos à marito 168
 Legata, τὰ ἐν διαθήκαις: Fideicō-
 missa, τὰ ἐν πίσει καταλιμ-
 πανόμυα ὑπὸ τῶ μέλλοντος τε-
 λουτῶν 194

INDEX RERVM INSTIT.

Legatæ rei alienatio	167	Legitimorum & adoptiuorum	
Legatarij electio	172	comparatio	32
Legatarius & heres nemo simul		Λέγω	282
176. Partarius	186	Leones mappa proritat	320
Legatarum rerum accessio	169	Lex xij. Tab.	38
Legata nō in testamento relicta		Liber pro filio	232
quomodo valeant	190	Liberalitas sua nemini damnosa	
Legati & mortis causa donationis præcipuæ differentia	106	esse debet	362
Legati testari possunt	131	Liberorum trium numerus excusat à legationibus	99
Legati & fideicommissi differentia	163	Liberos habere etiam dicitur qui vnam habet prolem	232
Legato falsa causa adiecta non nocet	175	Libertas, vindicta, censu, testamento	13
Legatorum conditionalium & pœnæ nomine differentia	179	Libertatis & seruitutis definitio	9
Legatorum & fideicommissorū natura eadem 206. Olim genera quatuor	162	Libertini qui	12
Legatum ab alio ad alium transferri potest 179. Ante heredis institutionem 177. Debitum creditori 168. Falsa demonstratione non perimi	175	Libertinorum vna omnium conditio	13
Legatum generale	172	Libertorum bona	235
Legatum optionis	ibid.	Literarum obligatio	282
Legatum peculium	171	Locare quid	289
Legatum pœnæ nomine	178	Locarium	ibid.
Legatum post mortem heredis	177	Locatio & conductio	ibid.
Legatum seruo heredis	176	Locatori quid competat	302
Leges anteriores, & principales constitutiones quid denotent	127		
Legitima quæ sit	155	M	
Legitimi adoptiuis opponuntur a pag. 179, ad 180.		Macedoniani S. C. Vespasianus author	399
Legitima patronorum tutela cur a l. 12. tab. inducta sit	46	Macedoniani S. C. faciendi causa	ibid.
		Macedonianum S. C.	364, 369
		Magister nauis	365
		Magistratus maiores & minores qui sint	59
		Maiestatis crimen	403
		Maiores summa minorem continent	300
		Maleficium	314

Mandati executio 300. Et forma quæ	302	Milites paganis opponuntur	126
Mandatum 297. Instar consilij		Militibus liberis libera testandi facultas	154
298. Nemo inuitus suscepit		Militibus solis ius testandi viuo patre	125
301. Quot modis contrahatur	297	Militum in testamentis priuilegij quis primus author. ibid.	
Manumissorum apud Lacedæmon. varia genera	13	Testamenta etiam nō scripta valent	124
Manumissio quid, & quo iure introducta	16	Minor pro pupillo	112
Manumissus in fraudem quis dicitur	15	Minores, rustici, & mulieres petitos consulant	125
Manumittendi modi varij	12	Minoribus lapsis causa cognita succurritur	358
Manumittere testamēto vel vindicta	110	Minoris xxv. annis consilium infirmum	159
Maritus iuris subtilitate dotis dominus: vxor verò re ipsa domina	111	Minus est post tempus dare	279
Masculorum habita ratio in lege Mosaica	209	Minus petenti quomodo succuratur	361
Mater cur filia pro dimidia, filio pro virili succedebat	219	Minus vtilitatis ἤτιον κέρδος	98
Mater patruum eiusque filium quando summouet	219	Missiles res	90
Maxima & media capitis minutio	44	μητέρα ἀδελφός, & μητέρα ἀδελφῆ	228
Media iuris prudentia quid intelligatur	214	Mosaica lex de adulteriis	404
Mediastinus	338	Mulier familiae suae & caput & finis est	208
Medici olim χερουργοί	329	Mutui & commodati differentia duplex	257
Medicus quando lege Aquilia tenetur	ibid.	Mutus quis dicatur	130
Mendacium dicere & mentiri quid differant	76	Mutus quando testari potest	131
Mendacium obesse, confessionē contra prodesse	355	N	
Miles, mutus, & surdus testamentum facere potest	127	Natalibus cur non officit manumissio	11
Militaria testamenta	ibid.	Naturales liberi	235
		Naturalis contractus	380
		Negotiorum gestor	364
		Negotiatio Vænaliitaria quæ dicitur	294

INDEX RERVM INSTIT.

Negotiorum gestio	303	uuntur 352. Subdiuisio earum	283
Nemo rei alienæ defensor idoneus sine satisfatione	376	Obligaciones ex delicto quatuor modis contrahi	314
Nepos Opiter quis	157	Obligacionis re contractæ quinque exempla 256, & 259. Tolendæ quatuor modi	309
Nerua filius	18	Obligationum ex q. contractu sex species	302, 303, 314
Nomen naturale quod dicatur	12	Officium pietatis quid	154
Nominati, id est, debitorum tituli	283	Officium iudicis	398
Nomina naturalia nulla sunt secundum Aristotelem	12	Oliuetum	315
Non æquè ἐκέτι	66	Omittere quid	137
Non minus valere quod scriptura, quàm quod voce significatur	282	Opera pro pecunia valet	295
Non vtique, ἐ πάντως, & non omnino	43	Operæ quid	248
Noxia pro pœna & pro culpa	370	Oportet, quid significet	309
Noxa, pro corpore quod nocuit	399. Pro maleficio 371	Orcinus, χαρῶνιανὸς cur vocatus	194

O

Obligatæ res, & pignoratæ	165
Obligatio quomodo acquiratur	307. Cur mater actionis 245.
Collitur nouatione	310
Obligatio naturalis an propriè obligatio dicatur	255
Obligatio naturalis an pariat actionem	ibid.
Obligatio, pro contractu. 5. & Ex quasi contractu	302
Obligaciones, quæ ex delicto nascuntur 313. Et quæ ex quasi delicto 340. Ex consensu 283. Quomodo contrahantur 284. Contraria voluntate dissol-	

P

Pacta cur nouissima seruanda, nõ priora	386
Pactum solam obligationem naturalè dissoluit ipso iure	382
Paganis liberis libera non est testandi facultas	154
Papia lege, adaucta iura patronorum	236
Papinianus	187
παρὰ νόμῳ	328
Parricida Rome quis primus fuerit	404
Parricidarum pœna	ibid.
Partitio quid	186, & 187
Partus	

INDEX RERVM INSTITUTE.

Partus ancillæ an sit in fructu 103	Pœna eorum qui contra legum præcepta coierint 26
πατράδελφος, & πατραδέλφῃ 228	Pœna honoraria 338
Patria potestas simpliciter est iu- ris gentium 21	Pœna temerè litigantium 395
Patrimonij & matrimonij signifi- catio 69	πολλὰ τῶν διαδικῶν ἰσότυπα, Theoph. 124
Patris filij; cur persona eadem censeatur 271	Politor, κναφεύς 290
Pauperes quid 327, & 373	Pompeia lex de parricidiis 404
Peccatum 314	Popularia iudicia 403
Pecorum appellatio 99	Possessio adipiscitur, retinetur, recuperatur 390
Peculium quid 348, 367. quotu- plex 114	Possessionis commoda 391
Peculium castrense ibid.	Possessio solo animo retinetur & amittitur: non verò acquiritur 392
Peculium quasi castrense ibid.	Possidere maiore parte quid sit 392
Peculium profectitium ibid.	Posthumus 174
Peculium aduentitium 115	Prædo quis 399
Pegasianum S.C. 186	Præfecti urbis officium 68
Pentio & reditus quomodo dif- ferant 291	Præfecti iurisdictio 49
Perduellionis reus, καθοσιώσιως ἔνεχοι 201	Præiudicium quid, Theophil. 349
Perfecta ætas quæ 51	Præposteræ stipulationes 275
Per lasciviam, κατὰ τρυφήν 320	Præposteratio ibid.
Permutatio species emptionis ex Homero 286	Præscriptis verbis, seu τῶν προγε- γραμμένων actio 291
Pertinax Imp. 152	Præstatio personalis 400
Petulantia, τρυφή 373	Prætexta quid 335
Φημί, in stipulat. 280	Pretium certum debet esse 282
Pignoris appellatione quid con- tineatur 347	Pretium in numerata pecunia consistere 286
Pij rescriptum 164	Prætor iuris civilis custos, & di- spensator 243
Plebisciti origo 6	Prætor verius ius prædicit, quàm dicit 365
Plus est statim aliquid dare 279	Prætoris officium 395
Plus 4. modis deberi 359	Prætoris annum imperiū 379
Plus petens quomodo punitur 357	Prætor tutelaris 50

INDEX RERVM INSTIT.

Prætorium ius cur honorarium dicatur	7	Qui nõ habet in ære, luat in corpore	398
Princeps legibus solutus non est	153	Quincunx quid fit, & eius nota	140
Principes in rebus statuendis cõ-filio prudentium vfi	159	Quod metus caussa	381
Principum placita quæ sint	5	Quoquo modo, quid	125
Pruiigna, quare sic dicta	25	R	
Prius de possessione quàm de proprietate quærendum	390	Raptor bonorum quis	325
Procuratoris institutio	374	Raptor rei suæ	325
Procurator ignorans constitui potest	375	Reclusus, pro oclusus	217
Procuratoris clausulæ	377	Regere fines	401
Proiectum quid	344	Rei qui dicantur	264
Promissoris & stipulatoris diuersa caussa	276	Reipub. interest distinctos esse terminis agros	387
Proximitatis nomine quid significetur	226	Rei vindicatio, aduersus possessorem	344
Proximitas pro cognatione	327	Religiosi loci faciendi ratio	72
Pubertas inspectione corporum æstimatur	53	Reliquatores	171
Publicari & in acta referri	108	Replicatio, duplicatio, triplicatio	386
Publica iudicia	402	Rerum vniuersarum & singularum differentia	161
Publici iudicij appellandi caussa ibid.		Rei dotalis dominium ciuile est mariti, naturale mulieris	111
Pudicitia	373	Res à fisco emptæ quomodo v- fucapiantur 104. Vniuersitatis, & nullius quæ sint	71
Pupilli inuicem non obligantur	52	Res mobilis à marito alienari potest	111
Pupillus iudicio caret	311	Restituere, pro exhibere	400
Purpura Tyria	360	Restitutio aut specialis aut generalis	34
Q		Rescriptum D. Marci	356
Quadrans quid, & eius nota	140	Responsa prudentum, sine scripto constare cur dicantur	5
Quantitas patrimonij quando spectetur	181	Reus stipulandi, credēdi, debēdi, satisfidandi, accipiendi	264
Quarta Falcidia	151	Reus	
Quasi, pro tanquam, ὡσανεί	349		

INDEX RERVM INSTIT.

Reus unde dicitur	ibid.	Serui verberibus conueniendi	
Ruptum, quomodo intelligatur	332		372
S		Seruitus iusta	117
Sabini sententia	300	Seruitutes an ex bonis sint	69
Sabinianorum & Proculianorum schola	79	Seruitutes per se neque in bonis neque extra bona	69
Sacræ res, quæ Deo dicatæ	71	Seruitus in genere est à iure gentium introducta	9
Saluarium interdictum	390	Seruorum iure ciuili nulla dignitas	336
Sarcinator	290	Seruum esse, & in seruitute diuersa	11
Satisfidendi mos vetus	375	Seruus communis	307
Satisfidendi mos iure nouo receptus	377	Seruus iure ciuili pro nullo habetur	311
Satisfidationis clausulæ	184	Seruus tutor relictus, tacite libertatem consequitur	39
Secta, pro disciplina	179	Sestertium centum millia, quot aureos efficiunt	236
Semis quid sit & eius nota	140	Sextans quid, & eius nota	140
Sententia iudicis de re certa esse debet	358	Sicarius, & sica	403
Separatim vox non est barbata	145	Simplicibus verbis, veteres vsi	257
Sequens, pro δευτέρα	255	Societas	295
Sequenda, vt sequens, dicebant veteres per qu.	ibid.	Societas morte soluitur	296. Et renuntiatione
Septunx quid sit & eius nota	140		ibid.
Serui à seruando	9	Societas vis & effectus	296
Serui cur mancipia dicti	ibid.	Solidus pro aureo	50, 399
Serui corruptor	318	Solidum quid	50
Serui modica castigatio permittitur	19	Solutio naturalis	308
Seruorum differentia	10	Soluto matrimonio seu μετὰ διάλυσιν τῆ γάμου, ex Theophil.	355
Serui ex persona dominorum relictè stipulantur	265	σφραγίς, quid	401
Serui fugitiui	101	Spondere, pro fideiubere	298
Serui olim quadrupedibus adæquati	327	Sportulæ	353
Seruus à domino adoptatus, libertatem nanciscitur	34	Stramenta	98
		στρατηγοί	50, 61
		Stipulum quid	260

INDEX RERVM INSTIT.

Stipulatio serui ex cuius persona valeat	265	Tenere & possidere quid differant	310
Stipulatio alteri facta	267	Tertyllianum S.C.	218
Stipulationes Iudiciales, & Prætoricæ	268	Testamenti etymologia	119
Stipulationum materia	264	Testamenti factio, quid	159
Stipulationū conuentionalium diuisio	261	Testamenti in scriptis solemnitas	120
Stipulationes olim inutiles, vtilis hodiē quæ sint	275	Testamenti potestas ab institutione	177
Suasio in legem conuersa	123	Testamenti infima pars, imaceradicta	147
Subscriptio approbat totum scriptum	284	Testamentorum olim duo genera 119. Et tertiū genus. ibid.	
Subscriptio, pro rescripto Principis	129	Qui facere possunt 129. Quomodo rumpitur 129, 150, 151, 152, 153. Secundo loco factum	150
Substitutus seruo instituto præfertur	43	Testamentum nuncupatiuum	124
Substitutiones	143, 144, 145	Testes in testamento qui adhibeantur	122
Sucessio ex æquis partibus	221	Testis in testamento patris filius emancipatus esse non potest	122
Suetonij error	253	Testimonium domesticum	123
Sui heredes	199, 200, 201	θεῖος	228
Suus heres quis dicatur	31	θεῖω	282
Surdus quando testari potest	130	θεῖβία, quid	258
Surrepti æterna authoritas esto, ex Gell.	102	Thesauri definitio	88
Supina, pro verbalibus	260	τιθῖς	229
συγκάθεδος, adfessor, collega.	56	Traditio sine causa non transfert dominium	89
Syndicus	374	Trelliani S.C. author	185
		Trellianica quarta detrahatur à fideicommissorum hereditate, vt & Falcidia à legatis	185
T		Trelliano S.C. quid cautum	185
Talionis pœna	337		
Taurum color rubicundus excipit	320		
Teli appellatione quid veniat	404		
Telum à Græca voce τηλοῦ.			
ibid.			

INDEX RERVM INSTITUTE.

Tribonianus, in l'rocem.	191	Veterum Rom. paupertas	337
Triens quid, & eius nota	140	Veteres, in his Instit. qui intelligantur	317
Tutelæ definitio & etymologia	38	Via & actus differentiæ	93
Tutela iure naturali introducta: quanuis sit iuris ciuilis §1. Legitima, quotuplex	47.	Via, iter & actum in se continet	53
Publicum munus	60	Via publica, βασιλική dicta	329
Tutela testamentaria & datiuæ permittitur	38	Viatores, executores litium	354
Tutela fiduciaria, legitima quomodo dicatur	47	Viatores cur sic appellati	ibid.
Tutela legitima dicitur dari	39	Vinetum	315
Tutelæ actio	67	Vinum spurcatum quid sit	332
Tutelæ munus	304	Vir vxori an condemnatur	362
Tutor ob ignorantiam literarum excusatur	62	Vis locationis & conductionis	380
Tutor fidelis & diligens, quanuis pauper, non remouendus	68	Vis maior, θεοῦ βία	258
Tutor suspectus	65	Vltimum supplicium, mors	402
Tutores quasi tutores	38.	Vncia quid, & eius nota	140
quibus & quomodo dentur	49	Voconia lex	180
Tutores suspecti	65, 66	Volo, pro mando: mando pro committo, sunt precaria, non imperatiua	194
Tutoris suspecti Remoti poena	65	Vfucapio, adiectio dominij	160
Tutorum & curatorum variæ excusationes	59, 60	Vfucapiendi ratio	101
		Vfucapionem iusta causa erroris non impedit	104
V		Vfucapionem non parit error falsæ causæ	104
Valetudo non omnis à tutela excusat	62	Vfus, Vfusfruct. ex persona æstimantur	100
Venditæ rei periculum & commodum	288	Vfusfr. quibus in rebus constituitur	94
Verna, οικογενής	175	Vfusfructus vestimentorum	ibid.
Veterum varius scribendi vsus	124	Vfusfructus quandoque dicitur seruitus quandoque non	166
		Vfusfructus quot modis finitur	97

INDEX RERVM INSTIT.

Vtilitatis nomen quid Iurecon-	Vxor à viro, & non contrà digni-
fultis	tatem accipit
301	336
Vulgò quæsitus	
226	
Vxor caussa dotis priuilegiata	Z
356	Zenoniana lex
	292

Finis Indicis Instit. Imp.



FRANCOFVRTI

Excudebat Ioannes Wechelus,
impensis Sigismundi
Feyerabendij.



ANNO SALVTIS M. D. LXXXIII.

IURIS
CIVILIS ROM.

**INITIA ET
PROGRESSVS.**

AD LEGES XII TABV-
larum breuis commentatio.

EX VLP IANI FRAGM.
Tituli XXIX selectis notis &
argumentis illustrati.

CAII EX VETER.
Iurisprudentiæ fragm. institu-
tionum libri duo.



FRANCOFVRTI AD MOENVM

Excudebat Ioannes Wechelus, impensis
Sigismundi Feyrabend.

M. D. LXXXIII.

IUSTINIANVS
NOV. CONSTIT.

XLVII.

Principia
Romanæ
Reipub.

SIVE quis ad vetustissima illa & PRIMA
Reipub. nostræ principia respiciat: Æ-
neas rex Troianus quædam nobis Reipub.
Initia dedit: & nos ab illo Æneadæ appel-
lamur. siue SECUNDA principia con-
templetur, quo planè tempore Romanorum
nomen inter homines emicuit, Reges ea in-
stituerunt Romulus & Numa: quorum al-
ter Urbem condidit, alter ipsam ordinavit,
ornavitq; legibus. siue etiam TERTIA
regij imperij proœmia capiat, nempe ma-
gnum illum Cæsarem Augustum* & Seue-
rum, inueniet sic quoque eum Reipubl. sta-
tum, qui nunc obtinet, atque utinam im-
mortalis iam inde euaderet, &c.

καὶ Ἀύγου-
στον καὶ Σε-
βαστον, Vul-
gar. Σεβή-
ρον. legit.





I. *Crispinus*

ANTIQUITATVM ROMANARVM STUDIO SIS.



QVAM grauter Pomponius, atque eleganter describat fontes Iuris ciuiliſ, & ſucceſſionem Prudentium, quamq̃ue diſtinctè legibus ſingulis Autorum nomina adſcribantur, teſtis eſt inſignis eius lex ſecunda de Origine Iu. teſtes etiam ſunt quinquaginta Pandectarum, & duodecim Cod. Iuſtiniani libri, ad eò enim prodeſt diligenter obſeruare & exquisitè tenere quibus authoribus & quo tempore leges Romanæ ſcriptæ ſint, vt citra eam cognitionem res ipſæ vtiliter percipi nequeant. Mutata enim per ſecula hominum conditio, mutatæ Ref-

*Caius in l. 1.
D. De orig.
Iur.*

*Institutio-
num editio.*

publicæ, diuerſas ſcribendi phraſes in-
uexerunt: quod Accuſſianis magnas
difficultates & perplexas ſæpenumero
attulit. Daturus itaque libros Inſtit. Im-
per. III. perpetuis notis ex optimis
quibuſque Interpretibus in uſum Iuris
ſtudioſorum ſelectis: commodum vi-
ſum eſt pro appendice ad eos libros,
addere quæ in primis cognitu neceſſa-
ria Iuriſconſ. omnes iudicant. Et quem-
admodum plerique antiquitates Ro-
manas diligenter collegerunt, ita ex i-
pſorū libris ea hoc *μεγέτερον* inferemus,
quæ potiffimū ad Ius ciuile, multa-
rumque legum interpretationem fa-
ciunt.

Ex Valen.
Forſtero. G.

Prima ad-
miniſtratio.
Ro.

Iuris Rom. ut varia fuerunt initia, ſic
& varij progressus. Prima in vrbe ad-
miniſtratio Regia fuit, quo tempore
plurimæ leges à Regibus latæ ſunt, pri-
ſcis illis temporibus accommodæ, à
noſtris verò alienæ: quippe quæ circa
Sacra ipſorum peragenda, Magiſtra-
tus conſtituendos, Patriam poteſta-
tem confirmandam, & alias exorien-
tis Reipublicæ neceſſarias res verſa-
bantur.

REGES ROMANI.

Anni ante Christum.	Numerus Regum.	Imperij Anni.	<i>Ex Oldend. Supput.</i>
871	ROMVLVS.	1	37
714	Numa Pompilius.	2	41
673	Tullus Hostilius.	3	32
641	Ancus Martius.	4	23
718	L. Tarquinius Priscus.	5	35
583	Seruius Tullius.	6	34
549	L. Tarquinius Superbus.	7	35

Eiectus Regno ob violatam à filio Sexto Tarquinio Lucretiæ pudicitiam. Tulit (vt Liuius inquit) Romana regia sceleris tragici exemplum, vt tædio Regum maturior veniret libertas, vltimumque regnum esset quod scelere partum esset.

I. MUTATIO.

Eiecto Regno nomine, duo statim Consules creati sunt: his omnia iura, omnia insignia regum data: legesq; regum in contemptum abiire. Iuris igitur statuendi potestas in Senatũ translata est: solus populus de capite ciuis Romani iudicium sibi retinuit, lenem coercionem Senatui reliquit.

Senatus-
consulta.

Ab eo itaque tempore ad Alexandrum imperatorem vsque, Senatusconsultis multum tribui coeptum est. Non enim tantum Senatus de ijs quae pertinebant ad Reip. maiestatem amplitudinemq; decernebat: verum auctoritatem suam, si priuatorum res postularent, interponebat.

I I. M V T A T I O.

Dictator
creatus, &
Magister e-
quitum.

Post deinde quia Publicolae lex Consulium sententias irritas faciebat, ne populi Romani iudicium accederet, permissa reis prouocatione ad plebem, Dictator constitutus est: ei duae seculae in terrorem additae. Et Magister Equitum adiunctus est: huic incumbere & ludorum faciendorum, feriarum, comitiorum, Senatus legendi, Reipublicae constituendae cura.

I I I. M V T A T I O.

Tribuni ple-
bis creati.

Quia vero plebs domi se carpi & opprimi a potentioribus, tutiorumque in bello quam in pace, inter hostes quam inter ciues libertatem esse experiebatur, facta secessione Tribunos sibi creauit, quos Consulibus opponeret.

horum

horum ea erat vis, eaque facultas, vt intercederent aduersus Magistratus potentiam, necnon dictatoris imperium. Præterea quoties oportere visum est, potestas fuit habēdi & dissoluendi Senatus, intercedendiq; . Hi deinde Tribuni plebem rogabant: quod plebs iu- Plebiscita. bebat, ratum firmūque erat: inde Plebiscita orta.

IIII. MUTATIO.

Paulò post quum magnæ sepe contentiones inter plebem Patrēque pro legibus ferendis essent, Tribuni finem certaminum facere polliciti sunt, si legumlatores & ex plebe & ex Patribus crearentur, qui leges communes vtrifque vtilēs ferrent, quibus Patres in legibus ferendis, non in latore assenserunt. Vnde, ne quis esset inuidiæ locus, leges extraneas habere placuit: missiq; legati Athenas, qui Solonis leges describerent, & aliarum Græciæ ciuitatum instituta, mores, iuraq; cognoscerent: creatiq; Decemviri sunt. Hi alla- Decemviri creati. tas leges Græcas in decem tabulis descriptas, publicè proposuerunt, additis

duabus, quæ leges Romanorum proprias continebant. inde corpus omnis Romani iuris. Quia verò læta principia eius magistratus nimium luxuriauere, eo citius lapsa res est. nam post biennium Decemviri ob Appij Claudij libidinẽ imperio abire iussi sunt: attulitq; Regibus, & Decemviris Rom. sola libido finem.

Decem tab.
duæ additæ.

*Præstantia
leg. xij. tab.*

*Titus Livi-
us lib. 3.*

*Cornelius
Tacitus lib.
3. Annaliũ.*

Duodecim verò illæ legum tabulæ concisa & planè admirabili breuitate nullis (vt ex iis quæ supersunt existimare licet) nisi prorsus necessariis verbis præscriptæ fuerunt. Quarum præstantiam non alienum erit magnorum quorundam virorum authoritate confirmare, elogiaq; proferre, in quibus illud primũ Liviij memorabile est: Hic, inquit, nunc quoque in hoc immenso aliarum super alias aceruatarum legum cumulo, fons omnis publici, priuatiq; est iuris.

TACITVS autem Legum omnium Iurisq; Romani originem ex vetere memoria repetens: Pulso, inquit, Tarquinio aduersum Patrum factiones multa populus parauit, tuendę libertatis &

tis & firmandæ concordia: creatique
 Decemviri, & accitis quæ vsquam e-
 gregia, compositę XII tabulæ: finis æ-
 qui iuris. nam secutæ leges, etsi aliquã-
 do in maleficos ex delicto, sæpius ta-
 men ex diffensione ordinum, & adipi-
 scendi honores, aut pellendi claros vi-
 ros, aliâq; ob praua, per vim latæ sunt.
 Cicero in libris de Orat. de his ipsis le-
 gibus sub persona Crassi disputans, ita
 loquitur, Siue quem hæc aliena studia
 delectant, plurima est in XII tab. anti-
 quitatis effigies: quod & verborum
 prisca vetustas cognoscitur: & actionũ
 genera quædam maiorum consuetu-
 dinem vitamque declarant: siue quis
 ciuilem scientiã contempletur, totam
 hanc descriptis omnibus ciuitatis vtili-
 tatibus, ac partibus, XII tabulis conti-
 neri videbitis: siue quẽ ista præpotens
 & gloriosa philosophia delectat, dicam
 audaciùs, hosce habet fontes omnium
 disputationum suarum, qui iure ciuili,
 & legibus cõtinentur. Fremant omnes
 licet: dicam quod sentio, bibliothecas
 me hercule omnium philosophorum
 vnus mihi videtur XII Tab. libellus, si

*Ciceronis
 præclarũ &
 magnificũ
 testimoniũ.*

quis legum fontes & capita viderit, & authoritatis pondere, & vtilitatis vbertate superare. Idem lib. de Legib. 2. Discēbamus, inquit, pueri Duodecim, vt carmen necessarium: quas iam nemo discit, &c.

*Consuetudo
Roma, & le-
ges XII. Tab.
adolescētes
ediscerent.*

HArum duodecim Tabul. fragmēta multifariam apud authores varios sparsa, ex optimis nostrę etatis scriptoribus ea potissimū huic Enchiridio inseruimus, quę ad explicationem Institutionū ac veram prisca Juris Antiquitatumque incognitarum in primis pertinere videntur.

Ausonius verò noto disticho significauit tripertitam harum duodecim Tabularum diuisionem fuisse: prima enim parte ius illud quod ad sacra pertinebat, comprehensum: altera ius publicum: tertia priuatum:

Ius triplex Tabule quod ter sanxere quaterne:

** Priuatū,
secundo loco
nominat,
Versus caus-
sa.*

Sacrum, Priuatum, Populi commune
quod vsquam est.*



DE IVRE SACRORVM EX LEGIBVS XII. TAB.

I *Ivos castè aduento, Pietatem adhibento, Opes amouento. Qui secus faxit, Deus ipse vindex erit.* Ex Oldend. & Riuall.

Cicero sic explicat: Castè iubet Lex adire deos, animo videlicet, in quo sunt omnia. Nec tollit castimoniam corporis: sed eam intelligi volebant. Adde quæ in hunc locum attulerunt Riual. & Oldendorpius.

Opes amouento] Ne sumptu Sacris adhibito, Paupertas, quæ illi cum primis placet, arceretur ab aditu eius.

Vindex erit] Præsentis pœnæ metu, inquit Cic. religio confirmari videtur.

2 *Separatim nemo habessit deos: nè venos, siue aduenas, nisi publicè adscitos, priuatim colunto.*

Ignotæ enim cerimonix confusionem habent religionum.

Publicè adscitos] Certè vt Romam Athe-

næus olim vocavit ἑπιπυλὸ τῆς οἰκουμένης, sic antea quidam ex Christianis scriptoribus appellarat ἑπιπυλὸ τῆς δεισιδαιμονίας.

3 *Constructa à Patribus delubra habento. Lucos in agris habento. Et Larium sedes.*

Lucos in agris habento] Christiani nunc ruri quoq; non luco, sed templis vtimur propter loci distantiam. cap. 111. de Eccles. ædif. vel repar. Oldend.

Larium sedes] Vide comment. Io. Lodoici Viuis in 11. cap. lib. 9. de Ciuit. Dei.

4 *Ritus familiae patriæq; seruantō.*

Ritus familia] Huc respexit Modestinus in l. 1. D. de ritu nup. dum inquit, Nuptiæ sunt coniunctio, &c.

Patriæq; seruantō] Interpretatur Cicero, & Oldend. Et si pleraque hæc fuerint impia, Oldend. tamen ea venustè ad forū nostrum exigit: imò ad formandos mores pertinere aliquatenus demonstrat.

5 *Sacræ priuata perpetua manento.*

Ex Cic. pro Muræna.

Huius legis extat testimonium apud Cic. in Orat. pro Muræna: vbi sic loquitur: Nam cum permulta præclarè legibus essent constituta, ea Iurisconsultorum ingeniis pleraq; corrupta ac deprauata sunt. Sacra interire illi noluerunt: horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt.

6 *Homi-*

6 *Hominem mortuum in vrbe ne ſepelito, néve vrito.*

Extat hæc lex totidem verbis apud Cicer. lib. de legib. 2. vbi ſic ſcribit, *Hominem mortuum* (inquit lex in XII) *in vrbe ne ſepelito, néve vrito.* Deinde legem ſic explanat: *In vrbe ſepeliri lex vetat: ſic decretum eſt à Pontificum collegio, non eſſe ius in loco publico fieri ſepulcrum: Statuit enim collegium locum publicum non potuiſſe priuata religione obligari. Seruius tamen in lib. Æn. 5. memoriæ prodidit, apud maiores (fortaſſis ante XII tab.) moris fuiſſe, vt qui mortuus eſſet, domum ſuam referretur. Vnde eſt apud Virg.*

Sedibus hunc refer antè ſuis, & conde ſepulcro.

Néve vrito] Credo (inquit Cicero) vel propter ignis periculum.

7 *Hoc plus ne facito.*

Hæc verba ſuperioris alicuius legis, quæ funerum & ſumptuum modum præſcribat, appendix ſunt: quaſi in eam ſententiam ſcripta lex eſſet, vt quum finem illis rebus præſcripſiſſet, tum hoc quaſi ſanctionis loco adſcriberet.

Cic. de Leg. lib. 2.

8 *Rogum aſciamepolito.*

Iubet lex è rudibus & impolitis lignis pyram confici: aſciam vetat adhiberi, quæ fabricorum materiariorum dolabra eſt, quibus

Cic. lib. 2. de Leg.

ad aspera ligna polienda vtuntur. Sumptus ergo superuacuos & inutiles à funeribus lex remouet.

9 *Mulieres genas ne radunto, nè ve lessum funeris ergo habento.*

Ex Cic. lib. 2.
de Leg.

Veteres XII. tab. interpretes Sext. Ælium, L. Acilium, nō satis intelligere se dixisse, quid esset *Lessus* sed suspicari, vestimenti aliquod genus funebris. L. verò Ælium arbitrari, *Lessum* esse quasi lugubrem eiulationem: vt vox ipsa significat: quod eò magis, inquit idē, iudico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat.

Plin. locus
lib. 11. cap. 7.

Degenis autem radendis] Plin. ita scribit: Infra oculos malæ homini tantum, quas prisci genas vocabant, XII. tabularum interdicto radi à feminis eas vetantes. Et Seruius in illud XII. Ænei. *Et roseas laniata genas*: Moris, inquit, fuerat, vt ante rogos humanus sanguis effunderetur vel captiuorū vel gladiatorum: quorum si fortè copia non fuisset, laniantes genas suum effundebāt cruorem, vt rogis illa imago restitueretur. Tamen sciendum cautum lege XII. tabularum, ne mulieres *carperent* faciem, his verbis: *Mulier faciem ne carpito.*

Plato lib. 12.
de legib.

Plato de Legibus, Fleri (inquit) mortuum iubere, aut vetare, absurdū est: plangere verò & voces ac lamenta extra ædes mittere, vetandum.

Ex Cic. lib. 2.
de leg.

10 *Homini mortuo ne ossa legito, quo post funus*

funus faciat: Extra quam si militia aut peregrè mortuus sit.

Legis sententia hæc fuit, vt posteaquam crematum corpus est, ossa è cineribus legantur, statimque loco proximo in terram condantur, ne si alium in locum sepeliendi causa deportarentur, luctus duplicaretur & sumptus.

Excipitur autem hac lege si quis aut in militia aut peregrè sit mortuus, vbi scilicet funus ei fieri non licuerit. tum enim neque luctus, neque sumptus augetur. Itaque in Pandectis, is sumptus funeris probatur, quum peregrè mortuus in suum transfertur. l. et si, 14. §. impensa, & l. Diui fratres, 39. D. de religiof. & sump.

11 *Vti seruilis vinctura omnisq; circumpotatio tolleretur.* *Ex Cic. cod. lib.*

Non omnis vinctura legibus tollitur. quandoquidem in Pandectis eorum sumptuum ratio probatur, qui in vnguento pro mortui corpore comparato, facti sunt. de religiof. & sump. fun. *L. Funeris. 37. D. de relig. & sump. fu.*

12 *Vt ine sumptuosa respersio fieret, nève murrata potio mortuo inderetur: nève longa corona, nève acerra adhiberentur.*

Quæ omnia extant eodem loco apud Ciceronem: vnde intelligitur moris fuisse, vt cadauer rogusve liquoribus quibusdam pretiosis perfunderetur.

*Eius apud
Festum sit
mentio.*

*Acerra
quid sit.*

Potionem murratam.] Ex murra confecta, atq; odoratam dici intelligitur: quem sumptum in mortuos fieri, lex vetat.

Postea sequitur, *neve acerra adhibeantur*, Quo verbo quid significetur, difficile dictu est. nam Festus cum acerram dixisset esse aram, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebantur: postea scribit alios putare arculam esse thurariam, scilicet ubi thus reponebant.

De aris potius accipiendum putat Hotom. ut scilicet veteret lex, aras quæ proximè sepulcra fierent, cum thure incensisq; odoribus obiri. præsertim cum ita continuo post apud Ovidium scriptum sit,

Nec dare thura libet, nil exorantia diuos.

*Ex Plin. lib.
21. cap. 3.
Ex Cic. lib. 2.*

13 *Qui coronam parit ipse pecuniave eius, virtutis ergo arguitur, ipsiq; mortuo parentibusq; eius dum intus positus erit, forisque fertur, sine fraude imposita esto.*

In Hotom.

Legis sententia videtur esse hæc, ut qui in ludis certaminibusque publicis coronam adeptus sit (quæ quidem præmium victoribus honoris causa propositum erat:) ei monimentum istud, quasi insigne suæ virtutis, relinqueretur.

Arguitur] Id est, corona illa sit argumento & indicio suæ virtutis. Verba autem hæc, *Ipsæ pecuniave eius:* non ad verbum *Arguitur* referenda putat Hotom. (quia corona illa neq; equis, neq; servis, vel vivis, vel mortuis dabatur:)

dabatur:) sed ad verbū *Parit*, quasi edictum esset: si quis aut per se, aut per seruos equosve suos coronam adeptus sit.

Pecunia nomine lex non equos tantum, sed & seruos comprehendit.

Vt quæ *corona* parta ab illis esset, ea domino æquè ac si per se ipse certando eam peperisset, honorem illum conciliaret.

14 *Vti plura funera ne uni fierent, nève lecti plures inferrentur.*

Ad minuendos sumptus, & mortuis & viuis inutiles, sine dubio pertinet. Nam, vt Seruius tradit, Apud maiores gloriosum fuerat quam plurimis lectis efferri. Ac tenuis quidè fortunæ homines capulis, siue pheretris eferrebantur: potentiores autem lectis. Itaque Sylla sex millia lectorum habuisse dicitur.

*Ex Cic. lib. 2.
de Leg.
Seruius Ho-
noratum.*

15 *Nève aurum addito: ast quoi auro dentes vindicti erunt, imo cum illo sepelire vrerève, sine fraude esto.*

Vetat lex sepulcris aurum iniici, quum apud antiquos cōsuetudo ferret, vt in rogam vnà cum mortuo pretiosa multa iniicerentur. id quod ex plerisque Virgilij locis, & Seruij in eum commentariis intelligitur.

Et *λεπτολογία* admirari licet: qui in tanta grauissimarum legum paucitate, de re tamè tenuissima, & quæ rarissimè vsu venit, sciendum aliquid putarunt: quum tamen (vt Pomponius noster admonet) iura constitui oporteat, sicuti Theophrastus dixit, in his

quæ ὅτι τὸ πλεῖστον accidunt, non quæ ἐκ παραλόγου. nisi fortè illud est, quod & Plutarchus & alij testantur, Romanos in rebus ad sacra & religionem pertinentibus, quales deorum manium fuerunt, mirabiliter anxios, & ad summam superstitionem adductos fuisse.

Ex Cic. lib.
de Legib. 2.

16 Rogum bustumve nouum ne propius
ades alienas LX. pedes inuito domino, aditico:
ne ue forum sepulcri bustumve vsucapito:

Pyra.

Pyra, inquit Seruius est lignorum congeries:

Rogus.

Rogus, cum ardere cœperit dicitur:

Bustum.

Bustum verò iam exustum vocatur, quasi beneustum:

Bustum tamen pro sepulcro in quo humatus quis est, à lege vsurpari, vel hoc argumento est: primum quòd quò de loci intervallo caueat, aliud esse Rogum demonstrat, aliud Bustum, siue πυρρον. vide l. 6. D. finium regund. Atque vt in rogis incendium lex vereretur (quod Tullius annotauit) sic in bustis tetrum cadauerum odorè & aëris pestilentiam cauere oportuit, vide l. 3. D. de mort. inf.

Altero capite lex cauet, ne forum sepulcri bustumve vsucapiliceat.

Forū quid.

Festus Antiquos id *forum* appellasse tradit, quod nunc vestibulum sepulcri dici solet. Ac de vestibulo quidem ambituque sepulcrorum legis ratio perspicua est: vt scilicet potestas esset heredibus iusta quotannis ad sepulcrum fieri.

Cicero

Cicero Philip.9. Maiores, inquit, nostri statuas multis decreuerunt: sepulcra paucis. Sed statue intereunt, tempestate, vi, vetustate: sepulcrorum autem sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moueri neq; deleri potest.

*De sepulc.
cris.*

DE IVRE PVBLICO Legis XII Tabularum.

*Ex Cic. lib.3.
de legib.*

Priuilegia ne irroganto. De capite ciuis, nisi per maximum comitiatum neferunto.

HAS duas leges ex XII tab. nostris Cicero in legum suarum ordinem retulit, lib. de Legib. III. de iisque aliquantò post ita scribit: Tum leges præclarissimæ de XII. tab. tralatæ duæ: quarum altera priuilegia tollit: altera de capite ciuis rogari, nisi maximo comitiatu, vetat: nondum inuentis seditiosis Tribunis pl. In priuatos homines leges ferri noluerunt. id est enim priuilegium: quo quid est iniustius? quum legis hæc vis sit, scitum esse & iussum in omnes: ferri de singulis, nisi centuriatis comitiis, noluerunt. Descriptus enim populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad suffragium consilij, quàm fuisse in Tribus conuocatus. Cic. in Orat. pro domo: Vetant leges sacratæ, vetant XI. tab. leges priuatis hominibus irrogari: id est enim priuilegium. Idem autem Atheniensium institutum fuisse, patet ex Demosth. Oratione contra Timocratem.

Ex Hotoz.

*Athenien-
sium insti-
tutum.*



Prioris capitis ratio est. Nam si æquitatis fruendæ causâ leges sanciantur, hoc est, ut summi cum infimis pari iure retineantur: eadem demum habendę leges sunt, quæ cum omnibus semper vna atque eadem voce loquuntur.

Alterius capitis æquitas est, cum vniuersi populi grauius esse iudicium demonstrat, quàm pattiti, descriptumque populum censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibere ad suffragium consilij, quàm fusè in Tribus conuocatum.

Cicero toties in Orationibus disputat, nihil de se à Clodio lege actum fuisse, qui quum capitum Ciceronem accusaret, non centuriatis, sed tributis comitiis legem tulerat.

Ex Liniolib. 7.

2 Iussus populi, & suffragia sunt. Quodcunque postremum populus iussit, id ius ratumque esto.

Ad hanc legem visus est auctor ad Herennium lib. 2. respexisse, quum eam defensionem tenuem esse contenderet, qua ostenditur id factum esse, quod ea lex sanciat, cui legi abrogatum vel derogatum sit: id quod posteriori lege sancitum sit: esse neglectum. Nimirum quia illud demum ius, & ratum erat, ut aiunt Decemviri, quod postremum populus iusserat. Proinde si noua lege vetus esset abrogata sanctio, legi nouæ lex vetus omnino cedebat. nam postrema grauissima sunt. vnde Modest. *αι μεταγενεστερι διαταξις*, inquit,

inquit, ἰσχυρότεροι αὐτῶν ἀπὸ αὐτῶν εἰσὶν. In abrogandis legibus antiquis præclarum Thuriorum institutum extat apud Diodorum Sic. lib. 12. & Demosthen. in quadam Orat. Vt qui veterem legem abrogare vellet, laqueo cervici circumdato in concionem prodiret, novamque suaderet: quam si populus non probaret, tum ei gula eodem laqueo frangeretur.

In l. 4. D. de constit. prin. Thuriorum institutum.

3 *Ut si iudex, arbitere iure datus pecuniam ob rem iudicandam accepisset, capite pœnas lueret.* Ex Gellio lib. 2. cap. 1.

Abrogatam hanc legem fuisse, vel ex eo intelligi potest, quod de iudicibus qui litem suam faciunt, legibus constitutum est. l. filius fa. 15. D. de iudic. Litem autem suam facere iudex malè iudicando propterea dicitur, quia causam eius secundum quem malè pronuntiauit, suscipere cogitur, eamque quasi suam defendere.

Litem suam facere quid sit.

Quòd si quis magistratus iudexve questionis ob capitale causam pecuniam acceperit, ut quis publica lege reus fieret, Martianus scribit eum lege Cornelia de sicariis teneri: cuius pœna est, in insulam deportatio, & omnium bonorum ademptio. l. 3. eodem.

l. 1. D. ad legem Cornel. de sica.

4 *Vt qui falsum testimonium dixisset, è saxo Tarpeio deiicitor.* Ex Gel. lib. 20. cap. 1.

Legem hanc abrogatam postea fuisse, ex eo constat, quod Martianus scribit in l. 1. D. ad leg. Cornel. de sica. eum qui falsum testi-

monium dolo in malo dixerit, quo quis rei capitalis damnaretur: ea lege teneri: cuius poena est infulæ deportatio, & omnium bonorum adeptio. l. 3. in fin. eod.

*Plato lib. II.
de Legib.*

Platonis autem lex, Ut qui ter falsum testimonium dixerit, publico iudicio teneatur: & conuictus capite multetur.

*Ex oratione
pro Milone.*

5 *Ne quis hominem indemnatum occideret, hominisve occidendi causa cum telo esset. H.*

Legis æquitas in promptu est: ne si quemuis sceleris manifestum occidi sine iudicio liceret, fenestra audacibus ac facinorosis hominibus ad cedes pro libidine faciendas aperiretur.

Cicero in Miloniana ita ratiocinatur: quæ lex vetat esse cum telo hominis occidendi causâ, eandem tacitè permittere esse. cum telo sui defendendi causâ. Locus enim est ex contrariis: cuius hoc summum præceptum est, ut contrariorum contraria sint consequentia.

*Ex Declam.
ma. Portii
Latronis in
Cartham.
Hotom.*

6 *Ne quis in urbe cætus nocturnos agiteret. H.*

Clandestinas coitiones lex vetat, quippe quæ facinorosis hominibus facultatem aliquid contra Rempublic. audendi præbeant. quemadmodum Menander scribit, *πῶν ἡ νύκτα ἴσ' πολλῶν κακῶν ἀρχήν.*

*Nox cur in-
tempesta
dicta.*

Itaque intempestem noctem Veteres appellabāt, ut Varro scribit, quia tempus agendi nul-

di nullum erat. Inde etiam altera illa lex in has tabulas relata, SOL OCCASVS SVPREMA TEMPESTAS ESTO, VT MOX DICETUR.

7 *Ut si quis hostem concitasset civemve hosti tradidisset, capite pœnas lueret.* *Ex Martiano in l. 3. D. ad l. Iuliam.*

Quid sit *Hostem* concitare, nondum satis exploratè constituere potui: ait Hotom. nisi fortè illud sit, extra ordinem in hostem pugnare, quod capite sancitum fuisse, vel ex A. Posthumii Dictatoris in filium animadversione illa nobili, vel ex simili T. Manlii Consulis factò existimare licet: quorum vterq; filium suum, quòd extra ordinem cum hoste pugnaverit, securi percussit, quemadmodum tradunt Diodorus Sicul. lib. 12. Liuius libro 4. & 8.

Videndum etiam an *Hostem* concitare illud sit, quod Scæuola dixit, *Hostes ex amicis populi R. facere*: quod maiestatis crimen fuisse testatur, quum scilicet belli causam aliquis dedisset. quanquam eum qui legatum pulsasset, Q. Mutius dedi hostibus utilius esse solitus est respondere: vt ait Pompon. Verri- *l. 4. D. de titulo.*
na 7. Cicero perspicuè significat fuisse iuris, *l. 5. l. D. de legatio.*
vt qui fœdus violarent iis qui affecti iniuria fuerant, dederentur.

8 *Ut qui ades alienas acervumve frumenti iuxta ades positum dolo malo combussisset, vinctus, verberatus, igni necaretur, at si casu id fecisset, noxiam sarcinet, Pratorisve arbitratu castigaretur. H.* *Ex Caio in l. qui ades, 9. D. de incendiis.*

*l. capitali-
um 38. §. 10.
D. de pen.*

Incendarios capite puniri, qui ob inimicitiam vel prædæ causâ intra oppidū incendērunt, & plerunq; viuos exuri: qui verò causam aut villam, aliquanto lenius. At fortuita incendia si cū vitari possent, per negligentiam eorum apud quos orta sunt, damno vicinis fuerunt, ciuilit̄ exerceri: vt qui iactura affectus est, damnum recuperet.

9 *Qui fruges excantassit* **

*Lib. Natura.
Quæst. 4.*

Apud Senecam huius legis testimonium extat: Apud nos, inquit, in XII. tab. cauetur, ne quis alienos fructus excantassit. Rudis adhuc antiquitas credebatur, & attrahi imbres cantibus, & repelli: quorum nihil posse fieri, tam palam est, vt huius causâ nullius Philosophi schola introeunda sit.

Facit & Plato incantationum mentionem, quibus viperarum & scorpionum morsibus, remedium adhibetur.

*l. I. D. de
extraord.
commiss.*

Vlpianus autem genus hoc medicinæ repudiat: Quum quis, inquit, incantauit, quum imprecatus est, quū vt vulgari impostorum vtat verbo, exorcisauit. Non enim sunt ista medicinæ genera: tametsi sint, qui hos sibi profuisse, cum prædicatione affirmant.

10 * *Néve alienam segetem pellexeris.*

Augustinus lib. De ciuitate Dei 8: Illud etiam, inquit, quod alio loco de his artibus dicit:

*Virg. Eclogæ
8.*

*Atq; satas aliò vidi traducere messes:
Eò quòd hac pestifera, sceleratâq; doctrina
fructus*

fructus alieni in alias terras transferri perhibentur, nōne in XII. Tabulis, id est, Romanorum antiquissimis legibus, Cicero commemorat esse conscriptum, & ei qui hoc fecerit supplicium. Apuleius, Magia ista, quantum ego audio, res est legibus delegata, iam inde antiquitus duodecim Tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta. *Apul. in Apologia.*

Hæc verò certis conceptisque verborum formulis, ac potius susurris, vel hominibus pernicies, vel agris calamitas inferebatur. Huius eiusdem generis illæ Diræ fuerunt, de quibus Cicero in primo de Divinat. & Plutarchus in Crassi vita commemorat: unde intelligitur, arcanas quasdam & vetustas execrationes fuisse: quarum ea vis foret, ut cui semel obnuntiarentur, nunquam exitium perniciemque vitaret. *Diræ.*

II *Sanatibus idem iuris, quod fortibus esto.*

Sanates, ait Festus, dicti sunt, qui supra in frâq; Romam habitauerunt. quod nomen his fuit, quia quum defecissent à Romanis, breui post redierunt in amicitiam, quasi fanata mente. Itaq; in XII. cautum est, ut idem iuris esset sanatibus, quod fortibus, id est, bonis, & qui nunquam defecerant à populo R. Legis æquitas perspicua est: ii scilicet qui benignitatem populi R. experti essent, cōstantes deinceps in fide atque ipsius maiestate comiter tuenda permanerent: tum ut reliqui hoc tanquam inuitamento ad populi R. *Sanates.*

Æbutialex. societatem atque amicitiam allicerentur. Hanc tamen legem postea Æbutia lege abrogatam, testis est Gellius lib. 16. cap. 10.

Tria hæc fragmenta ex Gellio sunt. 12 *In comitio aut in foro ante meridiem causam conscito, cum pererant ambo presentes.*

Extant hæ reliquæ apud Gellium libro 7. cap. 2. Primus etiam versus legitur in 2. Rhetor. ad Heren. Lex videtur iubere iudicem in comitio, aut in foro, causam ex utriusque litigatoris oratione cognoscere.

Comitium. *Comitium*, inquit Varro, ab eo quod coibant eò, comitiis curiatis & litium causa. Hinc illud Cic. in Bruto: In comitium veniãt adstantem iudicem.

De Comitii locus insignis ex antiqua Oratione C. Titii describitur à Macrobio, lib. 3. c. 16.

Ex Gellio eodem loco. 13 *Post meridiem presenti litem addicitor si ambo presentes. H.*

Utriusque litigatoris presentiam lex in lite addicenda desiderat: qua de causa institutum fuit, ut absente altero alter à Pratore edictum peteret, quo absens intra dies decem adesse iuberetur: ni veniret, item alterum edictum, itemque tertium: quibus propositis, tunc peremptorium proponeretur, quo aduersario facultas omnis tergiuersandi præcideretur, quippe quum in hoc denuntietur fore, ut etiam absente aduersario rescognoscatur, ac iudicetur.

14 *Sol occasus suprema tempestas esto.* *Ex Gell. lib.*

Macrob. lib. Satur. 1. cap. 3. *Suprema tem-* 17. cap. 2,
pestas, hoc est diei nouissimum tempus: sicut *Varro lib. 5.*
expressum est in XII. tab. &c. *de ling. Lat.*

Censorinus. lib. de die natali, cap. 19. Meri- *Meridies.*
dies, inquit, quod est mediæ diei nomen.

Censorinus eodem libro, & Plin. lib. 7.
cap. 60. argumentantur, horarum nomen
annis trecentis Romæ ignoratū fuisse, quum
in XII. Tabulis ortus tantū & occasus no-
minetur.

DE IVRE PRIVA- to, Legis XII. Tabularum.

I VTI QVI EX PATRE, MA- *Ex Diony.*
tréq₃ familiâs eius nasceretur, in patris fami. *Halic. lib. 2.*
liâs sui manu, potestate, mancipiôq₃ esset: ha-
berétq₃ pater familiâs ius in eum vitæ ac necis,
térq₃ filium venundandi potestatem.

AT SI TER FILIVM PATER VE-
nundarit, filius à patre liber esto. Vtique filia,
ceterique liberi una mancipatione liberaren-
tur. Vtiq₃ filii filiaq₃ familiâs bonorum pater-
norum sui suaq₃ heredes essent.

I VSTINIANVS scribit: Ius potestatis *Institut. De*
quod in liberos habemus, proprium esse *pat. pot. §. 1.*
civium R. nullos enim alios esse homines,
qui talem in liberos potestatem habeant. Nam
(vt Diony. testatur) gentes aliæ omnes mo-

dum patriæ potestati aliquem statuerunt: at Romani in omne vitæ filiorum tempus eam produxerunt: etiamsi Remp. gererent, magistratúsq; summos obtinerent.

§. 1. de pat.
potesta. &
§. 6. de
nupt.

Qui ex patre, matrèq; familiâs,] Sic accipienda sunt, quasi dictum esset, Qui ex iusta vxore. Nam (vt Iustin. ait) in potestate nostra sunt ii demum liberi, quos ex iustis nuptiis procreauimus.

Manu, potestate, mancipio.] Tria hæc coniunctim coaceruata sunt, vt summum illud & infinitum ius patriæ potestatis intelligeremus.

Vnde illud de C. Flaminio apud Cicero- nem in 2. de Inuentione, qui quum Trib. pleb. esset, & ex rostris concionem ad populum haberet, vi à patre de eo templo deductus est.

Maior pa-
tribus in fi-
lios quàm
heris in ser-
uos potestas.

Terq; filium venundãdi, &c. Huius partis testem habemus eodem loco Dionysium Halicar. qui etiam illud ascribit, Maiorem hac lege patribus in filios, quàm heris in seruos potestatem permissam esse. Seruum enim semel venditum si à nouo domino manumittatur, sui iuris effici: at filium non prius suæ potestatis fieri, quàm ter à patre suo venditus, ter à suis dominis manumissus fuerit.

Si ter filium, &c. Auctorem habet Vlpianum, cuius verba cap. Inst. x. hæc sunt, Liberi, parentum potestate liberantur emancipatione: id est, si posteaquam mancipati fuerint manumissi sint. sed filius quidem ter mancipatus,

patus, ter manumissus, sui iuris fit. id enim lex XII. Tab. iubet his verbis, SI PATER, &c.

Quod ait lex, *Filia verò*, &c. Existimat Hoto. testimonium certum non extare. Nam quod Vlpian. cap. 10. sic scribit: Cæteri liberi præter filium, tam masculi quàm fœminæ, vna mancipatione manumissionéque sui iuris fiunt, &c. nominatim legi duodecim Tabularum non adscribit: vt nec in l. 8. D. de in. iu. rup. test.

Vt cuiq; sit, capitis huius sententiam Caius quoq; lib. Instit. 1. confirmans, Fœminæ, inquit, vel nepotes masculi ex filio, vna mancipatione de patris vel aui exeunt potestate, & sui iuris efficiuntur.

2 *Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto.*

Hæc sumpta est ex Seruii commentariis in Virgil. vbi versum illum interpretans, -- *ant* *fraus innexa clienti*: Ex lege, inquit, XII. Tab. venit: in quibus scriptum est, PATRONVS *6. Æneid.*
SI CLIENTI, &c. Si enim clientes quasi co- *cliētes. Pa-*
lentes sunt, patroni quasi patres: tantundem *troni.*
est, clientem quantum filium fallere. Hæc Seruius.

Patronatus autem & clientelarum iura cum Dionysius lib. 2. tum etiam Plutarchus in Romuli vita amplissimè describunt.

Gellius scribit, antiquis populi R. moribus comparatum fuisse, vt clientem in fidem *Lib. 20. cap.*
receptum cariorum haberent, quàm pro- *1. & lib. 5.*
cap. 13.

pinquos: eúmque etiam aduersus hos tuerentur. quin & licuisse patronis testimonium pro cliente aduersus cognatos dicere, aduersus clientem non licuisse.

Sacer homo. Festus *Sacrum* hominem eum definit, quem populus iudicauit ob maleficium.

3 *Mulieres orbæ innuptæ in fratris agnatiue proximitutela sunt. H.*

Cic. pro Murana. Huius testis est partim Cic. partim Vlp. Mulieres omnes, inquit Cic. propter infirmitatem consilii, Maiores in tutorum potestate esse voluerunt. Hi inuenerunt genera tutorum quæ potestate mulierum continentur. Vlpian. autem cap. Instit. II. postquam dixit, Legitimos tutores esse, qui ex lege aliqua descendunt, per eminentiam autem Legitimos dici qui ex lege XII. Tab. introducuntur: nimirum agnatos & patronos: statim sic infert: Fœminarum autem legitimas tutelae lex Claudia sustulit: de qua lege Claudia mentio fit in l. 3. C. de legit. tut. vnde legem hanc XII. Tab. illa lege Claudia abrogatam fuisse intelligitur.

Orbæ innuptæ.] Quia filie fœ. in patrum suorum potestate sunt: nuptæ autem in virorum manu: Orbæ innuptæ in fratrum tutela. Quod M. Cato de lege Oppia differens apud Liu. lib. 34. sic ostendit: Maiores nostri nullam ne priuatam quidem rem agere fœminas sine auctore voluerunt: in manu esse parentum, fratrum, virorum. Et Valerius aliquando

*Lex Oppia
apud Liu.
III.*

quanto

quanto potest: Nunquam saluis suis exiit servitus muliebris (*Suos* appellat, quorum in manu sunt, patrem, fratrem, maritum.)

4 *Si furiosus existat, agnatorum gentiliūq; in eo pecuniāq; eius potestas esto.* *Cic. de Invent. 2. ad Herenn. li. 1*

Cic. lib. Tuscul. 3. scribit, eum qui errore mentis affectus sit, vetari xii. Tabulis rerum suarū esse dominum. Itaq; non esse scriptum *si insanus*: sed *si furiosus* esse incipit. Nam stultitiā, inquit, censuerunt, id est inconstantiam sanitate vacātem, posse tamen tueri mediocritatē officiorum. Furorem autem esse rati sunt, mentis ad omnia cecitatem. Quin & apud Vlp. cap. instit. 12. ita scriptum est: Lex duodecim tabularum furiosum in curatione iubet esse agnatorum. Quapropter furiosos à demētibus Iurisconsulti passim distinguūt, ut l. si furiosi, 25. C. de nup. l. tam demētis. 21. C. de episc. audient. l. 2. D. de inoff. testa l. vlt. C. de administ. tut. Verbum *existet*, Cicero sic interpretatur, id est, esse incipit: quasi iubeat lex statim propinquos officio fungi.

Agnatorum gentiliūq;: ut cui erūt agnati, ad eos tutela deferatur: cui gētiles, eodem modo. Vnde peruulgatū inter Veteres proverbium, ut quum aliquem errore mētis affectum significarent, eum dicerent ad agnatos & gentiles deducendum esse.

5 *Ut qui prodigus existeret, ei Prator causa cognita bonis suis interdiceret, inq; ipsius pecunia agnatorum gentiliūq; potestas esset.* *Instit. De cura. furioso. §. 3.*

Huic capiti testimonium præbet Vlpianus in l. 1. D. de curat fur. vbi sic scribit: *Lex XII. Tabularum prodigo interdicitur bonorum suorum administratio. Et item cap. Inst. 12.*

Notatione autem digna est ea formula, qua Paulus lib. Sent. 5. scribit, Prætores hac in re vti solitos fuisse:

Formula interdicti bonorum.

Quando tu bona patria auitaque nequitia tuâ disperdis, liberósque tuos ad egestatem perducis: ob eam rem tibi ea re commercióq; interdico.

Letoria lex.

Letoria lex longo interuallo post legem XII. Tab. lata est, vt curatores vel propter lasciuiam, vel propter dementiam darentur: quemadmodum Capitolinus in M. Antonio testatur. Sed quum cætera eius capita omnia, quæ quidem extant, ad minores tantummodo pertineant, & Capitolinus eo loco nominatim de adultis loquatur, verisimile est, legem illam de adolescentibus duntaxat, non etiam de maioribus xxv. annis cauisse.

Paul. in l. Sape 33. De Verb. sig. Cassius l. 1. de test. 221.

6 Paterfa. vti legassit super pecunia, tutela ve suare, ita in se esto.

His verbis legis duodecim Tab. ait Iuricons. *Vti legassit, ita in se esto*: amplissima potestas tributa est testatoribus, vt etiam si Prætozem aut consulem, qui cum summo imperio est: suis liberis tutorem instituant, eos ad hoc onus suscipiendum obligent.

Vti

Uti legasset: pro eo est, quasi dixisset, uti statuerit siue decreuerit.

Super tutela suæ rei: mirum videri potest, quasi Rei, id est, patrimonio tutela detur. Tutela moribus potius ac disciplinæ pupillorum, quàm fortunis & patrimonio comparata est. arg. l. tutores. 18. C. de excusat. tut. Sed vide ne id adiectum sit propter superius verbum *Pecunia*: quasi lex hoc capite de testatorum patrimonio tantùm & fortunis sanxisset.

Quod ait, *ita ius esto*, per hanc legem Vis patriæ potestatis, etiam post patris mortem, & vsque ad pubertatem liberorum extenditur l. vlt. C. quand. tut. vel cur.

7 *Visi paterfa. intestato moreretur, agnatorum gentiliùmq; in ipsius pupillis, eorùmq; pecunia potestas esset.*

Legitimæ, inquit Vlpianus, tutelæ leg. xii. Tab. agnatis delatæ sunt, & consanguineis. id est, his qui ad legitimam hereditatem admitti possunt, ut qui sperarent hanc successionem, iidem tuerentur bona, ne dilapidarentur. Item, Legitimos tutores nemo dat: sed lex xii. Tab. fecit tutores.

Horum verborum *intestato moreretur*, Iustinianum auctorem habemus, tit. de legit. tut. §. Quod autem lex ab intestato, &c.

Quod ait lex, *Agnatorum*, Caius in l. 9. D. eo. tit. sic interpretatur: Ut, si plures agnati sint, proximus familiam adipiscatur: & si eo-

Vlp. in l. 1. de Susp. tut. dem gradu plures sint, omnes simul tutelam nanciscantur.

8 *Ut si quis doli mali culpæve in tutela gerenda suspectus videretur, eum cuius apud Pretorem suspecti arguere ius esset: utiq; doli damnatus infamis fieret.*

Cic. in 3. de Officiis, sic scribit: Atq; iste dolus malus etiam legib. erat vindicatus: ut tutela XII. Tab. &c. Nam capite sequenti de furti crimine agitur perspicuè. *Dolum autè malum* Seruius definiebat: quum aliud agitur, aliud simulatur. Platonis hac de re lex huic consimilis extat in eius libro de Leg. II.

Tryphon. in l. tres tutores, 55. D. de adm. tut. 9 *Ut qui per tutelam pupillum fraudasse, eiusq; rem furatus esse conuinceretur, infamia notatus duplionis pœnam subiret.*

Vlp. in l. 1. §. 2. D. de tut. & rat. dist. Considerandum est in hac actione, utrum pretium rei tantum duplicetur, an etiam quod pupilli interfit. Et magis esse arbitror, in hac actione quod interest non venire: sed rei tantum æstimationem. Item l. 2. Hæc actio licet in duplum sit, in simplo rei persequutionem continet, non tota dupli pœna est.

In primo de Orat. Hoc autem iudicio damnatum infamem fuisse, Cic. testis est: ubi tutelæ iudicium turpe appellat.

Itemq; in Orat. pro Comædo: Vbi inter iudicia summæ existimationis, tutelæ iudicium enumerat. Cuius rei etiam testimonium extat in l. 1. D. de his qui infam.

10 *Ne quis rem litigiosam in sacrum dedicasset, dupli pœnam subiret.*

Rem, ait Iurif. Caius, de qua controuersia est, prohibemur in sacrum dedicare: alioqui dupli pœnam patimur. Duplũ autem aduersario præstandum est: vt id veluti solatium habeat, pro eo quod potentiori aduersario traditus est. Sic Clodius Ciceronis in exilium eiecti aream consecrauit libertatisq; fanum in ea dedicauit.

In l. Slt. D. de litig.

Cic. pro domo sua.

11 *Glandem suam in alienum fundum procidentem colligendi ius esto. H.*

Ex Plin. lib. 16. cap. 5.

Caius legem hanc, vt credi par est, interpretans lib. ad XII. Tabulas quarto, sic scribit: Glandis appellatione omnem fructũ contineri, exemplo Græci sermonis, apud quos omnes arborum species ἀκρόδραυα appellantur. In eandem autem legis veteris sententiã extat Prætoris interdictum: *Glandem* quæ ex illius agro in tuum cadat, quominus illi tertio quoq; die legere, auferre licet, vim fieri veto.

l. 236. D. de Verb. sig.

l. Snic. D. de gland. leg.

12 *Vsus autoritas fundi, biennis: ceterarum rerum, annuus esto.*

Ex Orat.

Cic. pro C.

cin. & Topic.

Aduersus hostem aterna auctoritas esto. H.

Auctoritatis verbo ius legitimi dominii lex significat: vt Cic. pro domo sua: Multæ sunt domus in hac vrbe, atque haud scio an penè cunctæ, iure optimo, sed iure priuato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure manci-

Auctoritas.

*Perduellis.
Hostis.*

pii iure nexi. Sic & mox, *Aduersus hostem aeterna auctoritas*: quæ ex Ciceronis libro de Of. i. sumpta est: vbi sic scribit: Equidem illud etiam animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur: lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, què nunc peregrinum dicimus.

13 *Vt si vicini inter se iurgant, sinibus regundis arbitros tres darent: eisq₃ totius rei ius arbitriumq₃ permitterent.*

Harum reliquiarum fragmenta extant primùm apud Ciceronem in lib. de Rep. 4. vbi auctore Nonio sic scriptum est: Iurgari igitur lex vetat inter se vicinos, non litigare.

Si inter se iurgant.] Beneuolorum concertatio, non inimicorum, iurgium dicitur. Reliqua verò ex illo Ciceronis loco qui est in 2. de Legibus, sumta sunt.

*Pompon. in
l. Verb. 120.
D. de Verb.
sign.*

14 *Paterfam. uti legassit super familia pecuniâq₃ sua, ita ius esto.*

Vlp. cap. Inst. xi. legem ita profert: Vti legassit super pecunia tutelave suæ rei, ita ius esto: vbi coniunctim & de pecunia, & de tutela cautum in lege significat: de quo tamen affirmare nihil possumus.

Paterfamilias, sic accipiendum est: solis patribus factandi ius fuisse: filiis familiâs ne patribus quidem auctoribus fuisse. l. 6. D. de testam. quippe qui suum nihil haberent, uti scribit Vlp. cap. Instit. 20. Quòd verò ait, *Legassit,*

gassit, verum esse ostendit, quod & Vlp. cap. Instit. 24. & Euty chius lib. 2. De discer. coniug. scribunt. Legandi verbum à lege fictum: *Legare quid sit.* vt Legare nihil aliud sit, quàm statuere, discernere, & (vt vulgus loquitur) disponere: siue de hereditate, siue de legatis & donationibus in testamento. l. verbis 120. & l. in generali, 80. D. de verb. sig. l. in repetendis, 6, D. de leg. 3. Iam verò, quod ait Lex, *Super familia*: Familix appellatione, bona patrisfam. & in his seruos, seruásq; hoc loco significari, tradit Vlpianus in l. pronuntiatio. 195. D. de verb. sig. Vnde illud Terentii, *Decem dierum vix mihi erit familia.* *Vide Annot. in inst.*

Pecuniáq;, nihil necesse fuit adiici, nisi ad planiorem interpretationem, quoniam eo quoq; verbo non modò pecunia numerata, verùm etiam res omnes tam soli, quàm mobiles, & tam corpora, quàm iura continentur. l. pecuniæ, 222. l. pecuniæ, 179. D. de verb. sig. *Sua*, significat de re sua quemq; testari oportere. Nam etiam in legatis, alienæ rei quam suam testator putauit, legatum nullum est. l. vnum. 67. §. 6. De legat. 2. *Ita ius esto*: summum testamentorum ius esse ostendit, quemadmodum Cicero scribit: In publicis actis, nihil est lege grauius: in priuatis, firmissimum est testamentum.

15 *Vt cum pater familias super familia sua Philipp. II. legaret, nexum faceret: pèr q; as & libram familiam manciparet: ac præter libripendem ciues Ro. puberes ne minus quinque adhiberet.*

Vid. infrag. Vlp. cap. 20. Huius capituli argumentum suppeditat primum Gell. lib. 15. cap. quum ait in XII. Tabulis eo loco ubi de testamentis agitur, libripendis mentionem fieri. deinde Ulpianus cap. Inst. 20. reliqua explicat.

Eris & libra adhibenda formulam Boetius in Ciceronis Topica, ex Cuii nostri Institutionibus exponit: unde assumi poterunt, quae cuique opus esse videbuntur. De familiae vero emtore Plutarchus in lib. de sera Dei animaduersione: ὅταν, inquit, διαθήκας χράσωνται (de Romanis loquitur) ἑτέροις μὲν ἀπολείπουσι κληρονόμους, ἑτέροις δὲ πολλῶσι τὰς ὑσίας· ὁδοκεῖ παρὰ λόγον. Rom. inquit, quum testamenta scribunt, alios quidem relinquunt heredes, aliis vero familiam vendunt: quod absurdum videtur.

16 *Cum nexum faciet, mancipiumque: uti lingua nuncupasset, ita ius esto.*

Extant haec reliquiae partim apud Festum, *Cum nexum faciet, &c.* id est, ita uti nominabit, loquutusve erit: partim apud Ciceronem in 1. de Orat. ubi Antonius ita Crassum alloquitur, Lapidem mehercule flere coegisses, ut totum illud, *uti lingua nuncupasset*, non in XII. tabulis, sed in magistri carmine scriptum videretur. Quod autem *Nexum mancipiumque* lex dicit, illud significat, nimirum per aes & libram. Iubet igitur lex, ut quod testator heredem nuncupans, de suis bonis decreuerit: id ius ratumque sit.

17 *Quæ si erit testator libripensve fuerit, Ex Gell. lib. in testimonium feriat, improbus intestabilisq; esto.* 15. cap. 13.

Locum hoc modo vir doctissimus Iacobus Cuiacius ope vetusti codicis restituere conatus est: Qui se si erit testator, libripensve fuerit, si in testimonium feriat, improbus intestabilisq; esto. ut verba illa, *si in testimonium feriat*, posita sint, pro *αἰσχροῦνται*, siue pulsetur, quod, ut verè dicā, satis adhuc concoquere non potui. Præsertim cùm in antiquo libro *fariatur*, scriptum esse testetur. ut suspicari aliquis possit, legendum potius videri, *ni testimonium fateatur*: vel, *si testimonium inficietur*. de quo tamen nihil affirmo. Illud satis erit adiici nostro quoq; iure traditum esse, ut quæ ab initio testamenti tabulæ aperiendæ sint, Prætor pro suo officio cogat signatores convenire, & sigilla sua recognoscere, vel negare se signasse: quoniam publicè expedit suprema hominū iudicia exitum habere. Quod verò in sanctione adscriptum est: etiam alio loco testimonium habet apud Gellium: nimirum lib. 6. cap. 7. vbi scribit: Testabilem dici cui testimonii dicendi ius est: contrarium esse in XII. tab. Quæ de re Caius in l. 26. D. de testamentis.

l. 4. §. 5. D. Testament. quemad. aper.

18 *Si pater familias intestato moritur, cui suus nec extabit heres, agnatus proximus familiam habeto.* Apud Vlp. Inst. cap. 26.

Priorem huius legis partē Paul. interpre-

tatur in l. si quis. 9. D. de lib. & post. *Si intestatò moritur.* Hæc verba ad id tempus referuntur, quo testamentum destituitur, non quo moritur. quippe cùm tunc demum certum esse incipiat, testatorem intestatò esse mortuum. Dicitur autem intestatus modis quatuor: Testamento non facto, non iure facto, rupto irritòve facto, & ab herede destituito: id est, cùm heres scriptus hereditatem repudiavit. l. 1. D. de suis & legit. Alteram partem Iustinianus explanat in §. 1. Instit. De hered. quæ ab intest. vbi sic scribit: Intestatorum hereditates ex lege XII. tab. primùm ad suos heredes pertinent. Quibus ex verbis patet, suorum heredum nomen ex XII. tab. fluxisse.

Intestatus
4. modis dicitur.

l. Liberorū.
ff. de Ver. sig.

Suus heres.

Suus igitur dicitur heres, qui in morientis familia proximum ab eo gradum obtinet, siue is naturalis sit, siue adoptiuus. l. scripto. 7. D. si tab. testam. Veluti filius, aut eo de familia sublato nepos, & qui deinceps. Item vxor, quæ in manum conuenit: quemadmodum Institut. sub tit. de nuptiis dicitur. Item nurus quæ in manu filii est, quem in potestate habemus: vt scribit Vlp. cap. Inst. 22. Gell. lib. 18. cap. 6. & Dionys. lib. 2. De Posthumis. vide pluribus hîc differentem Hotom.

Ex Gell. lib.
3. cap. 2. Macro. lib. Sator.
1. cap. 3.

19 *Ut quæ mulier cum sui iuris esset, annum unum apud virum matrimonii causa fuisset: ea mulier, ni trinoctium usurpatum isset, pro usucapta haberetur.*

Usurpare, hîc & *Usucapere* verba inter se contra-

contrariè relata sunt. Nam (vt Paulus ait in l. 2. D. de vsurp. & vsucap.) Vsurpatio est vsucapionis interruptio. iubet igitur lex. vt quæ mulier annum vnum matrimonij causa apud virum fuerit, ea mulier anno exacto in eius viri manu sit: id est, quasi vsu capta sit: quemadmodum res mobiles anno vsucapiuntur. Quemadmodum autem iure ciuili rerum vsucapiones infringuntur, si dominus eas vsurparit, veluti si furculum in fundo defregerit: (quod ex lib. Ciceronis de Oratore tertio intelligitur) eodem modo lex mulieri potestatem facit possessionem illam viri interrompere: nimirum si ante anni finem tres ab eo noctes abfuerit. Has autem vxores quæ matres factæ non erant, *Matronæ* propriè & restrictè appellari solitas, verisimile est. Præsertim quum Gell. lib. 18. cap. 6. scribat Matronam dictam esse propriè, quæ in matrimonium cum viro conuenisset, quoad in eo matrimonio maneret.

20 *Ne connubiū patribus cum plebe esset.*

Dionysius libro decimo extremo scribit, *Liu. lib. 4.* Decemviros hanc legem in duas postremas tabulas retulisse: eamque idcirco adiectam fuisse, ne Patres cum plebe recõciliati, communi studio Decemvirorum, qui retinere magistratum perpetuum volebant, obsterent.

Hanc legem septimo post anno à Canuleio Tribuno pleb. abrogatam, *Abrogata lex.* Liu. libro 4.

memoriæ prodidit: & quæ cuiusque partis argumenta fuerint, exponit. Perlata à Canuleio tandem lex fuit, vt deinceps Patrib. cum Plebe connubii ius eſſet.

Plin. lib. 14. cap. 13. 21 *Ut ſi qua mulier temetum biberet, cum ve alieno viro probri quid faceret: in eam maritus, cauſſa cum ipſius mulieris propinquis cognita, pœnam ſtatueret: aſt ſi eam in adultério deprehenderet. tum eam occidendi ius poteſtatémq; haberet.*

Malicar. lib. 2. Legem hanc primàm à Romulo ſcriptam fuiſſe, Dionyſius teſtatur: vbi illum ait exiſtiſſe, è vinolentia ſtuprũ, è ſtupro verò inſolentiam plerunque naſci.

Gell. lib. 10. cap. 23. Exactis autem regibus legem hanc eandem per multas ætates Romæ viguiſſe etiam Gellius demonſtrat: ex quo intelligi debet, eam in XII. Tabulas relatam fuiſſe.

Temetum. Fabius Piſtor in Annalibus ſcripſit, Matronam quòd loculos, in quibus erant claues vinarix cellæ reſignauiffet, à ſuis inedia mori coactam. Cato ideo propinquos fœminis oſculum dare, vt ſcirent an temetum olerent. hoc tum nomen vino erat: vnde & *Temulètia.* Temulentia appellata. Hoc igitur legis antiquæ ius fuit. De adulteriis autem poſtea *Lex Iulia.* lex Iulia lata, diuq; obſeruata eſt: qua marito ius ademtum eſt, adulterum occidere, niſi & domi ſuæ deprehenſum & iam antea infamem.

Caius in l. 22 *Ut ſi è coniugibus alter alteri nuntium mitte-*

*mitteret, eumque suas res sibi habere iuberet: pen. D. ad
diuortium esset. H.*

*pen. D. ad
leg. Iul. de
adul.*

Testimonium huius legis extat apud Ci-
ceronē Philipp. 2. his verbis: Frugi factus est.
mimam illam suam suas res sibi habere iussit
ex XII. tabulis. claues ademit, exegit. Constat
Romuli instituto tam sanctam habitam fuisse
se matrimoniorū coniunctionem, vt diuor-
tium Romæ nullum per annos DXX. fuerit:
id quod à Dionysio, Plutarcho, Valerio, &
Gellio memoriæ est proditū. Primum enim
M. Pomponio, C. Papyrio, vel (vt alii scribūt)
M. Atilio, P. Valerio Coss. Sp. Caruilius Ruga
uxori nuntium remisit, quòd eam sterilem
diceret, seque liberorum quærendorū causa
uxorē capere iurasset. Tertullianus in Apo-
logetico: Per annos fermè sexcentos ab vr-
be condita nulla repudium domus sensit.

*Primum
Roma di-
uortium.*

Plutarchus autem in Numa mentionem
facit: vt marito qui satis liberorum haberet.
ius esset uxorem suam alteri viro liberorum
ex ea quærendorum causa concedere, atq;
in matrimonium elocare.

*Novum di-
uortii ge-
nus.*

Quinetiam Strab. lib. II. scribit, Catonem
Hortensio uxorem suam Martiam liberorū
quærendorum causa in certū tempus con-
cessisse: vbi etiam scribit fecisse hoc illum
καὶ παλαιὸν Ρωμαίων ἔθος. Sed & idē Plutarchus
in Catone Vticēsi, nominatim addit, contra-
cta Philippi patris voluntate sponsalia fuisse.

23 *Ut si qua mulier post viri mortem in
decem mensibus proximis pareret: qui quæve*

ex ea nasceretur, sius suave in viri familia heres esset. H.

Prioris partis testimonium extat apud Gellium libro tertio, cap. 16. vbi quum multa de varietate temporum in puerperiis mulierum differuisset: ascribit, fœminam bonis atq; honestis moribus, non ambigua pudicitia, in XI. mense post mariti mortem peperisse, factumque esse negotium propter rationem temporis, quasi mortuo marito concepisset: quoniam Decemviri in decem mensibus gigni hominem, non in vndecimo scripsissent. Inde institutum Romæ fuit, vt mulieres virorum mortem menses decem lugerent, néve ante decimum mensem exactum alteri nuberent.

l. 2. C. de secund. nup. & l. 2. D. de infam.

Eamque ob causam factum constat, vt Aquiliana illa nobilis formula ita conciperetur, *si quis mihi nepos post mortem meam in decem mensibus proximis natus erit.* l. Galus. D. de libe. & posth.

Inde etiam illud Varronis in Testamēto: *Si quis mihi filius, vnus pluresve, in decem mensibus gignuntur, ii si erunt ὄιοι λύεαι, exheredes sunt.* Altera legis pars ex coniectura quidem, sed tamen cum aliqua iurisperitorum veterum auctoritate addita est. Vlpiani quidem in l. 3. §. 4. D. de suis & legit. Item Iuliani in lege sexta, & l. septima, eod.

Ex Gellio lib. 10. c. 10.

24 Assiduo vindex assiduus esto: proletario cini quiuis volet vindex esto.

Prole-

Proletarii à munere, officioq; prolis eden- *Proletarius.*
 dæ appellati sunt, quòd quū re familiari par-
 ua minus possent Rempub. iuuare, sobolis
 tamen gignendæ copia ciuitatem frequen-
 tarent. *Affiduus* pro locuplete ponitur, & *Affiduus.*
 pro facillè munus faciente: dictus ab assibus,
 id est, ære dando, quum id tempora Reip.
 postularent: aut à muneris pro familiari co-
 pia faciendi assiduitate. *Vindicem*, auctore *Vindem.*
 Festo Veteres eum appellasse qui vindica-
 bat, quominus is qui prænsum erat, ab aliquo
 teneretur: hoc est, qui prænsum, nexum, siue
 addictū liberabat. Ea forma, & ratione, qua
 vindicem aris alieni, libertatisq;, pro redem-
 tore in epistolis ad Atticum, aliisq; in locis ac-
 cepisse videtur Cicero. Eòque sensu accepisse
 etiam visus est Vindicem libertatis Lilius
 libro 6.

Proinde errare videntur, tam hi qui per
 vindicem in hac lege procuratorem, quàm
 illi qui fideiussorem intelligunt. Aliò enim
 respexisse videtur Decemviri. Eò nimirum,
 vt noluerint à proletariis ciuibus, ciues assi-
 duos creditoribus addictos vindicari. Certè
 ne proletarii cum sint tenuioris fortunæ *Ratio huius*
 quàm vt asses possint dare, quibus assiduos è *legis.*
 vinculis eximerent, ipsi pro assiduis & se,
 suosq; liberos, familiamque totam in discrimen
 adducant: néve corpus liberum immu-
 néq; assidui hominis liberandi gratiâ serui-
 tuti capitisque pænæ aut sectioni subiiceretur.
 Aliud nihil visi sunt voluisse Decem-

*Locuples as-
fiduos.*

viri, quàm assiduos non seruitiis cuiusquam aut deditioibus, sed assibus vindicandos. Nam cum assiduo lex assiduum esse vindicem iubet, locupletem iubet locupleti, inquit Cic. in Topic. Esse quidem perquam iniquum, alterum pro altero pignorari, etiam Theodoricus Italiae Gothorumque Rex, apud Cassiodorum lib. 4. variat. intellexit. Ideo autem proletario quemuis vindicem esse permiserunt Decemviri, quia eorum debita non solent esse grandiora, quàm quæ a re exiguo lui potuerint.

*De testib.
Ex Gell. lib.
35. cap. 13.*

25 *Qui se seierit testarier, libripensve fuerit, ni testimonium fariatur, improbus instabilisq; esto.*

Verbum *Fariari* priscum est, eoque pro *fari* Veteres vsi sunt. Huiusmodi siquidem Antiquis fuisse morem testatur Diomedes, ut in dictionibus quibusdam sermonem ex abundanti adderent, nihilq; adiecta syllaba dictionibus conferret. Quomodo aggredi pro aggredi: item mori, pro mori, Veteres dixere.

Igitur, *Qui se seierit testarier*, hoc est, qui se vocari in testem passus est, libripensve fuit: *ni testimonium fariatur*, hoc est, si de perhibito testimonio rogatus, illud fari, eiusq; approbare fidem non voluerit, improbus instabilisque esto. Eo sensu instabilem Plautus etiam videtur accepisse in Milite glorioso: *Quid si id non faxis? P. ut viam semper instabilis.*

26 *Cui testimoniū defuerit, is tertius diebus oportum obuagulationem iuro.* *Ex Festo de eius euagatione cui testimoniū deest.*

Portum, inquit Festus, in Duodecim, pro domo positum, omnes ferè consentiunt.

Cui testimonium deest, hoc est, qui suam intentionem nullo potest testimonio confirmare, is die tertio ad ædes aduersarii *obuagulationem* iurat, hoc est, aduersario iustum testibus adhibitis conuitium faciebat. veluti si quid esse in tuis ædibus contenderem, quod quum verè ad me pertineret, tamen apud te esse nullo testimonio possim demonstrare, illumque mihi restituere vno & altero die rogatus omnino recuses, mihi permisisse videntur Decemviri, quandoquidem deficiente testimonio inutiliter iure, aut lege ageretur, tertio die ad ædes venire, ibique ante tuas ædes rem meam repetere cum conuitio: siue, vt Plautus ait, bis, te pipulo ante ædes tuas differre. Et hanc quidem interpretationem Plautus confirmat:

*Ita me bene amet Lauerna, tu iam nisi reddi
Mihivasa iubes, pipulo hinc differam te ante
te ades.*

Obuagulationis est questio seu inquisitio cum conuitio.

In Aulularia.

id est, Conuitio, à pipatu pullorū. Cæterum effectus obuagationis ex Decemvirali hac legis auctoritate is olim fuisse videtur, vt tertio die, iusto præsentibus superstitibus conuitio solemniter ob portum facta, licuerit conuitiatori eius qui conuitium passus erat ante ædes cum iisdem testibus ingredi: & li-

Portus pro domo.

beram res suas quærendi in suis ædibus potestatem facere is cui conuitium factum erat suo conuitiatori cogebatur.

Ex Gellio 27 *Si in ius vocato morbus auitasue vitium sit: qui in ius vocassit, iumentum dato: si 20. sic restit. 20. sic restit. R. &.* *volet arceram, ne sternito.*

In libris impressis mendosè legitur: *Sinolet: arceram ne sternito*, pro, *Si volet arceram*. Item *esset*, pro, *esit*. Decemviri postulanti arceram reo sterni vetuerunt: non quòd eam delicatè sternere si actor voluisset prohiberetur, verùm quòd eam reo sine arceram in ius sequi recusanti, inuitus actor sternere non cogeretur. sed *iumentum*, hoc est, vectabulum quod iunctis pecoribus trahebatur, dari voluerunt Decemviri.

Arcera Varroni libro quarto, vehiculum est ex tabulis factum: vt ab arca arceram dictum.

Decemvirorum sententia fuit, vt in ius vocato pauperrimo homini, vel inopi, qui aut pedibus fortè æger esset, aut quo alio casu ingredi nequiret, plostrum daretur, ne causatio ægri corporis perpetuam daret fidem detrectantibus, iurisq; actiones declinantibus, vacationem. Nec quidem si morbus fonticus, quem vehementiorem vimq; grauiter nocendi continentem interpretatur Cæcilius, reum inuasisset, arceram sterni permiserunt decemviri, sed iudicii diem diffusum esse voluerunt. Decemviri eum diem diffindi dicebant, qui differebatur.

l. 2. §. 2. D. Si quis canisio.

28 *Si quid horum fuit vitium iudici, arbitro ve, reo ve: dies diffisus esto.*

In impressis pro *diffisus*, legitur *Diffensus*. erroris non admodum obscura origine, siquidem Veteres ita scribere solebant, *Diffensisus*, pro *diffisus*.

Dies autem ita diffindi solet ex hac lege duodecim tabularum, ut si morbo fontico actor vel reus impeditus esset, morbum in iure allegari per amicum curaret: tunc Prætor excusatione cognita, in diffindendo die hac formula utebatur: *Hic die diffisus esto.* Ergo Acron in Horatium. vocatus in ius, nisi ob morbum opus esset iumento, nive ob morbum fonticum dies iudicii diffisus esset, statim in ius sequi actorem cogebatur: eique non sequenti præsentibus antestatis actor iudicium denuntiabat. Antestati. Antestatos autem inde appellatos putavit Porphyrio, quod antè superstites siue testes deberent aduocari, & in testimonium adhiberi, quàm actor reum manu possetprehendere. Et id quidem expressa Decemvirali lege fuisse cautum, idem addidit: quam ego sic restituo.

29 *Si vis vocationi suat, testamini: igitur em capito antestari.*

Veteres *suat* dixisse pro *fiat* testatur Nonius Marcellus, & in Virgiliū Iulius Sabinus: *em* quoquo pro *eum* Antiquos posuisse, auctor est Festus. Itaque si actor aduersarium vocaret in ius, & is vi resisteret, (ut ita vis fieret

vocationi) voluerūt Decemviri actorem testari, hoc est testes aliquos aduocare. *igitur em capito*, id est, tunc eum capito, siue eum manu prehēdito: *antestari*, hoc est, attestando, siue Græcorum more, *πρὸς μὲν προήταται*. Vt obseruauit Briffonius. Vt itane ex lege quidem XII. Tabularum reus manu prehendi sine antestatione potuerit.

Briffonius.

Nec satis erat Decemviris manibus antestationis medio reos prehendi, verūm si caluerentur, si pedem struerent: hoc est, si frustrarentur, vix pedem pedi præferrent, fugerent, otiosè irent, remorarentur (vt Festus in verbo *Struit*, & Caius I. C.) manus in reos iniici, hoc est, manibus reos trahi & rapi in ius permiserunt Decemviri, his verbis:

In L. 233. D. Verb. sig.

30 *Si caluitur pedemve struit, manum endo iacito.*

Antestationes sic fieri solebāt: Auriculam actor vnus ex superstitibus attingēs, sic eum interrogabat, *Licet antestari?* Si ille responderet, *Licet*, manus in aduersarium iniiciebantur, perq; manus iniectionem ducebatur, trahebatur, siq; opus esset, ad Prætores obtorto collo rapiebatur.

Antestari quid.

Et si quidem aliud nihil in effectu significare videtur antestari, quàm testibus vti, vel, vt Plautus ait, testes facere quando actor in reū manus iniicere volebat. Plaut. in *Curc. Ne facias testes, neq; equidem tibi debeo quicquam.* Proinde ne sine iusta causā sic in aduersarios

uersarios ſauirent actores, lege conſtitutum reor Decemvirali, vt qui ſine anteſtatione in reum manus inieciſſet, iniuriarum poſſet conueniri.

31 *Si vindiciam falſam tulit prator, eius litis arbitros tres dato: Eorum arbitrio fructuum duplione damnum deciditor.* *Extat apud Feſtum reliquia in voce Vindicia.*

Vult hæc lex, eum qui falſo ſibi rem alienam vindicauit, id eſt, ſecundum quem poſt iniuſtam manuum conſertionem vindiciæ datæ ſunt, ad duplos fructus reſtituendos teneri. quod idem traditur & in l. i. C. Th. de fruct. & lit. expenſ. Et apud Paulum lib. ſent. 5. cap. 9. Ex die, inquit, accepti iudicii dupli fructus computantur.

Vindiciã Seruius Sulpicius vocabulo ſingulari numero formato, eſſe ait, quũ aliqua de re cõtrouerſia eſt ab eo quod vindicatur.

32 *Ut ſi quis è libertate in ſeruitutem aſſeretur, Prator vindicias ſecundum libertatem decerneret.* *Vindicia ſecundum libertatem.*

Capitis huius extat teſtimonium apud Dionyſ. Halicar. lib. ii. vbi de aſſertione Virginie puellæ commemorans, ſcribit, Numitorium ipſius auunculum & aſſertorem poſtulaffe ab Appio Claudio Decemviro, vt legem à ſe in xii. Tab. præſcriptam ſeruaret, in qua ita cautum eſſet: *σώματος εἰς δουλείαν ἐξ ἐλευθερίας ἀγομένου, μὴ τὸν ἀφαιρούμενον πρὸ ἐλευθερίου, ἀλλὰ τὸν φυλάττοντα κύριον εἶναι μέχρι δίκης.* id eſt, Eius qui in ſeruitutem ex liber-

tate afferitur, dominum vsque ad exitum iudicii non eum esse, qui contra libertatem sed qui pro libertate pugnat.

Hoc verò præmittendum non est, quin lex non eam tantum causam complexa sit, quam Dionysius nominatim retulit: nimirum quum quis è libertate in seruitutem afferitur: sed etiam alteram contrariam, quum è seruitute scilicet in libertatem vindicatio fit. H.

Paulus in l. 24. D. de lib. caus. Ordinata, inquit, liberali causa, liberi loco habetur is, qui de statu suo litigat. Item l. seq. Post ordinatum liberale iudicium, homo de cuius statu controuersia est, liberi loco habendus est.

*De nexis, ex
Gell. lib. 20.
cap. 1. sic re-
stituit.*

33. ÆRIS CONFESSI, ÆRISQUE DEBITI IUDICATIS TRIGINTA DIES IVSTI SUNTO. POST DEIN MANVS INIECTIO ESTO: *in ius ducito. Ni iudicatum faxit, nemut quips endo eo in iure vindex est, secum ducito. Vincito aut nervo, aut compedibus quindecim pondo, ne minore, aut si volet maiore vincito. Si volet, suo viuito. ni suo viuit: qui em vincitum habebit, librã far- ris endodie dato. si volet plus, dato.*

I. R. Æ. Videndum quæ sint huius restitutionis rationes præcipuæ, ob quas lectio Vetus sic immutata est. Pro *Rebusque iudicatis*, reposuimus, *Ærisque debiti iudicatis*. Certè quia in hac lege non de confessi tantum, sed etiam de æris debiti iudicatis, id est damnatis tracta-

tractatur. Confessi æris, passiuè dicitur, pro, de quo reus confessus est. Deinde subauditur nomine, vt quum dicimus, noxæ dedere, nomine scilicet. Vt apud Cic. Verrina V. Lucri aut accessionis dare, inquit Gellius, ac debiti iudicatis xxx. dies sunt dati. Et quod apud eundem Gellium sic nullo sensu legitur, *ni iudicatum facit, aut qui pseudo eo in iure vim dicit*: illud sic emendandum videtur, *ni iudicatum faxit, nemut qui pseudo eo in iure vindex est*. Festus auctor est: Veteres pro fecerit, faxit, & pro, egerit, axit dixisse: eosque pro nisi etiam, vnico verbo nemut, vsos esse.

Iacobus Cuiacius in antiquo exéplari, & *Cuia. restit.* fideli, pro *quispiam*, testatur legi *quips*. Cuiacii emendationem mirum in modum confirmat vulgaris lectio. Dubium enim non est, quin apud Gellium hæc verba, *qui spende eo*, ex his verbis, *quips endo eo*, librariorum imperitia deprauiata sint.

Qui legis verba non percipientes, dictionem *quips*, diuiserunt, & eius postremas literas duas *ps*, sequenti dictioni *endo*, adiecerunt: & ita pro *quips endo*, *qui pseudo* reposuerunt. Pro *vim dicit*, in eodem exemplari *vindicat* legi, refert idem Cuiacius. An Veteres *vindicat* ea forma qua *lauit*, sonit dixerint, non satis constat. Quòd autem sonit & *lauit* Veteres dixerunt, hoc inde est quòd iidem etiam *lauere*, & *sonere* dicerent, vt testatur Nonius Marcellus. Illud certum est, *vindicem* ab eo appellatum esse, si Festo cre-

dimus,quòd vindicat,quominus is qui pre-
sus est ab aliquo teneatur.

Ex Liuii lib. cit. Quid igitur obstat,quominus pro *vim di-*
senso. *cit,* legamus *vindex est?* Maximè quòd hanc
emendationem antiqua per vindicem asse-
rendi ratio videatur confirmare, quam ele-
ganter descripsit Liuius. Centurionè, inquit,
nobilem militaribus factis, iudicatũ pecuniæ
quum duci vidisset M. Manlius medio foro
cum caterua sua accurrit, & manum iniecit,
vociferatúsque de superbia patrum, & cru-
delitate fœneratorum, miseris plebis, virtu-
tibusque eius viri, fortunæque: tum verò, Ego,
inquit, nequicquam hac dextra Capitolium,
arcemq; seruauero, si ciuẽ commilitonemq;
meum à Gallis victoribus captum, in serui-
tutem, ac vincula duci videam. Inde rem cre-
ditori palàm populo soluit, librâq; & ære li-
beratum emittit, deos atque homines obte-
stantem, vt M. Manlio liberatori suo, parenti
plebis Romanæ, gratias referant. Indèq; vin-
dicem libertatis appellatum M. Manlium te-
statur paulò pòst idem Liuius.

Aiunt Decemviri, *secum ducito.* Quò? In
neruum, in vincula, in carcerem priuatum.

Sunt Verba
C. Licinis
Scolonis in
legis de arc
al'eno roga
tione.

Idem Liuius lib. 6. An placeret fœnore cir-
cumuētam plebem ni potius quàm sortem,
creditum soluat, corpus in neruum ac suppli-
cia dare? & gregatim quotidie de foro addi-
ctos duci? & repleri vinctis nobiles domos?
& vbicunq; patricius habitet, ibi carcerem
priuatum esse?

Quod

Quod autem pro *libras farris*, reposuimus. *libram farris*, certa legis sententia hanc emendationem suadere videbatur: ea siquidem legis est sententia, ut si illa quam lex constituit farris quantitate nexus non sit contentus, velit plus dari. Quis ergo tam erit imperitus, ut non intelligat, certam farris quantitatem legem expressisse? Si itaque legeris, *libras farris*, qui quæso fieri potest, ut plus petatur?

*Certa farris
quantitas
nexus attri-
buita.*

Ideoq; certam visi sunt Decemviri farris quantitatem expressisse, nimirum *libram vnam*, qua si contentus non esset nexus, voluerunt plus dari. Voluerunt igitur Decemviri nexos, ni suo viuerent, à creditoribus alii. Eoque respexisse visus est Terentianus ille Phormio, his versibus:

*Aliis aliud est periculum unde aliquid ab-
radi potest.*

*Mihi sciunt, nil esse, dices, ducent damna-
tum domum.*

Alere nolunt hominem edacem.

Sunt qui pro *in dies*, *endo dies* legunt. Ræuarius contendit *endodie*, ea forma & ratione legendū esse, qua apud Festum *endoprocinctu* vnica dictione legimus. *Endoprocinctu*, in *procinctu*: *endoplorato*: *implorato*: sic *endodie*, *quotidie*. Et hæc quidē ad illam legis partem, quæ apud Gellium ipsis Decemvirorum verbis mendosè legitur, sufficiant,

34 *Nicum eo pacit, sexaginta dies in vin-
culis retineto. Trinis nundinis continuis in ca-*

*mitium prociato, arisq; æstimiam iudicati
 predicato. Tertiis nundinis capite pœnas luito,
 aut trans Tyberim peregrè venum ito. aſt ſi
 plus eſunt rei, Tertiis nundinis parteis ſecan-
 to: ſi plus minùſve ſecueſunt, neſi fraude eſto.*

Eam verò, quam idem Gellius declarat,
 verbis antiquis, & quæ Decemvirorum tem-
 poribus Romæ in uſu fuiſſe exiſtimamus, re-
 ſtituere conati ſumus. Itaq; hæc Gellii verba,
 Erat autem interea ius paciſcendi, ac niſi pa-
 cti forent, habebantur in vinculis dies ſexa-
 ginta: ſic reſtituimus. *Ni cum eo pacit, ſexa-
 ginta dies in vinculis retineto.* Sic locuti ſunt
 etiam alio loco Decemviri, *Si membrum ru-
 pit, ni cum eo pacit, talio eſto.* Item hæc Gellii
 verba: Inter eos dies trinis nundinis conti-
 nuis ad Prætorem in comitiū produceban-
 tur, quantumq; pecuniæ iudicati eſſent, prædi-
 cabatur: ſic in legis formam redigimus, *Tri-
 nis nundinis continuis in comitium prociato
 arisq; æſtimiam iudicati predicato.* Prociatæ
 Veteres dixiſſe pro vocitare, & producere,
 ſcribit Feſtus: qui eodem pro æſtimatione
æſtimiam dixiſſe etiam adnotatum reliquit.
 Deniq; quòd idem Gell. nexos tertiis nundi-
 nis capitis pœnas dediſſe, aut trans Tyberim
 peregrè venum iſſe ſcribit, hoc etiam in le-
 gem ita tranſtulimus: *Tertiis nundinis capite
 pœnas luito, aut trans Tyberim peregrè venum
 ito.* Cæterum poſtrema huius legis pars, quæ
 etiam vitioſa paſſim circumfertur, ſic eſt ex-
 preſſa:

Prociatæ.

pressa: *Ast si plures esunt rei, tertiis nundinis partes secanto: si plus minusve secuesunt, nesi fraude esto.* Veteres pro plures & plurima, *Veteram Voces.* plures dixisse, & plurima. Dicebant etiam se vel nesi, pro sine: & reorum nomine, actorem & reum promiscuè accipiebant: vt tradit Festus.

Cur verò Decemviri noluerint addictos neruo aut vinculis quidecim pondo minoribus vinciri, scribit lib. v. Festus, fuisse quædam sacrificia, in quib. ita clamitabat liCTOR, *Hostis, vinculus, mulier, virgo exesto.* scilicet interesse prohibebantur. Vnde colligimus vincetos, siue nexos, sacris olim interesse solitos. idcirco cõpedes quindecim pondo maiores, quia essent grauiores, quàm vt iis quib. sacris interfuit, sese vincti subducere possint, aut fugere: expressè videntur requirere Decemviri: ne si minores essent, aut nexis custos perpetuò adesset in sacris, aut sine custode aliquod fugæ periculum subirent creditores. Et eò fortè spectat illa legis Decemviralis particula, quæ apud Festum lib. xii. Antonii Augustini diligentia sic emendata legitur, *AST EI CUSTOS NEC ESIT.* quum antea, *Atte custodes nec sint,* peruerso sensu legeretur.

35 *Tignum iunctum adibus vineæve, & concapu, ne soluito.*

Ut qui illud iunxisset domino dupli præstaret. *Vlp. in l. i. D. de rig. ian. ubi*

Extant hęc reliquię apud Festũ in voce *Tignum*, vbi scribit: Tignũ non solũ in ædificiis, sed etiam in vineis: vt est in Duodecim: *Tignum* iunctũ ædibus vineęve & concapu, ne soluito. Vide in lege Gẽma, 6. D. ad exhib. l. de eo. 6 3. D. de donat. inter vir. l. in rem, 2 3. §. tignũ. D. de rei vind. l. qui res suas, 98. in fi. D. de solut. §. cum in suo, 21. Instit. de rer. diuis. l. 7. §. 7. D. de acq. rer. dom. Legis autem equitatem Vlpianus eodẽ loco hanc profert: Ne vel ædificia sub hoc prætextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur.

Tigni appellatione omnẽ materiã contineri, ex qua ædificia cõstant: quęq; vineę necessaria sunt, veluti perticę, aut pedamenta: l. tigni. D. de verb. sig. l. tigni. D. ad exhib. Itaq; siue trabes quis alienas, siue saxa, siue lateres, siue camenta suis ædibus iunxerit, dupli eo nomine domino ex hac XII. Tab. lege teneri, Iurisconsulti constituerunt.

36 *Sirupitias, sarcito.*

In l. l. D. Ad leg. Aquil.

Vlpian. testatur, caput aliquod in XII. Tabulis de damno iniuria dato fuisse: sed superuacũ esse illud referre. Festus autem in voce *Rupitias* & itẽ in voce *Sarcito*, ita loquitur: *Rupitias* in duodecim damnũ dederis. *Sarcito* in Duodecim, Ser. Sulpicius ait significari damnũ soluito, p̄stato. Rũpendi autẽ verbo vsam quoq; legem Aquilianam, eõq; multa admodũ contineri docet Vlpianus multis verbis in l. si feruus, 27. §. 9. D. ad leg. Aquil.

37 *Ut qui alienas arbores iniuria cecidisset, in singulas arboris vigintiquinque lueret.*

Fuit & arborum, ait Plinius, cura legibus *Ex Plin. lib. 18. cap. 1.*
 priscis, cautumq; est xii. Tab. ut qui iniuria cecidisset alienas, lueret in singulas arboris xxv.

Itemq; apud Paulum in l. i. D. arb. fur. cas. Si furtim, inquit, arbores casæ sint, & ex lege Aquilia, & ex Duodecim tabulis danda est actio: &c. Dubitari potest utrumne in lege, *Si iniuria*, scriptum fuerit, ut apud Plinium legimus, an verò potius *Furtim*, ut Iurisconsulti. Furtim inquit, arborem cædit, qui clam cædit. Si ceciderit, & lucri faciendi causa cõrectauerit, etiam furti tenebitur lignorum causa.

Et Caius in l. 2. quæ ex primo illius libro ad legem xii. Tab. descripta est: Eos, inquit, qui arbores & maximè vites ceciderint, etiam tanquam latrones puniri. Nam Seruius in illud Virgilii,

Atq; mala vites incidere falce novellas. *Eclog. 13.*
 In hoc, inquit, maximum nefas est, quod ait, Vites novellas: Nam vetulæ & cum vtilitate inciduntur. fuerat autem capitale supplicium, arbores alienas incidere.

38 *Si nox furtum faxit, & in aliquis occisit, iure casus esto, I. R.* *Ex Macrob. lib. 1. cap. 6.*

Decemviri tres furtorum species constituunt, manifestum, nec manifestum, conceptum: addidere Prætores quartam, eamq; oblatum nominant. Decemviri furem qui manifesto *4. Fur. i. species.*

furto prehensus esset, occidi tunc permiserunt, & quum faceret furtum, nox esset: aut interdiu se telo cum prehenderetur, defenderet. Ex cæteris autem manifestis furibus, liberos verberari, addicique iusserunt ei cui factum furtum esset, si modò id luci fecissent, neq; se telo defendissent.

De seruis.

Seruos ite furti manifesti prehenso, verberibus affici, & è saxo præcipitari: sed pueros impuberes Prætoris arbitrato verberari voluerunt, noxamq; ab his factam sarciri. Aliis deinde furtis, quæ nec manifesta appellantur, pœnam imposuerunt dupli. Nox pro noctu, & *ini* pro cum posuisse. Furtum autem conceptum, ac si manifestum foret, Decemviros etiam vindicasse, Gellius author est. Ea quoque furta, inquit, quæ per lancem liciumque concepta essent, perinde ac si manifesta forent, vindicauerunt. Quo quidem in loco nihil esse aliud furtum per lancem & licium conceptum videtur, quam illud furtum, quod conceptum simpliciter à Prudentibus iuris est appellatum. Lance, inquit Festus, & licio, apud antiquos dicebatur, qui quia furtum quærebat in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat propter matrum familiæ aut virginum præsentiam. Vnde manifestum satis est, lancem liciumq; nihil aut adiecisse, aut substantiæ concepti furti detraxisse, sed nudam duntaxat furti inuestigandi rationem denotasse. Moris enim Decemvirorum temporibus fuisse

*Vide Gell.
lib. II. cap. 8.*

*Furtum per
lancem &
licium quid
sit, l. R.*

Mos inue-

fuisse videtur, vt si quis alicuius ædibus furtum vellet quærere, illud faceret nudas licio cinctus, & lancem ante oculos tenens, iuratusque deos legum custodes, sese reperiendi spe furtum quærere. Et tunc quidem alter ille apud quem furtum quærebat, domum suam ei qui furtum quærebat aperire, & in obfignatis, & non obfignatis locis liberam furti inquirendi potestatem facere cogebatur. Quem morem primùm à Græcis usurpatum, deinde in Ro, Remp. olim inuectum fuisse. si quis fortè satis sibi non persuaserit, inueniet Platonis de Legibus librum duodecimum: in quo id ita perspicuè traditur, vt omnem auctor diuinus cum Festo, Gellio, aliisque Latinis auctoribus collatus, dubitationis scrupulum penitus eximat.

Igitur si conceptum furtum aliud nullum dici possit, quàm furtum quæsitum & inuentum, auctore Paulo, Sent. lib. 2. tit. trigésimo primo, & Iustiniano, in §. conceptum, Instit. De oblig. quæ ex del. nascun. consequi rectè videtur, aliud quoque nullum dici posse furtum per lancem & licium conceptum, quàm furtum per lancem & licium quæsitum & inuentum.

At postquam furtorum quæstiones, hoc est, inquisitiones cum lance & licio euanuerunt, vt est apud Gellium, tunc furta quæ per lancem & licium concepta dicebantur, appellari *Concepta* simpliciter cœperunt.

Quum enim à lege Decemvirali disces-

Strigadi furtum apud Vet. Rom.

Conceptum.

lib. 16. c. 10.

sum esse, & ex manifesto furto actionem in quadruplū competere demonstrasset Gellius, hæc verba subiecit: *Furti concepti, item oblati, tripli pœna est.* Quibus haud dubiè aliud nihil voluisse visus est, quàm sicut manifesti furti in quadruplū, sic furti concepti pœnam Decemviralem in triplum conuersam à Prætoribus fuisse.

An autem in duodecim, de eo cuius ope, consilio, furtū factum esset, quicquam fuerit definitū, nihil certi affirmari posset. Nā quod Festus, docens nec pro non Veteres dixisse, in Duodecim scriptū esse ait, *Si aderit furto quod nec manifestum erit:* illud mendosum esse indicant veteres libri, quibus in Festo restituendo Antonius Augustinus vsus est. In iis enim pro *aderit*, fuisse videtur scriptū *adorat*. Et quia *adorare* pro agere, interdū antiquos posuisse Festus testatur lib. i. idcirco sic hanc legis apud eundem Festum particulam esse restituendā existimat Ræuardus, *Si adorat furtum quod nec manifestum est, duplionem luito:* & sic intelligendam, vt qui furtum nec manifestū fecisset: duplo mulctaretur. Vtus in eadem significatione verbo *adorare* videtur in Octauio Minutius Felix: At enim, inquit, nos exequias *adoramus*, eadem tranquillitate qua viuimus: hoc est, exequias facimus, celebramus eadē qua viuimus tranquillitate. Et hæc de furtis, de quibus pacisci Decemviros etiam permisisse, passim traditum est. Mirū verò est in hoc capite prætermis-

Ant. Augustinus.

Adorare quid Antiquus.

missum

missum ab omnibus quod Caius testatur: *ut tamē id ipsum cum clamore testificetur.* Quibus ex verbis præclaram illam sententiam Ulpianus expressit, quæ traditur in l. nona. D. ad leg. Cor. de sicar.

Furem nocturnū si quis occiderit, ita demū impunè feret, si parcere ei sine periculo suo non potuit. Quod si verum est, sanè illud intelligitur, non iam tãquam furem, sed tanquam sicarium & insidiatorem interfici. ut facilè existimare liceat, non id ex lege XII. Tab. sed ex edicto ad quod ea lex inscripta est, profectum fuisse: præsertim quum idem scribat in l. 5. D. ad leg. Aquil. Si quis cum posset furem apprehendere, maluerit occidere, magis esse, ut iniuriam fecisse videatur, & lege Cornelia teneatur.

39 *Ut si neq; noctu neque setelo defendens deprehenderetur, virgis casus ei cui furtum fecisset, addiceretur.* Ex Gell.

Tria ex hac lege notanda atq; observanda sunt. Primū enim intelligimus, quò ex fonte manifesti furti appellatio fluxerit, nimirū quia fures prehēdebantur. Prehensionem autem nostri interpretati sunt, vel in ipso actu, vel in loco ipso, vel antequam in locum ipsum rem deportarint.

Vnde Masurius eodem apud Gelliū loco, *l. 3. D. de furtis.* manifestū furtū definit, quod deprehēditur dū fit: faciēdi finem esse, quū perlatū est, quò ferri cœperit. Deniq; manifesti furti appellationem à manibus dictam, nemo ignorat.

Alterum obseruandum est, quod prehen-
sus fur virgis cædebat. Maiores enim no-
stri (vt Cæsar apud Salustium loquitur) Græ-
ciæ mores imitati, verberibus animadverte-
bant in ciues: de condemnatis summum sup-
Lex Porcia. plicium sumebant: postea lege Porcia: aliis-
que legibus exiliū damnatis permissum est.

Postremum notatione dignum est, de ad-
ditione in seruitutē vt non mancipium qui-
dem prehensores seruus fieret, sed in eius ser-
uitute perpetua esset, eiq; tanquam seruus
operas daret.

40 *Ne quis vnciario fœnore amplius ex-
erceto.*

Prima pars huius legis testimonium ha-
Ex Tacito. bet apud Cornel. Tacitum, lib. 5. vbi sic scri-
bit: Sanè vetus vrbi fœnebre malum, & sedi-
tionum discordiarumq; creberrima caussa:
eaque cohibebatur antiquis quoque & mi-
nus corruptis moribus. Nā primo XII. Tab.
sanctum, ne quis vnciario fœnore amplius
exerceret: quum antea ex libidine locuple-
tum agitaretur.

Alteri parti quæ sanctio legis est, argu-
mentum suppeditat, quod Cato scribit ini-
tio libri De re rust. his verbis: Maiores nostri
sic habuerunt, & ita in legibus posuerunt,
Fœnerator Furem dupli condemnari, Fœneratorē qua-
peior fure drupli. Quanto peiorem ciuem existimaue-
habitus. rint fœneratorem, quàm furem, hinc licet
existimari.

Quum

Quum Græci summam vsuram esse defini-
 sissent, quū drachmæ singulæ in minas sin-
 gulas mensibus singulis penderentur, eo-
 rundem exemplo Decemviros vsuram sum-
 mam fecisse, quum pars fortis centesima sin-
 gulis mensibus persoluitur: hoc est, quum è
 centum aureis vnus singulis mensibus pen-
 ditur. Nunc quod sit fœnus vnciarium, bre-
 uiter explicandum est.

Vnciarium fœnus non ex menstrua ra-
 tione definitur: quū singulis mensibus pars
 assis (quæ drachma apud Græcos esset) duo-
 decima penditur: neq; enim as in vsuris est
 menstruus, sed annuus duntaxat. Id verò an-
 ni ratione hoc modo: quia vsurarius As est
 quum vnoquoque anno duodeni in cent
 nos penduntur: semis vsurarius erit, quum si-
 ni quotannis penduntur: vncia, quum vnus.
 sextans, quum bini: quadrans, quum terni:
 triens, quum quaterni: quincunx, quum quin-
 ni: septunx, quum septeni: bes, quum octoni:
 dodrans, quum noni: dextans, quum deni:
 deunx, quum vndeni. Illud minimè præter-
 eundum est, quod Lilius testatur, Legem *Liv. lib. 7.*
 hanc, annis posteaquam perlata est 97. de-
 prauatis (vt credi par est) temporibus obso-
 letam, renouatam à M. Duilio, L. Mænio tri-
 bunis plebis fuisse, Marcio, Manlio Cossan-
 no 398. quam plebs aliquanto cupidius sci-
 uit, accepitque, quàm Patres, quibus haud
 æquè læta erat. Quum autem furtum natu-
 ra turpius sit quàm fœneratio: illud enim

*Cur furti
minor pœ-
na.*

iure gentium turpe est, hæc gentium prope omnium institutis comprobata est: præterea quum furtum inuitis dominis fiat, fœneratio verò ambobus consentientibus exerceatur, quidnam causæ fuit, cur fœneratores quadrupli, fures dupli damnandi viderentur? Hoto. resp. Quia, quum furtum natura, hoc est (vt Cicero loquitur) sua sponte turpe sit, multo facilius homines ad fœnerandum quàm ad furandum adducuntur. Pœnæ igitur grauitate multitudo deterrenda fuit.

*Caius l. i. ff.
fam. ercis.
Vlp. lib. 4.
eod.*

41 *Uti caterarum rerum si heredes partem quisq; suam habere mallent, familia erciscundæ arbitrum sumerent: cui totius rei ius arbitriumq; permetterent.*

Ercisci.

Ercitum.

Citum.

Familia nomine res hereditariæ à lege XII. Tab. appellantur. *Ercisci* Veteres pro partiri ac diuidere dicebāt. Vnde illud Festi, *Ercitum* citumq; sit inter consortes: *Ercitum* à coërcendo dictum: vnde & *Erciscundæ*, & *Ercisci*. *Citum* autem, est vocatum à ciendo. *Ercitum* dici potest, quia quum hereditas diuisa est, alter ab alterius parte arceretur. Itaq; certa & solemnia fuisse verba, quibus arbiter, partibus diuisis, alterum ab alterius parte arceret. Cic. in l. de Orat. significat. Summa huc pertinet vt Arbiter Familix erciscundæ additus, primùm singulas res, si commodè fieri possit, singulis adiudicet: si non possit, & vnus pars præponderet, tum eum alteri in pecu-

pecuniam certam condemnet. quòd si vnus aliquis solus fructus percepit, rémq; hereditariam corrumpit aut consumsit, tum eum in certã quoq; pecuniam alteri condemnet. l. 16. l. 19. l. 55. D. famil. ercisc.

CLAUSULA LITIVM.

42. *Vt iurisiurandi ad fidem astringēdam præcipua vis esset.*

Cicero Offi. 3. ita scribit: Nullū enim vinculum ad stringendam fidem iureiurando Maiores arctius esse voluerunt. Id indicant leges in XII. Tab. &c. Gellius, Iusiurandum, *lib. 7. cap. 12.* inquit, apud Romanos inuiolatè sanctéque habitum seruatumque est. Id & moribus legibúsq; multis ostenditur, &c. Sed nemo id copiosius explicauit Dionysio, qui lib. 2. extremo, Regi Numæ institutū illud assignat. Polyb. lib. 6. commemorat, tātum apud Romanos iurisiurandi religionem valuisse, vt ea laude facilè gentibus omnibus antecellerent. Nam si Græco homini, inquit, qui magistratum gerat, talentum vnum committatur, etiam si decem scribendo adsint, signaq; totidem atque etiam duplo plures testes extent, fidem tamen plerunque violant. Apud Romanos autem, qui, quum Remp. gerunt, maiorem multò pecuniam tractant, sola iurisiurandi sui religione in officio suo continentur. Ad hanc porrò legem illud Caii pertinet, Maximum remedium expediendarum *l. 1. De iur. iurando.* litium esse Iurisiurandi religionem.

E X A D R I A N O

Turnebo.

lib. *Advers.*
15. cap. 26.

Suprà expo-
sita, pag. 45.

LEGEM XII. Tab. quæ his verbis est con-
cepta, *Cui testimonium defuerit, is tertio*
diebus ob portum ob vagulationem ito. scio à
Iuriscōsultis doctissimis huius memoriæ va-
riè exponi, & magno studio ab illis semise-
pultas legum earum reliquias effodi: Quo-
dam etiam quadam Decemvirali potestate
leges scribere & rogare: tentabo tamen hac
in lege sensum, qui mihi probabilis videat-
ur, explanare. Neque verò debeo excludi
ab hac interpretatione, quæ velint nolint
tota coniecturæ est, vt sagacis sit hominis &
mediocriter eruditi eam captare, non solius
Iuriscōsulti.

Comperen-
dinare.

Vagio.
Vagulo.

Puto igitur significari si testis ei defuerit,
qui litem habuit, ei licere *comperendinatio-*
nis die, id est, die tertio, ante eius ædes liberè
conqueri & implorare eius testimonium,
conuitiùmque recusanti facere. Nam à *va-*
gio *vagilo* & *vagulo* deducitur, vnde *vagula-*
tio, quod conquerentis & plorantis est: nec
assentior iis, qui à *vagor* deducunt, nec qui
obuagulatum legunt, quum *vagulationem*
Festus planè aperteque legat, & interprete-
tur, sitq; *ob vagulationem* dictū antiquo mo-
re pro *Ad vagulationem*.

Et quoniam verba XII. Tab. modis omni-
bus video interpolari atque mutari, nec per
nostram licere eorum sepultis manibus in-
scitiam

scitiam quiescere (nam quæ nõ intelligimus, protinus ad nostrum captum scribimus atq; formamus) ipse quoque pari ac reliqui in eas temeritate ac vesania grassabor.

L Ex est apud Porphyriõnẽ interpretem *Suprà pag.*
 Horatii, sed ita balbutiens, vt à nemine *47.*
 intelligatur, & tamen loquatur quidquid
 cuius collibuit, *Si vis vocationi testamini,*
igitur em capito antestari: Ego eius verba sic
 concipienda puto, *Si in ius vocat, ni it, ante-*
status manuum iniucito, aurem antestati capito.
 & vt opinor, non longè recedunt ista à vesti-
 giis deprauationum vetustarum. Nam in il-
 lo, *mi ni igitur*, mihi latitare videtur *manuum*
iniucito cum priore *aure* syllaba: & nomina-
 tim disertè que mōnent interpretes prodit-
 tam lege actionem iniuriarum in eum fuisse,
 qui sine antestatione manum inieciisset.

A LIA in lege, *Si pater filium ter venun-* *Suprà pag.*
darit, filius à patre liber esto: nõ vt editur *25.*
venundauit, legẽdum credo. non enim pos-
 sum credere, Decemviros *dauit* scripsisse: &
 animaduerti non infrequenter in futuro le-
 ges loqui solere.

A LIAM etiam legem aduersus nos vin- *Suprà pag.*
 dicem assertoremque postulare cogam- *37.*
 us: ea est apud Gellium, sed valde corrupta:
 quam sic lego, *Qui si erit testatus libripensve*
fuerit, ni testimonium fateatur, improbus in-
testabilisque esto: alii pro *fateatur*, *fariatur*
 edunt: alii *feriatur*: non malè etiam *ferat* le-
 geretur: *testatus* autem est antestatus, quo

pacto & scribenti non repugnabo: in Gellio, *testatior* peruersissimè scribitur.

Adē Turneb.
lib. Aduersf.
13. cap. 27.
Vindicia.
Suprà pag.
49.

VIndiciam ferre est sententia decretòque obtinere rem: dicebat enim vindicias iudex, ferebat vindicias qui rem obtinebat: sed si vindiciam ille tulerat, qui non debuerat, tribus arbitris datis, duplione damnum luebat. lex enim erat, *Si vindiciam falsam tulit, rei sine litis arbitros tres dato, eorum arbitriis fructus duplione damnum decidito.* Significant & vindiciæ manus correptionem,

καρπισμός.

καρπισμός à Clemète vocatur, à Charisio *καρπισεία*: quòd manus brachiale caperetur, qui *carpus* dicitur. Id & Gellius indicat scribens, *Vindicia correptione man^o in re atq³ loco præsentis apud Pratorē fiebāt.* Ex eo etiā adfertor

καρπισής.

καρπισής, & adfertio *καρπισεία* vocat, vt in lexico Latinogreco reperi. Sūt & vindiciæ libertas Charisio auctore, qui *ἐλευθερία* explicat. **E**ST & in Gellio lex, *Ante meridiem causam conscito, quum perorāt ambo præsentis*: Hic ego eis facile assentior, qui *causam conuicito* legunt. nam hoc fieri lex non vult, nisi vtraq; parte præsentis. Neq; tantum rei causam conuiciūt: sed eam quoq; iudex *conuicere* dicitur, quū audit. *Conscire* autē causam pro cognoscere Latinè, dici nō posse reor, vitiososq; Gellii codices arbitror. Nā in Cornificii antiquis libris *conuicito* indubitāter sine vlla vitii aut lituræ suspiciōe scribit. *Post meridiē, inqt. præsentis litē addicito si ambo præsetes.*

Suprà pag.
10.

Conscire
causam.

Suprà pag.
10.

Lis quid.

Hic *lis*, res est de qua controuersia est, que addi-

addi-

addicitur alteri, præfente tamen aduerfario. Nam eo abfente non temerè ftati adiudicare præfenti rem folebant, fed comperédinabant. Itaq; de Claudio vt nouū fcribitur, *Absentibus fecundum præfentes facile dabat.* legere tamen quidam malunt, *Litem adiicito*, vt eodem die coniectioni lis adiiciatur.

QUOD autem additur, *Sol occafus fuprema tempeftas efto*, fignificat poft occafum folis cognofcédas cauffas non effe nec iudicandum: fed tum iudiciū effe dimittendum. Igitur *occafus folis* eft fupremū tempus diei vltimumq; iudicantibus.

ALIA eft lex de iuncto tigno XII. Tab. verbo nescio quo *concapu* cõtaminata, aut, vt alii emédant, capulo capularis facta: quam ego fic fcribendam puto, & fortaffe turpius inquinabo fœdaboq;: *Tignū iunctum adibus vineaq; copulane folutio.* vt lex vetet tignum vindicari & extrahi *ex adibus & vinearum maceria*, aut aliquo earū cõpluuiio aut iugo.

Nunquam putauit *capulos* egere tignis: fauet emendationi, q̄ Iurifconfulti tantum *de tigno in vinea & adib.* legē XII. Tab. loquutã fcribunt, nec *capuli* meminerūt, fed nec Feftus ipfe: verum quia in antiquis libris partim *cõcapet*, partim *concapus* reperitur, neq; eorum negligenda eft auctoritas, fortaffe hac formula lex fit edenda, *Tignum iunctū adib. vineaq; cum capite, ne folutio.* nam capite iunguntur tigna & vineis, quū alligantur innectunturq; vitibus & ædificiorū parietib. quū infe-

Capita.

runtur indunturque: vel potius in vinea iunguntur cum aliquo vitis capite: nam *capita* vitium stirpes dici non ignorat qui Scriptores rei rusticæ legit: sed & Maro ita usurpat,

--- *superest deducere terram*

Sapius ad capita: Hâc interpretationem verioremi puto, posteriorémque scripturam legis certioremi existimo: sed omnium sincerissimam, *Tignû iunctam adibus vineæve ne vindicato, ne soluto:* huic quidém fauet Vlpiani interpretatio, qua dicit legé XII. Tab. neque *soluere*, permittere furtium tignum iunctum adibus vineæve, neque *vindicare*. non deerit fortasse, qui *néve capito, néve soluto* scribat.

l. i. ff. de sig. iunct.

SV BIVNGAM lib. I. de Orat. locum alium, quem & emendare & explicare conabor. *Vel si caussam ageres militis, patrem eius, ut solet, dicendo à mortuis excitasses. statuisses ante oculos, complexus esset filium, flénsque eum centum viris commendasset: lapides me hercule omnes flere ac lamentari coëgisses: ut totum illud, uti lingua nuncupasset, non in XII. Tab. quasi omnibus bibliothecis anteponis, sed in magico carmine scriptum videretur.* Non dubito, quin quum in omnibus libris veteribus Magistri scriptum reperiatur, ea sit sincera germanaque scriptura, quæ non intellecta in magum degeneraverit. eam arbitror probatam iri bonis & intelligentibus, ubi explicata fuerit. Agit lege in hereditatem testamento patris exheres filius, non ta-

Lex XII. tab.

men nominatim exheredatus, sed alio herede scripto, quum ipse militiae mortuus existimatus esset. Eam igitur causam si Crassus egisset, carmen illud XII. Tab. *Uti lingua nuncupasset. ita ius esto*, quo nexa, mancipia, testamenta, confirmantur: iniquum iniustumque increpasset, neque tam legum carmen, quam magistrorum bona debitorum proscribentium & à liberis debitorum ad alienos transferentium clamasset, præsertim quum eo testamento, veluti auctione, ad extraneum bona transitura essent. *Carmen autem magistri* interpretor, tabellam quam magister proponebat, & qua proscribebat se alicuius bona vendituum. Eius enim olim, qui multis debebat latitabatque neque defendebatur, creditores Prætorem adibant, apud quem querebantur, bonorumque possessionem petebant: quam & Prætor dabat, atque in diem certam eam possidebant: quæ quum venerat, Prætorem rursus adibant, petebantque sibi ut liceret vnum è suo numero deligere, qui bonorum venditioni præffet, qui *magister* dicebatur: is in compitis celebribus, & frequentibus vrbs locis Tab. proponebat, se debitoris bona vendituum his verbis: **TITIVS** debitor noster incidit in causam venditionis bonorū, nos creditores eius bona vendemus: qui volet emtor accedat. hęc, ut opinor, proscriptionem Cicero hęc appellat *magistri carmen*.

*Nexa.**Testamēta.**Mancipia**Carmē magistri.**Ritus venditionis bonorum.*

Antecessoris nomen.

IN edicto Iustiniani, quo iuris auctoritas confirmatur, *Antecessores* homines legum peritos & iuris, etiamsi non sint professores, existimo ab honore, quod aliis qui ius non didicere antecedant. Sic Apostolorum principes Tertull. antecessores vocat, vt lib. 5. aduersus Marcionem, *quam Paulus sciret se non in vanum cucurrisse, quam dexteræ eî darent antecessores*, & libro 1. tunc primum cum antecessoribus Apostolis conferebat.

Ἀπκένστορ.

Nec verò eos laudo qui *Antecessores* esse legendum contendant, quæ vox Latinis hominibus insolens & inaudita est: Nam Hesygium, in quo *ἀπκένστορ* scribitur, non satis locupletem & idoneum testem arbitror, quum præsertim verba Latina ore Græco plerunque corruptiùs concipi sciam. In ea

Dupondii.

constitutione *Dupondii* appellantur, auditores primi anni: quamobrem in controversiam venit. ego vt aliorum sententias omittere, sic eos appellatos existimo ridiculè, quod non essent magni pretii: sed duorum assium: vt si triobolares aut diobolares auditores diceres. nam dupondius duos asses significat, vel 24. vncias, vel 16. sescuncias, ac pro pecunia parua ponitur. Cic. pro Quin. *Si dupondius tuus ageretur, Sex. Navi, si in paruula re captionis aliquid vererere.* In eadem

Diobolares. auditores.

ΑΥΤΑΙ.

constitutione *Lytas* solutos interpretantur quidam magno sanè flagitio: *λυται* enim non *λύται* dici debuerunt. ego solutores interpretor, qui iam tantos progressus habent


bent iniure, vt de eo respondere propè possint, & quæstiones soluere : atque ii erant, qui responsis Prudentum, & quæstionibus operam dabant. eos propè expressisse Iuuen. hoc versu videtur,

Qui iuris nodos, legumq; enigmata soluat.

Idem est in *Prolytis* error. quos tãquam præ-solutores interpretor, quòd etiam solutoribus, qui lytæ dicuntur, antecellant.

πρωλυται.

TITVLI





TITVLI EX CORPORE VL- PIANI,

A IVLIO PACIO IN PA-
*ragraphos distincti, & argu-
mentis illustrati.*

DE LEGIBVS ET moribus.

^a *Hac lex pro-
hibuit do-
nari certis
personis. l. 4.
Cod. Theod.
De don. Fe-
stus hanc mu-
neralem à
Plauto So-
cari scribit.
Ne quis ob
causam o-
randam do-
nũ munus-
ve caperet.
^b *Macrobium
in Somnium**

¶ *De legibus. De lege imperfecta.*



IMPERFECTA lex est veluti
Cincia, ^a quæ supra certum
modum donari prohibet, ex-
ceptis quibusdam cognatis:
& si plus donatum sit, non
rescindit.

De lege minus quàm perfecta.

I Minus quàm perfecta lex est, quæ vetat
aliquid fieri: & si factum sit, non rescindit:
sed pœnam iniungit ei qui contra legem fe-
cit, qualis est lex Furia ^b testamentaria, quæ
plus quàm mille assium legatum, mortisve
causa

caussa prohibet capere: præter exceptas personas: & aduersus eum qui plus ceperit, quadrupli pœnam constituit.

Derogatione, abrogatione, derogatione, subrogatione, obrogatione.

1 Lex aut rogatur, id est, fertur: aut abrogatur, id est, prior lex tollitur: aut derogatur, id est, pars primæ tollitur: aut subrogatur, id est, adiicitur aliquid primæ legi: aut abrogatur, id est, mutatur aliquid ex prima lege.

¶ *De moribus.*

3 Mores sunt tacitus consensus populi, longa consuetudine inueteratus.

Scip. ad fru. Inter leges, aut. illa imperfecta dicitur, in qua nulla deuiantib. pœna statuitur.

DE LIBERTIS.

TITVLVS I.

¶ *Diuisio libertorum.*

LIBERTORVM genera sunt tria, Ciues Romani, Latini Iuniani, Dedititiorum numero.

¶ *De ciuibus Romanis.*

1 Ciues Romani sunt liberti, qui vindicta, Censu, aut testamento, nullo iure impediente manumissi sunt.

¶ *De manumissis vindicta.*

2 Vindicta manumittuntur apud magistratum, velut Prætorem, Consulem, Proconsulem.

Censu.

Censu manumittebantur olim, qui lu-

Rom. ciues. Latini Iuniani Dedititi.

Vindicta, Censu, & Testam. manumisse.

strali censu Romæ, iussu dominorum, inter
ciues Romanos censum profitebantur.

Testamento.

4 Ut testamento manumissi liberi sint, lex
duodecim Tabularum facit, quæ confirmat,
quod datum legatum est.

Inter amicos.

5 *Hodie autem ipso iure liberi sunt ex
lege Iunia, qua lege Latini sunt nominati, in-
ter amicos manumissi.

^a Al. quibus-
ve stigmata,
nisi vestigia
sint nota.

Senec. lib. I.
de benef. Sic
nō est bene-
ficium quod
sub oculos
venit: sed be-
neficii vesti-
giū est nota.

^b Id est, con-
fessi.

^c Ad ludum
gladiatorii.

^d In publicū
carcerē. Igi-
tur publicus
carcer dedi-
tium facit
nō priuatus:
nisi corpori
vincula ad-
hibita sint.
l. Seruum. de
Verb. sign.

¶ *De dedititiis.*

6 Dedititorum numero sunt, qui pœnæ
caussa vincti sunt à domino: quibus vestigia
^a scripta fuerunt: qui propter noxam torti
nocentesq; inuenti^b sunt, quiue traditi sunt,
vt ferro^c, aut cum bestiis depugnarent: vel in
custodiam^d coniecti fuerunt: deinde quo-
quo modo manumissi sunt: idque lex Ælia
Sentia facit.

¶ *De seruo minore 30. annis.*

7 Eadem lege cautum est, vt minor 30. an-
norū seruus vindicta manumissus, ciuis Ro-
manus non fiat, nisi apud consilium causa
probata fuerit: ideo sine consilio manumif-
sum seruum manere putat. Testamento ve-
ro manumissum perinde haberi iubet, atq;
si domini voluntate in libertate esset, ideo-
que Latinus fit.

¶ *De domino minore 20. annis.*

8 Eadem lex eum dominum, qui minor
viginti annorum est, prohibet seruum ma-
numittere, præterquam si causam apud
consi-

consilium probauerit. In consilium^e autem^e *Hac eadē*
 adhibentur Romæ quinque Senatores, & *Œ Theoph.*
 quinque Equites Romani, in prouincia vi- *scribit in*
 ginti Recuperatores, ciues Romani. *tit. Qui*
de quibus
mancip.

¶ *De domino qui soluendo non est.*

9 Ab eo domino, qui soluendo non est,
 seruus testamento liber esse iussus, & heres
 institutus, etsi minor sit triginta annis, vel in
 ea causa sit, vt dedititius fieri debeat, ciuis
 Romanus & heres fit: si tamen alius ex eo
 testamēto nemo heres sit. Quòd si duo plu-
 resve liberi heredēsq; esse iussi sunt, primo
 loco scriptus liber & heres fit. Quod & i-
 psūm lex Ælia Sentia facit.

¶ *De manumissione in fraudem credi-
 toris, vel patroni.*

10 Eadem lex in fraudem^a creditoris &^a *Caius idē*
 patroni manumittere prohibet. *lib. 1. Instit.*

¶ *De seruo, qui in bonis tantum est.*

11 Qui tantum in bonis, non etiam ex iu-
 re Quiritium seruum habet, manumitten-
 do Latinum facit. In bonis tantum alicui-
 us seruus est, velut hoc modo, Si ciuis Ro-
 manus à ciue Romano seruum emerit, is-
 que traditus ei sit, neque tamen mancipa-
 tusei, neque in iure cessus, neque ab ipso
 anno possessus sit. Nam quamdiu horum
 quid fiat, is seruus in bonis quidem emto-
 ris est, ex iure Quiritium autem vendito-
 ris est.

¶ *De mulieribus & pupillis.*

12 Mulier quæ in tutela est, item pupil-

lus & pupilla manumittere non possunt.

¶ *De seruo communi.*

¶ §. *Bl. Inst. de donat.*

13 Communem seruum ^b vnus ex dominis manumittendo, partem suam amittit: eaque adcrefcit socio, maximè si eo modo manumiserit, quo, si propriũ haberet, ciuẽ Romanũ facturũ esset. Nam si inter amicos eum manumiserit, plerisque placet eum nihil egisse.

¶ *Huius sententia vestigia quadã sunt in l.*

quoties, in fin. De hered. inst. l. 2.

De manu vind. l. si fructuariũ.

De manu test. nam Inst. in constitutio in contrariũ scripta est.

¶ *Cuia. credit leg. præf. ararii. Præfectorum. n. ararii est,*

bona qua fisco deferuntur vel spernere vel agnoscere. l.

argo. §. plane Defid. lib. l. edito. De

ere fisco.

¶ *De seruo, in quo vsusfructus alterius est.*

14 Seruus, in quo alterius est ^a vsusfructus alterius proprietatis, à proprietatis domino manumissus, liber non fit, sed seruus sine domino est.

¶ *De manumissione post mortem heredis, aut ante institutionem heredis.*

15 Post mortem heredis, aut ante institutionem heredis, testamẽto libertas dari non potest, excepto testamento militis.

¶ *De manumissione inter medias heredum institutiones.*

16 Inter medias heredum institutiones libertas data, vtrisque aduentibus non valet: solo autem priore aduente, iure antiquo valet. Sed post legem Papiam Poppeam, quæ partem non aduentis caducam facit, si quidem primus heres velius antiquum habeat, valere eam posse placuit: quòd si non habeat non valere constat, quòd loco non aduentis, legatarii partis ^b heredes fiunt. Sunt tamen qui & hoc casu valere eã posset dicunt.

¶ *Si*

¶ *Si vnus ex heredibus adierit.*

17 Qui testamento liber esse iussus est, mox quàm vnus ex heredibus adierit hereditatem, liber fit.

¶ *Qui iustam libertatem ex testamento consequi possunt.*

18 Iusta libertas testamento potest dari his seruis, qui testamenti faciendi, & mortis tempore ^a, ex iure Quiritium testatoris fuerunt.

¶ *De numero seruorum manumittendorum.*

19 Lex Furia Caninia ^b iubet testamento ex tribus seruis: non plures quàm duos manumitti: & vsque ad decem, dimidiam partem manumittere concedit: à decimo vsque ad triginta, tertiam partem, vt tamen adhuc quinque manumittere liceat, æquè vt ex priori numero: à triginta vsq; ad centum quartam partem, æquè vt decem ex priori numero liberari possint. à centum vsq; ad quingentos, partem quintam, similiter vt ex antecedenti numero viginti quinque possint fieri liberi. Eademq; præcipit, ne plures omnino quàm centum, ex cuiusquam testamento liberi fiant.

¶ *De libertatibus nominatim dandis.*

20 Eadem lex cauet, ^c vt libertates seruis testamento nominatim dentur.

^a Vel intra diem cretionis, l. Seru.

De manu test. & infra. tit. 22.

^b Quid fiet, si supra statutu numeru seruos in testamento manumittat?

Et placet liberari eos qui primo loco scripti sunt, & q; ad legitimum numerum:

quod & in lege Ælia seruat. l. qui soluen- do 2. l. si non lex. §. 1. hered. Inst.

^c §. Libertas. Inst. de legat.

DE STATVLIBERIS.

TITVLVS II.

¶ *De statuliberis. Definitio.*

QVI sub conditione testamento liber esse iussus est, statu liber appellatur.

De conditione pendente.

1 Statu liber, quamdiu pendet conditio, seruus heredis est.

De statulibero alienato ab herede, vel suscepto ab aliquo.

2 Statu liber seu alienetur ab herede, siue suscipiatur ab aliquo, libertatis conditionem secum trahit.

^a *In hac lege emtoris nomine continentur omnes, qui quoque iure dominium in statulibero nacti sunt. Et hoc Pomp. scribit in l. statuliberi à ceteris. de statuliber. Hac idem lege significatur vendi statuliberos posse.*

3 Sub hac conditione liber esse iussus, si decem millia heredi dederit, & si ab herede alienatus sit, emtori dando pecuniam, ad libertatem perueniet. Adque lex duodecim tabularum iubet^a.

Quibus casibus conditio pro impleta habetur.

4 Si per heredem factum sit, quo minus statu liber conditioni pareat, perinde fit liber, atque si conditio expleta fuisset.

5 Extraneo pecuniam dare iussus & liber esse, si paratus sit dare, & is qui iussus est dare, aut nollet accipere, aut antequam acceperit moriatur, perinde fit liber, ac si pecuniam dedisset.

¶ *De libertate directa, vel fideicommissaria.*

6 Libertas & directò potest dari hoc modo, *Liber esto, Liber sit, Liberum esse iubeo:* & per fideicommissum, vt putà, *Rogo, fidei committo heredis mei, vt Stichum seruum manumittat.*

Cuius fiat libertus.

7 Is qui directò liber esse iussus est, hoc ius fit libertus^a. Is autem, cui per fideicommissum data est libertas, non testatoris sed manumissoris fit libertus.

Cuius fidei committi possit.

8 Cuius fidei committi potest ad rem aliquam præstandam, eiusdem etiam libertas fidei committi potest.

Quibus per fideicommissum libertas dari possit.

9 Per fideicommissum libertas dari potest tam proprio seruo testatoris. quàm heredis, aut legatarii, vel cuiuslibet extranei seruo.

De seruo alieno.

10 Alieno seruo^b per fideicommissum data libertate, si dominus eum iusto pretio non vendat, extinguitur libertas. quoniam nec pretii computatio pro libertate fieri potest.

¶ *De testamentis & codicillis.*

11 Libertas sicut dari, ita & adimi tam testamento, quàm codicillis testamento confirmatis potest: vt tamen eodem modo adimatur, quo & data est.

^a Horum quidam dixere παρά τὸ ὄρον.

Hic autem nullius est libertus. l. si necesse de bon. li. nisi Charontus, Platonis, aut Orci. quam obrem & Charonianus ab Theophilo dictus est, ea forma, qua Orcini Senatores (quorum meminit Suet. Tranquillus) à Plutarcho in M. Antonio Charontis dicuntur.

^b Si relinquatur res aliena, & si heres non possit eam redimere, non tamen extinguitur legatum aut fideicommissum.

DE LATINIS.

TITVLVS III.

¶ *Quibus modis ius Quiritium consequuntur.*

^a Latini cō-
mercium ha-
bent, & te-
stamēti fa-
ctionē. De-
dititii non
item. Latini
vera li-
bertate po-
tūtur quā-
diu viuunt.
Dedititii
ſombra &
imaginibus
libertatis.
Ciuēs autē
Romani me-
liore condi-
tione ſunt,
quā Latini.

^b Partū La-
tinū naſci,
argumento
erat lex Mē-
ſa, de qua
in tit. I.

LATINI IUS ^a Quiritium consequuntur his modis, beneficio principali, liberis, iteratione, militia, naue, ædificio, piſtrino: præterea ex Senatusconsulto, veluti quæ ſit ter enixa.

De beneficio principali.

1 Beneficio principali Latinus ciuitatem Romanam accipit, ſi ab imperatore ius Quiritium impetrauerit.

De iure liberorum.

2 Liberis ius Quiritium conſequitur Latinus, qui minor triginta annorum manuſſionis tempore fuit. Nam lege Iunia cautum eſt, vt ſi ciuem Romanam, vel Latinam vxorem duxerit teſtatione interpoſita, quòd liberorum quarendorū cauſſa vxorem duxerit, poſtea filio filiæve nato natæve, & aniculo factò, poſſit apud Prætorem vel Præfidem prouinciæ cauſſam probare, & fieri ciuem Romanum tam ipſe, quā filius filiæve eius & vxor, ſcilicet ſi & ipſa Latina ſit. nam ſi vxor ciuis Romana ſit ^b, partus quoq; ciuis Romanus eſt ex Senatusconsulto, quod auctore Diuo Adriano factum eſt.

De iteratione.

3 Iteratione ſit ciuis Romanus, qui poſt Latini-

Latinitatem, quam acceperat, maior triginta annorum, iterum iuste manumissus est ab eo, cuius ex iure Quiritium seruus fuit. Sed huic concessum est^a ex senatusconsulto, etiam liberis ius Quiritium consequi.

De militia.

4 Militia^b ius Quiritium accipit Latinus, si inter vigiles Romæ sex annis militauerit, ex lege Visellia. Præterea ex senatusconsulto concessum est ei, ut si triennio inter vigiles militauerit, ius Quiritium consequatur.

De naue.

5 Naue Latinus ciuitatem Romanam accipit, si non minorem quam decem millia modiorum nauem fabricauerit, & Romam sex annis frumentum portauerit, ex edicto Diui Claudii.

* * *

DE HIS QUI SVI iuris sunt.

TITVLVS IIII.

¶ *De principibus familiarum.*

SVI iuris sunt familiarum suarum principes, id est, paterfamilia, itemque materfamilia.

¶ *De spuris.*

I Qui matre quidem certa, patre autem incerto nati sunt, spurii appellantur.

^a Qui minor 30. annorū Latinitatē accipit, liberis ius Quiritium consequitur ex lege Iulia. post hanc aetatem qui Latinitatē accipit, non nisi patroni beneficio.
^b Vigilū septem cohortes D. Augustus in Urbe ita constituit, ut binae regiones Urbis unaquaque cohors tueretur. Inter eas qui Latinus sex annis militasset, ex lege Visellia ius Quiritium consequatur. tandem Senatui triennium visum est sufficere.

DE HIS QUI IN potestate sunt.

TITVLVS V.

¶ De liberis ex iusto matrimo- nionatis.

• Hic locus
sic Cuiacii
iudicio resti-
tuendus est.
Nunc autē
etiā ex quar-
to gradu li-
cet vxorem
ducere. Sed
tamen fra-
tris aut so-
roris filiā,
neprem &
eorū, quan-
vis eodē gra-
du sit, ami-
tam vel ma-
terteram,
eāmq; vxo-
rem, qua no-
nerca vel
prinigna,
vel nur^{us}, vel
socrus no-
stra fuit du-
cere non
possumus.

IN potestate sunt liberi parentum ex iusto
matrimonio nati.

¶ Quod sit iustum matrimonium.

1. Iustum matrimonium est, si inter e-
os, qui nuptias contrahunt, connubium fit,
& tam masculus pubes quàm fœmina po-
tens sit, & vtrique consentiant, si sui iuris
sunt, aut etiam parentes eorum, si in potesta-
te sunt.

¶ De connubio. Definitio.

2. Connubium est vxoris iure ducendæ
facultas.

De ciuibus Romanis, & Latinis.

3. Connubium habent ciues Romani cum
ciuibus Romanis: cum Latinis autem & per-
egrinis, ita si concessum sit.

De seruis.

4. Cum seruis nullum est connubium.

De cognatis & affinibus.

5. Inter parentes & liberos infinitè cuius-
cunque gradus connubium non est. Inter
cognatos autem ex transfuerso gradu, olim
quidem vsque ad quartum gradum matri-
monia contrahi non poterant: nunc^a autem
etiam ex tertio gradu licet vxorem ducere.

Sita-

Si tamen fratris filia, non etiam sororis filia, aut amita, vel matertera, quanuis eodē gradu sit: eademq; vxore: nouerca, vel priuigna, vel nurus, vel focrus nostra fuit, ducere non possumus.

¶ *De incestu.*

6 Si quis eam, quam non licet, vxorem duxerit, incestum matrimonium contrahit: idēque liberi in potestate eius non fiunt, sed quasi vulgò concepti, spurii sunt.

¶ *Virum patrem an matrem liberi sequantur.*

7 Connubio interueniente, liberi semper patrem sequuntur: non interueniente connubio, matris conditioni accedunt, excepto eo, qui ex peregrino & ciue Romana, peregrinus nascitur: quoniam lex Mensia^a ex alterutro peregrino natum deterioris parentis conditionem sequi iubet.

^a l. lex natura. D. de statu. ho.

8 Ex ciue Romano & Latina Latinus nascitur: & ex libero & ancilla, seruus: quoniam cū his casibus connubia non sint, partus sequitur matrem.

¶ *Utrum spectetur tempus conceptionis, an partus.*

9 In his qui iure contracto matrimonio nascuntur, conceptionis tempus spectatur, in his autem qui non legitimè concipiuntur, editionis: veluti si ancilla conceperit, deinde manumissa pariat, liberum parit. Nam quanuis non legitimè cōcepit, cū editionis tempore libera sit, partus quoq; liber est.

TITVLVS VI.

¶ *De dotis dictione, datione, & promissione.*

DOS aut datur aut dicitur, aut promittitur. Dotem dicere potest mulier, quæ nuptura est: & debitor mulieris, si iussu eius. ^a*Ad hanc rē constitutus.* dicat institutus^a: parens mulieris virilis sexus per virilem sexum cognatione iunctus, velut pater, auus paternus. Dare promittere ^b*Paulus in l. promittēdo. De iur. dot.* dotem omnes possunt.

¶ *De dote profectitia vel aduentitia.*

1 Dos aut profectitia dicitur, id est, quam pater mulieris dedit: aut aduentitia, id est, ea quæ à quouis alio data est.

¶ *De morte mulieris.*

2 Mortua in matrimonio muliere, dos à patre profecta ad patrem reuertitur, quintis in singulos liberos in infinitum relictis penes virum. Quòd si pater non sit, apud maritum remanet. Aduentitia autem dos semper ^c*Siue liberi, sint. siue nō. l. mortis causa. §. sed & si. dos. De donat. caus. mor.* penes maritum remanet, præterquam si is qui dedit, vt sibi redderetur stipulatus fuit: quæ dos specialiter receptitia^d dicitur.

¶ *De diuortio.*

3 Diuortio facto, si quidem sui iuris fit, mulier ipsa habet actionem, id est, dotis repetitionem: quòd si in potestate patris sit, pater adiuncta filia persona habet actionē reuera. Nec interest aduentitia sit dos, an profectitia.

¶ *Do*

¶ *De morte mulieris post diuortium.*

4 Post diuortium defuncta muliere, heredi eius actio non aliter datur, quàm si moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit.

¶ *De quantitate & aliis rebus.*

5 Dos si pondere, numero, mensura contineatur, annua, bima, trima die reddetur: nisi si, vt præsens reddatur, conuenerit. Reliquæ dotes statim redduntur.

¶ *De retentionibus.*

6 Retentiones ex dote fiunt aut propter liberos, aut propter mores, aut propter impensas, aut propter res donatas, aut propter res amotas.

De liberis.

7 Propter liberos retentio fit, si culpa mulieris aut patris cuius in potestate est, diuortium factum sit. Tunc enim singulorum liberorum nomine sextæ retinentur ex dote: non plures tamen quàm tres sextæ in retentione sunt, non in petitione.

De dote semel functa,

8 Dos quæ semel functa est, amplius fungi non potest, nisi aliud matrimonium sit.

De Moribus.

9 Morum nomine, grauiorū quidem sexta^a † retinentur: leuiorum item octaua^b †. Grauiores mores sunt, adulteria tantum: leuiiores, omnes reliqui.

10 Mariti mores puniuntur, in ea quidem dote, quæ à die reddi debet. Ita propter maiores mores præsentem dotem reddit pro-

^a † Leg. sextæ.

^b † Leg. autem octauæ.

Cuius.

pter minores senûm mensum die. In ea autem quæ præsens reddi solet, tantum ex fructibus iubetur reddere, quantum in illa dote quadriennio redditur: quod repræsentatio facit.

De impensis.

11 Impensarum species sunt tres: aut enim necessariae dicuntur, aut vtilis, aut voluptuosæ.

12 Necessariæ sunt impensæ, quibus non factis dos deterior futura est: veluti si quis ruinosas ædes refecerit.

13 Vtilis sunt, quibus non factis quidem deterior dos non fuerit: factis autem fructuosior dos effecta est: veluti si vineta & oliueta fecerit.

14 Voluptuosæ sunt, quibus neque omnis deterior dos fieret: neque factis, fructuosior effecta est: quod euenit in viridariis, & *al. picturis.* *¶* pictoris, similibusq; rebus.

DE IVRE DONATIONUM inter virum & vxorem.

TITVLVS VII.

¶ De donationibus inter virum & vxorem.

INTER virum & vxorem donatio non valet, nisi certis ex causis: mortis causa, diuortii causa, serui manumittendi gratia. Hoc amplius principalibus cõstitutionibus concessum est mulieri, in hoc donare viro suo, vt
is ab

ab Imperatore, latoclauro, vel equo publico, similive honore honoretur.

¶ *De actione rerum amotarum.*

1 Si maritus diuortii causa res mouerit, rerum quoque amotarum actione tenebitur.

¶ *Si maritus pro muliere se obligauerit.*

2 Si maritus pro muliere se obligauerit: vel in rem eius impenderit: diuortio facto, eo nomine cauere sibi solet stipulatione tribunitia.

¶ *De patria potestate, & de matrimonio inter dispares per errorem contracto.*

3 In potestate parentum sunt etiam ii liberi quorum causa probata est, per errorem contracto matrimonio inter dispares * condignis personas. Nam seu ciuis Romanus Latinam, aut peregrinam, vel eam, qua Dedititorum numero est quasi per ignorantiam uxorem duxerit: siue ciuis Romana per errorem peregrino, vel ei qui Dedititorum numero est, aut etiam si Latino ex lege Ælia Sentia nupta fuerit, causa probata, ciuitas redditur tam liberis quam parentibus, praeter eos qui Dedititorum numero sunt, & ex eo fiunt in potestate parentum liberi.

* *al. disparis conditionis.*

DE ADOPTIONIBVS.

TITVLVS VIII.

¶ *Qui sint in potestate parentum.*

NONTANTUM naturales liberi in potestate parentum sunt, sed etiam adoptiui.

¶ *Species adoptionis.*

^a l. 2. C. de adopt. Hodie per Imperatorem.

1 Adoptio fit aut per populum ^a, aut per Prætorem, vel Præsidentem prouinciæ. Illa adoptio quæ per populum fit, specialiter arrogatio dicitur.

¶ *De his qui sui iuris sunt, & de filiis familias.*

2 Per populum, qui sui iuris sunt arrogantur: Per Prætorem autem, filii familiæ a parentibus dantur in adoptionem.

¶ *De Roma & prouinciis.*

^b Quoniam curiatis committitur.

3 Arrogatio Romæ tantum fit ^b: adoptio autem, etiam in prouincia apud Præsidentem.

¶ *De sexu & ætate eorum qui adoptantur.*

^a Legendum arrogantur.

Carissa illa est, quia nulla cum fœminis committitur communitio est. Caterum per principem fœmina arrogantur. l. nã fœmina. D. de adopt.

4 Per Prætorem vel Præsidentem prouinciæ adoptari tam masculi quàm fœminæ, & tam puberes quàm impuberes possunt. Per populum verò Romanum, fœminæ quidem non arrogant ^a. Pupilli antea quidem non poterant arrogari: nunc autem possunt ex constitutione Diui Antonini.

¶ *De spadone, & de cœlibe.*

5 Hi qui generare non possunt, velut spadonem, utroque modo possunt adoptare. Idem iuris est in cœlibe.

¶ *De eo, qui filium non habet.*

^b In manu est uxor, qua conuenit in manu. In ma-

6 Item is qui filium non habet, in locum nepotis adoptare potest.

¶ *De effectu arrogationis.*

7 Si paterfamiliaæ arrogandum se dederit, liberi quoque eius quasi nepotes, in potestate fiunt arrogatoris.

¶ *De feminis.*

8 Fœminæ verò neutro modo possunt adoptare, quoniam nec naturales liberos in potestate habent.

DE HIS QUI IN

manu sunt.

TITVLVS IX.

FARRE conuenitur in manum, ^b certis verbis, & testibus X. præsentibus, & solenni sacrificio facto, in quo panis quoq; farreus adhibetur.

* * *

QUI IN POTESTATE

mancipiõve sunt, quemadmodum eo iure liberentur.

TITVLVS X.

¶ *De emancipatione.*

LIBERI parentum potestate liberantur emancipatione, id est, si postea quàm mancipati fuerint, manumissi sint. Sed filius quidem ter mancipatus, ter manumissus, sui iuris fit. Id enim lex duodecim Tabularum iubet his verbis, *Si pater filium ter venundarit, filius à patre liber esto.* Ceteri autem liberi

*nū aut con-
farreatione
conuenitur,
aut coemti-
one. Sed o-
missa est cō-
farreandi
adsuetudo,
Et Cor. Tac.
lib. 4. Anna-
lium scribit.
Omissa quo-
que tandem
est coemtio.
Denique o-
missa est o-
mnis cōuen-
tio in manū.
Quamobrē
Triboniana
in l. &
xorem. de
rit. nup. l. ex
parte. §. i. de
Verb. oblig.
scripsit in
matrimo-
nium con-
uenire, cum
tamen Pap.
scripsisset, in
manū con-
uenire, & in
l. Si concu-
bina rer. a-
mot. conue-
nit. pro in
manum con-
uenit.*

præter filium tam masculi quàm fœminæ, vna mancipatione manumissionéque sui iuris fiunt.

¶ *De Morte.*

1 Morte patris filius & filia sui iuris fiunt. Morte autem aui nepotes ita demum sui iuris fiunt, si post mortem aui in potestate patris futuri non sunt: veluti si moriente auo pater eorum aut iam decessit, aut de potestate dimissus est. Nam si mortis aui tempore, pater eorum in potestate eius sit, mortuo auo, in patris sui potestate fiunt.

De aqua & ignis interdictione.

2 Si patri vel filio aqua & igni interdictum sit, patria potestas tollitur: quia peregrinus fit is, cui aqua & igni interdictum est. Neque autem peregrinus ciuem Romanum, neque ciuis Romanus peregrinum in potestate habere potest.

¶ *De captivitate.*

3 Si pater ab hostibus captus sit, quanuis seruus hostium fiat: tamé cum reuersus fuerit, omnia pristina iura recipit, iure postliminii. Sed quandiu apud hostes est, patria potestas in filio eius interim pendebit: & cum reuersus fuerit ab hostibus, in potestate filium habebit. Si verò ibi decesserit, sui iuris filius erit. Filius quoq; si captus fuerit ab hostibus, similiter propter ius postliminii, patria potestas interim pendebit.

¶ *De sacerdotio.*

4 In potestate parentum esse desinunt & hi, qui

hi, qui Flamines Diales^a inaugurantur, & quæ virgines Vestæ capiuntur.

DE TUTEELIS.

TITVLVS XI.

¶ *Quibus dantur tutores.*

TUTORES constituuntur tam masculis, quàm fœminis: sed masculis quidē impuberibus duntaxat, propter ætatis infirmitatem: fœminis autem tam impuberibus, quàm puberibus, & propter sexus infirmitatem, & propter forensium rerum ignorantiam.

¶ *Diuisio tutorum.*

1 Tutores autem legitimi sunt, aut senatusconsultis constituti, aut moribus introducti.

¶ *De legitimis tutoribus.*

2 Legitimi tutores sunt, qui ex lege aliqua descendunt. Per eminentiam autem legitimi dicuntur, qui ex lege duodecim Tabularum introducuntur, seu propalàm, quales sunt agnati: seu per consequentiam, quales sunt patroni.

¶ *De agnatis.*

3 Agnati sunt, à patre cognati virilis sexus^a, per virilem sexum descendentes, eiusdem familiæ^b: veluti patruus, fratres^c, filii fratris patruelis.

¶ *De fiduciario tutore.*

4 Qui liberum caput mancipatum sibi vel

parentis sui iuris sit, capite nō minuitur. l. 3. §. Sit. ad Maced. Adiungo etiam eū qui Flamini Diali, aut Festali sacerdote suo iuris sit. l. 2. quod cū eo l. 1. §. sed et si alio, quā de pecul. auctore Gellio. lib. 1. c. 13. Et hoc nimirū est, quod ait Vlpia. in d. l. 3. Vel aliis sui iuris, &c. ^aIn tutelariū questione ita d. finiuntur agnati, propterea quod tutela virile munus est. ^bl. pronūtia tio. §. cōmuni de Ver. s. ^cLegēdum, Fratres patruales, filii fratris patruelis.

^d Qui à parente, is est pater fiduciarius qui à coemtoe, is est pater naturalis.

^a Leg. Suf. tit. Rursus Verò lex Claudia sublata est constitutione Constantini. l. 3. C. de leg. tut. c. 2. C. Th. de tut. & cur. crean.

^b Hoc est quod ait. l. tut. de capit. minutis. Tutelas etiam non amittit capitis diminutio, exceptis his qua I. A. P. P. deferuntur, id est, iure agnationis proximis potissimum deferuntur. ^c Hoc M. Tul. explicat in extremo orationis pro Cecinna.

à parente, vel à coemtoe^d, manumisit: per similitudinem patroni, tutor efficitur, qui fiduciarius tutor appellatur.

¶ De cessione tutela, & tutore cessico, & tutela feminarum.

5 Legitimi tutores, alii tutela in iure cedere possunt.

6 Is cui tutela in iure cessa est, Cessicustutor appellatur. qui siue mortuus fuerit, siue capite minutus, siue alii tutela cesserit, redit ad legitimum tutorem tutela. Sed & si legitimus decesserit, aut capite minutus fuerit, cessitia quoq; tutela extinguitur.

7 Quantum ad agnatos pertinet, hodie cessitia tutela non procedit: quoniam permissum erat in iure cedere tutelam fœminarum tantùm, non etiam masculorum. fœminarum autem legitimas tutelas lex Claudia sustinet^a.

¶ De capitis deminutione.

8 Excepta tutela patronorum^b legitima tutela capitis diminutione amittitur.

9 Capitis minutionis species sunt tres: maxima, media, minima.

10 Maxima capitis diminutio est, per quam & ciuitas, & libertas amittitur. veluti cùm incensus aliquis venierit^c: aut cùm mulier alieno seruo se iunxerit, denuntiante domino, & ancilla facta fuerit, ex senatusconsulto Claudiano.

11 Media capitis diminutio dicitur, per quam sola ciuitate amissa, libertas retinetur: quod

quod fit in eo, cui aqua & igni interdicitur.

12 Minima capitis diminutio est, per quam & ciuitate & libertate salua, status duntaxat hominis^d mutatur: quod fit adoptione, & in manum conuentione.

¶ *De testamentaria tutela.*

13 Testamento quoq; nominatim tutores dati confirmantur eadem lege duodecim Tabularum his verbis: *Vt legasset super pecunia tutelave suae rei, ita ius esto: qui tutores dati uis appellantur.*

14 Dari testamento tutores possunt liberis qui in potestate sunt.

15 Testamento tutores dari possunt hi, cum quibus testamenti faciendi ius est, praeter Latinum Iunianum. Nam Latinus habet quidem testamenti factionem, sed tamen tutor dari non potest. id enim lex Iunia prohibet.

¶ *De capitis deminutione, abdicatio-
ne, cessione.*

16 Si capite diminutus fuerit tutor testamento datus, non amittit tutelam: sed si abdicauerit se tutela, desinit esse tutor. Abdicare autem^a est, dicere nolle se tutorem esse in iure. Cedere^b autem tutela testamento datus non potest. nam & legitimus in iure cedere potest, abdicare se non potest.

¶ *De lege Attilia, & lege Iulia
& Titia.*

17 Lex Attilia iubet mulieribus, pupillis uel non habentibus tutores dari à Praetore & maiore parte Tribunorum plebis: quos tu-

^d Saluo statu publici iuris l. 1. §.

capitis. S. C. Terry. priuatus hominis status commutatur.

^e Integralis est Paterfamilias. Vt legasset. Vide leg. xij. Tab.

^f Legitimi non dantur, sed ipso iure sunt tutores. l. legitimos. D. de legit. tutor.

Testamentaria, Attiliani, Iuniani, datione tutores fiunt.

^a Nil ab abdicatioe distat excusatio. Excusatio dationi duntaxat utitur.

l. eadē uoc. D. de exc. tut. §. qui excusare, &

Inst. eod.

^b Legitima. In iure autē cedere.

^a Delēda est
 vox pupilla:
 nam de pu-
 bere hic agi-
 tur, non de
 pupilla.

^b Si ad dotē
 constituēn-
 dā erit hoc
 contrarium
 superiorire-
 gula turis,
 qua dicitur,
 Certa rei tu-
 torē non da-
 ri: si genera-
 liter (quod
 § ipsum, si
 mutus aut
 furiosus sit,
 legitimus tu-
 tor ex S. C.
 fieri potest. l.

pen. D. de tu-
 tel.) obstat
 illa regula,
 qua caue-
 tur, Tutorē
 habenti tu-
 torē non da-
 ri, ideōq; S.
 C. opus fuit.

^c Mauult.
 Cuius. Idēq;
 permisit in
 patroni filio:
 nimirum &
 in eius locū

tores Attilianos appellamus. Sed quia lex At-
 tilia Romæ tantum locum habet, lege Iulia
 & Titia perfectum est, ut in prouincia quoq;
 similiter à præsidibus earum dentur tutores.

¶ De lege Iunia.

18 Lex Iunia tutorem fieri iubet Latino, vel
 Latinis impuberibus eum, qui etiam ante
 manumissionem ex iure Quiritium fuit.

¶ De leg. Iulia de maritandis or-
 dinibus & de S. C.

19 Ex lege Iulia de maritandis ordinibus,
 tutor datur à Prætore urbis ei mulieri virgi-
 ginive, quam ex hac ipsa lege nubere oportet,
 ad dotem dandam, dicendam, promit-
 tendamve, si legitimum tutorem pupilla
 non habeat^a. Sed postea Sentaſus censuit,
 ut etiam in prouincia quoque similiter à
 præsidibus earum ex eadem causa tutores
 dentur.

20 Præterea etiam in locum muti, furio-
 siue tutoris, alterum dandum esse tutorē ad
 dotem constituendam^b Senatus censuit.

21 Item ex Senatusconsulto tutor datur
 mulieri ei, cuius tutor abest, præterquam si
 patronus sit, qui abest. Nam in locum pa-
 troni absentis alter peti non potest, nisi ad
 hereditatem adeundam, & nuptias contra-
 hendas. Idemque permisit in pupillo patro-
 ni filio^c.

22 Hoc amplius Senatus censuit, ut si tu-
 tor pupilli pupillæve suspectus à tutela
 submotus fuerit, vel etiam iusta de causa

excusatus, in locum eius tutor alius datur.

¶ *De moribus.*

23 Moribus tutor datur mulieri pupillóve qui cum tutore suo lege aut legitimo iudicio agere vult, vt auctore eo agat (ipse enim tutor in rem suam auctor fieri non potest) qui Prætorianus tutor dicitur, quia à prætore vrbis dari consuevit.

*non nisi ad
adcurandum
hereditatē,
vel dotem
constituen-
dum tutor
datur.*

¶ *De auctoritate tutorum.*

24 Pupillorum pupillarumque tutores & negotia gerunt, & auctoritatē interponunt. Mulierū autem tutores auctoritatem duntaxat interponunt.

25 Si plures sunt tutores, omnes in omni re debent auctoritatem accommodare, præter eos qui tunc dari sunt^a: nam ex his vel vnus auctoritas sufficit.

^a*Legendum,
Qui testa-
mento datū
sunt. l. vlr.
C. de auct.
præst.*

26 Tutoris auctoritas necessaria est, mulieribus quidem in his rebus, si lege aut legitimo iudicio agant, si se obligent, si ciuile negotium gerant, si libertæ suæ permittant in contubernio alieni serui morari, si mancipia alienent. Pupillis autem hoc amplius etiam in rerum nec mancipi alienatione tutoris auctoritate opus est.

¶ *Quibus modis tutela finitur.*

27 Liberantur tutela, masculi quidem pubertate. Puberem autem Cassiani quidem eum esse dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, id est, qui generare potest: Proculeii^b autem, eum qui quatuordecim annos expleuit: verum Priscus eum pube-

^b*Quorum
sentētia lib-
stiniasso pla
cet.*

Imperfecta oratio est.

Ceterum & nunc ponitur casus in tit. & l. in quo liberta tutela patrum liberantur. Denique omnes feminae conventionem in manu liberantur auctore Boetio in Topica Ciceronis.

rem esse, in quem vtrunq; concurrit, & habitus corporis, & numerus annorum. Feminae autem tutela liberantur.

DE CURATORIBVS.

TITVLVS XII.

¶ *Diuisio curatorum.*

CURATORES aut legitimi sunt, id est, qui ex lege duodecim Tabularum dantur: aut honorarii, id est, qui à Prætoře constituuntur.

¶ *De curatoribus legitimis.*

1 Lex duodecim Tabularum furiosum, itemq; prodigum cui bonis interdictum est, in curatione iubet esse agnatorum.

¶ *De curatoribus honorariis.*

2 A Prætoře constituitur curator, quem ipse Prætor voluerit, libertinis, prodigis, itemq; ingenuis, qui ex testamento parentis heredes facti, malè dissipant bona: his enim ex lege curator dari non poterat: cum ingenuus quidem non ab intestato, sed ex testamento heres factus sit patri: libertinus autem nullo modo patri heres fieri possit, qui nec patrem habuisse videtur, cum seruilis cognatio nulla sit.

3 Præterea dat curatorem ei etiam, qui nuper pubes factus, idoneè negotia sua tueri non potest.

DE COELIBE, ORBO,
& solitario patre.

TITVLVS XIII.

¶ *De senatoribus.*

LEGE Iulia prohibentur vxores ducere, senatores quidem liberiq; eorum, libertinas, & quæ ipsæ, quarumve pater matèrve artem ludicram fecerit: item corpore qua-

Et has quoque senatores non ducunt. l. Iulia. §. <. de rit. nup. Est in eandem auctoritate

Marci & Comodi factū plenius S. C. de quo in l. oratio. de spons.

^b Qui ad leges Iulias libros scripsit.

^c Hoc est, & interim etiam si cælibe vitam agat, capere ex aliorum testamentis possint.

^d Legendum triennii. & de Cuias hic.

¶ *De ceteris ingenuis.*

I Cæteri autem ingenui ^a prohibentur ducere lenā, à lenone lenave manumissam, & in adulterio deprehensam, & iudicio publico damnatam, & quæ artem ludicram fecerit: adiicit Mauricianus ^b, & à senatu damnatam.

DE P O E N A L E-
gis Iuliæ.

TITVLVS XIII.

FOEMINIS lex Iulia à morte viri anni tribuit vacationem ^c: à diuortio, sex mensium: lex autem Papia à morte viri, biennii ^d: à repudio anni & sex mensium.

DE DECIMIS.

TITVLVS XV.

VIR & vxor inter se matrimonii nomine decimam capere possunt. Quòd si ex

alio matrimonio liberos superstites habeat, præter decimam quam matrimonii nomine capiunt, totidem decimas pro numero liberorum accipiunt. Item communis filius, filiave, post nonum diem amissus, amissave, vnam decimam adiicit. duo autem^a post nonum diem amissi, duas decimas adiiciunt. Præter decimam, etiam vsumfructum tertie partis bonorum eius capere possunt: & quotcunque liberos habuerint, eiusdem partis proprietatem. Hoc amplius mulier petere præter decimam dotem potest legatam sibi.

^a Tres post nonum diem amissi soli dunt adiciunt. tit. prox.

^b Nam à sexto gradu cognatio nulla est. §. & l. de success. cog.

^c Legit. Cui. Abest & intra. Credit hæc vera esse, si absit Reip. causa. Nam annus eis tantum dari solet, qui Reip. causa abesse desierunt.

^d Ifiod. lib. 5. Non. Valët. de testam. §. l. & valeat. C. Th. de inf. iis que sub 737.

DE SOLIDI CAPACITATE inter virum & vxorem.

TITVLVS XVI.

ALIQVANDO vir & vxor inter se solidum capere possunt: velut si vterq; , vel alteruter eorum nondum eius ætatis sit, quæ quidem liberos exigit: id est, si vir minor annorum viginti quinque sit, aut vxor annorum viginti minor. item si vtriq; lege Papiæ finitos in matrimonio annos excellerint, id est, vir sexaginta ann. vxor quinquaginta. item si cognati inter se coierunt vsq; ad sextum gradum^b: aut si vir absit, & donec abesset, intra annum postquam abesse desierit, libera inter eos testamenti factio est. Si ius liberorum à principe impetrauerint: aut si filium filiamve communem habeant: aut quatuordecim ann. filium vel filiam duodecim amiserint:

rint:

rint: vel si duos trimos, vel si tres post nonum diem amiserint, vt intra annum^e tamen & sex menses. Etiam vnus cuiuscunque ætatis impubes amissus solidi capiendi ius præstat. Item si post mortem viri intra decem menses vxor ex eo peperit, solidum ex bonis eius capit.

^e *Leg. Cui.*
vt intra annum & sex menses etiã vnus. &c.
præstet.

1 Aliquando nihil inter se capiunt, id est, si contra legem Iuliam, Papiamq; Poppeam contraxerint matrimonium: verbi gratia, si famosam quis vxorem duxerit, aut libertinam senator.

2 Qui intra sexagesimum, vel quæ intra quinquagesimum annum neutri legi^a paruerit, licet ipsis legibus post hanc ætatem liberatus esset, perpetuo tamen pœnistenebitur, ex senatusconsulto Perniciano. Sed Claudio senatusconsulto maior sexagenario, si minorem quinquagenaria duxerit, perinde habetur, ac si minor sexaginta annorum duxisset vxorem. Quod si maior quinquagenaria minori sexagenario nupserit, impar matrimonium appellatur: & senatusconsulto Caluitiano^b iubetur non proficere ad capiendas hereditates, & legatas dotes. Itaque mortua muliere, dos caduca erit^c.

^a *Sineq; liberos suscepit, neq; matrimonium contraxerit.*

^b *Vide nũ legendum sit, Claudio, & supra.*

^c *Vt in l. si quis officium. §. veterem. l. dote. de rit. nupt.*

DE CADVCIS.

TITVLVS XVII.

¶ *Caduca sunt, qua mortuo testatore deficiunt: ut puta, si heres vel legatarius ante apertas tabulas decesserit, vel alias incapax factus fuerit.*

QUOD quis sibi testamento relictum, ita ut iure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, veluti cecidit ab eo: verbi gratia, si cœlibi, vel Latino^a Iuniano legatum fuerit, nec intra dies centum vel cœlebs legi paruerit, vel Latinus ius Quiritium consequutus sit: aut si ex parte scriptus, vel legatarius ante apertas tabulas decesserit, vel peræger factus sit.

^a Ergo & cū cœlibe & cū Latina testamenti factis est.

1 Hodie ex constitutione Imperatoris Antonini, omnia caduca fisco vindicantur, sed seruato iure antiquo liberis & parentibus.

2 Caduca cum suo onere fiunt: ideóque libertates & legata fideicommissa ab eo data, ex cuius persona hereditas caduca facta est, salua sunt: scilicet & legata, & fideicommissa cum suo onere fiunt caduca.

QVI HABEANT IUS

antiquum in caducis.

TITVLVS XVIII.

¶ *Ea qua mortuo testatore deficiunt ex iure antiquo, apud heredem remanent: post legem Iuliam & Papiam caduca fiunt: ius tamẽ ea lege antiquum seruatur liberis & parentibus. usq; ad 3. gradum §. & cùm lex. C. de caduc. toll. quod & in tit. proximo: & tit. 1. & tit. 2 §. Ulpianus notat.*

Item

ITEM liberis & parentibus testatores vsq; ad tertium gradum lex Papia ius antiquum dedit: vt heredibus illis institutis, quod quis ex eo testamento non capit, ad hos pertineat, aut totum, aut ex parte, prout pertinere possit.

DE DOMINIIS ET adquisitionibus rerum

TITVLVS. XIX.

¶ *Derebus mancipi, & nec mancipi.*

OMNES res aut mancipi sunt, aut nec mancipi. Mancipi res sunt prædia in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus: quàm urbana, qualis domus. Item iura prædiorum rusticorum: velut via, iter, actus, & aquæ ductus. Item ferui & quadrupedes, quæ dorso collòve domantur, velut boues, muli, equi, asini: cæteræ res nec mancipi sunt. Elephantibus & camelis, quanuis collo dorsove domentur, nec mancipi sunt: quoniam bestiarum numero sunt.

¶ *Quibus modis singulae res acquiruntur.*

1 Singularum rerum dominia nobis acquiruntur, mancipatione, traditione, vsucapione, in iure cessione, adiudicatione, lege.

De mancipatione.

2 Mancipatio propria species alienationis est, & rerum mancipi: eaq; fit certis verbis^b, libripende, & quinque testibus præsentibus.

^a *Videntur quidẽ mancipi esse, nõ sunt tamen. quia fera bestia sunt. l. 2. §. ult. ad leg. Aquil. Nam quia in bestiarum numero, tunc sciuntur: mancipi sunt esse quando capi. siue domari ceperint. Tollitur verò hæc differentia in tit. de vsu. transf. C.*

^a *Superest. &*
^b *Exempla sunt in §.*

*præterea
quib. modis
ius potest.*

*sol. §. i. de
testa. ord.*

*Horum ex-
emplo Iuni-
ani introdu-
cti sunt, &*

*Iustin. scri-
bit in tit. de
lat. lib.*

*Commer-
ciū est per-
mutatio. l.*

*ex hoc iure.
de Inst. &
Iure.*

*At Cuiac.
Necmācipi
rerum §. c.*

*Modestinus
ait in l. 3. de
Usurp. §. &*

*Usucap adie-
ctio domi-
nii. mauult*

*Cuiac. ade-
ptio, & hic.*

*2 Trib. Ser-
bis omne of-
ficiū Prae-*

*toris conti-
netur Do, di-
co, addico.*

*Dat indices.
Dicit ius,
Addicit, ex-
empli gra-*

3 Mancipatio locū habet inter ciues Ro-
manos, & Latinos Colonarios^c, Latinosq;
Iunianos, eosq; peregrinos quibus commer-
cium datum est.

4 Commercium^d est emendi vendendiq;
inuicem ius.

5 Res mobiles non nisi præsentēs man-
cipari possunt, & non plures quàm quæ ma-
nu capi possunt. Immobiles autem, etiā plu-
res simul, & quæ diuersis locis sunt, mancipa-
ri possunt.

De traditione.

6 Traditio^e, propriè est alienatio rerum.
Necmācipi rerum dominia, ipsa traditio-
ne deprehendimus: scilicet, si ex iusta causā
traditæ sunt nobis.

De usucapione.

7 Usucapione dominia adipiscimur, tam
mācipi rerum, quàm necmācipi. Usucapio
est autem dominii adeptio^f, per continua-
tionem possessionis anni, vel biennii: rerum
mobilium anni, immobilium biennii.

De in iure cessione.

8 In iure cessio^g quoq; communis aliena-
tio est, & mācipi rerum, & necmācipi, quæ
fit per tres personas, in iure cedentes, vindi-
cantes, addicentes.

9 In iure cedit dominus: vindicat is, cui ce-
ditur: addicit Prætor.

10 In iure cedi res etiam incorporales pos-
sunt, velut ususfructus, & hereditas, & tutela
legitima, & libertas^h.

11 Hereditas in iure ceditur, vel antequam adeatur, vel posteaquam adita fuerit.

12 Antequam adeatur, in iure cedi potest legitimo ab herede: posteaquam adita est, tam à legitimo, quàm ab eo qui testamento heres scriptus est.

13 Si antequam adeatur hereditas: in iure cessa sit, perinde heres fit cui cessa est, ac si ipse heres legitimus esset. Quod si posteaquam adita fuerit, in iure cessa sit: is cui cessa est^b, permanet heres, & ob id creditoribus defuncti manet obligatus: debita verò pereunt, id est, debitores defuncti liberantur.

14 Res^c autem corporales, quoties singulæ in iure cessæ sunt, transeunt ad eum cui cessa est hereditas.

De adiudicatione.

15 Adiudicatione^d dominia nanciscimur, per formulam Familiæ erciscundæ, quæ locum habet inter coheredes: & per formulam Communi diuidundo, qui locus est inter socios: & per formulam Finium regundorum, quæ est inter vicinos. Nam si iudex vni ex heredibus, aut sociis, aut vicinis rem aliquam adiudicauerit, statim illi acquiritur, siue mancipi, siue nec mancipi sit.

De lege.

16 Lege nobis acquiritur, velut caducum vel creptitium ex lege Papia Poppea: item legatum ex lege duodecim Tabularum,^e siue mancipi res sint, siue nec mancipi.

^a l. Verbis legis de verb. signific.

ria, in cessantibus.

^a De iure Cessantia tit.

11. dictum est.

Libertas cessantia ea est

quæ Syndicta datur. ce

dit enim libertatē do-

minus, Syndicat seruo,

addicit Praetor, & inde

scipioni libertoris, quem

liberandis seruis gerit,

Syndicta nomen.

^b Videtur lo-

gendum, Is à quo cessa est

quonia subin fert, Per-

manet he-

res.

^c Dixit de rebus incorpo-

ralibus, quæ ceduntur in

iure: nunc de rebus corpo-

ralibus.

^d Idē Instin-

scribit in extremo tit. de off. iud.

¶ *Per quas personas nobis acquiritur.*

16 Adquiritur autē nobis etiam per eas personas, quas in potestate, manu mancipio-ve habemus. Itaq; siquidem (mancipio puta) acceperint, aut traditum eis sit, vel stipulati fuerint, ad nos pertinet.

17 Item si heredes instituti sint, legatūmve eis sit: & hereditatem iussu nostro adeuntes nobis adquirunt, & legatum ad nos pertinet.

¶ *Dominus Bonitarius prefertur domino Quiritario.*

18 Si servus alterius in bonis^b, alterias ex iure Quiritum sit, ex omnibus causis acquireret ei, cuius in bonis est.

¶ *Alii dicunt ex operis: sed hoc quoque recte est: Et in §. de iis. per quas pers. nob. §. itē per quas pers. oblig. nob. adq.*

19 Is quem bona fide possidemus, siue liber, siue alienus servus sit, nobis acquirit ex duabus causis tantūm, id est, quod ex re nostra, & quod ex operibus^c suis acquirit: extra has autem causas, aut sibi acquirit, si liber sit: aut domino, si alienus servus sit. Eadē sunt & in eo servo, in quo tantūm vsum fructum habemus.

DE TESTAMENTIS.

TITVLVS XX.

¶ *Definitio.*

TESTAMENTVM est mentis nostræ iusta contestatio, in id solenniter factum, vt post mortem nostram valeat.

¶ *Divisio.*

1 Testamentorum genera fuerunt tria: vnum, quod calatis Comitiiis, alterum quod in procinctu, tertium quod per æs & libram appella-

appellatum est. Illis duobus testamentis abolitis, hodie solum in usu est, quod per æs & libram fit: id est, per mancipationem imaginariam: in quo testamento libripens adhibetur, & familiæ emtor, & non minus quàm quinque testes, cum quibus testamenti factio est.

¶ *De testibus libripende, & familia emtoris. De his qui sunt in potestate testatoris, vel familia emtoris.*

2 Qui in potestate testatoris est, aut familiæ emtoris, testis ad libræ pensæ † adhiberi non potest. quoniam familiæ mancipatione inter testatorem & familiæ emtorem fit: & ob id domestici testes adhibendi nõ sunt.

† *Legge aut libripens. Cuius.*

De patre familia emtoris.

3 Filio familiæ emente, pater eius testis esse non potest.

De duobus fratribus.

4 Ex duobus fratribus qui in eadem patris potestate sunt, alter familiæ emtor, alter testis esse non potest: quoniam quod vnus ex his mancipium accipit, acquirit patri, cui filius suus testis esse non debet: pariter & qui in potestate eius est constitutus.

Duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes vtrique, vel alter testis, alter libripens fieri possunt, alio familiam emente: quoniam nihil nocet ex vna domo plures testes alieno negotio adhiberi.

De muto, surdo, furioso, pupillo, fœmina.

6 Mutus, surdus, furiosus, pupillus, fœmina, neq; familiæ emtor, neq; testis, libripensve fieri potest.

De Latino Iuniano.

7 Latinus Iunianus, & familiæ emtor, & testis, & libripens fieri potest: quoniam cum eo testamenti factio est.

¶ *De familia mancipatione, & nuncupatione seu testatione.*

8 In testamento, quod per æs & libram fit, duæ res aguntur, familiæ mancipatio, & nuncupatio testamenti. Nuncupatur testamentum in hunc modum. Tabulas testamenti testator tenens ita dicit, *Hæc uti his tabulis cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor. itaque vos Quirites testimonium præbitote.*

* Forſitan re
etiꝯ legere-
tur. perhi-
betote. *Apu-
leſus lib. 2.*

*Vos in hanc
rē boni Qui-
rites, testi-
moniũ per-
hibetote.*

† *Super eſt
Marcus. §. i.
quibus non
eſt permis.
fac. teſtam.
Cui.*

Quæ nuncupatio & testatio vocatur.

¶ *Qui testamentum facere possunt, vel non possunt. De filiofam.*

9 Filius familiæ testamentum facere non potest: quoniam nihil suum habet, ut testari de eo possit. Sed Diuus Augustus Marcus † constituit, ut filius familiæ miles de eo peculio quod in castris adquisiuit testamentum facere possit.

De incerto de statu suo.

10 Qui de statu suo incertus est (facito quod patre peregrè mortuo, ignorat se sui iuris esse) testamentum facere non potest.

De impubere.

11 Impubes, licet sui iuris sit, testamentum facere

facere non potest: quoniam nondū plenum iudicium animi habet.

De muto, surdo, furioso, prodigo.

12 Mutus, surdus, furiosus, itemque prodigus cui lege bonis interdictum est, testamentum facere non possunt: mutus, quoniam verba nuncupationis loqui non potest: surdus, quoniam verba familiæ emtoris exaudire non potest: furiosus quoniam mentem non habet, vt testari de ea re possit: prodigus, quoniam commercium illi interdictum est, & ob id familiam mancipare non potest

De Latino Iuniano, & Deditio.

13 Latinus Iunianus, item is qui Deditiorū numero est, testamentum facere non potest. Latinus quidem, quoniam nominatim lege Iunia prohibitus est. is autem qui Deditiorū numero est, quoniam nec quasi ciuis Romanus testari potest, cū sit peregrinus: nec quasi peregrinus, quoniam nullius certæ ciuitatis, sciens † vt aduersus leges ciuitatis suæ testetur.

† *Cuiac. leg.*
certæ ciuitatis ciuis est:
vel, certæ ciuitatis sit.

De feminis

14 Fœminæ post duodecimum annum ætatis testamenta facere possunt tutore auctore, donec in tutela sint.

De seruo publico.

15 Seruus publicus prætorisve, † parte dimidia testamenti faciendi habet ius.

† *Cuiac. leg.*
Seruus publicus P. Romanus

QVEMADMODVM

heres institui debeat.

TITVLVS XXI.

HERES institui rectè potest his verbis, *Titius heres esto, Titius heres sit, Titium heredem esse iubeo.* Illa autem institutio, *Heredem instituo, Heredem facio,* plerisque improbata est.

Verùm quia sola lex heredem instituit, herede facit? an qui a hac verba plerisque, videntur non esse directa? Sed hac verborum solennitas abolita est. l. quoniã C. ac testament.

QVI HEREDES INSTITUI POSSUNT.

TITVLVS XXII.

¶ *Qui possunt heredes institui.*

HEREDES institui possunt, qui testamenti factionem cum testatore habent.

De dedititiis.

1 Dedititorum numero heres institui nõ potest, quia peregrinus est, cum quo testamenti factio non est.

De Latino Iuniano, & cœlibe.

2 [Latinus Iunianus,] si quidem mortis testatoris tempore, vel intra diem cretionis cuius Romanus sit, heres esse potest: quòd si Latinus manserit, lege Iunia, capere hereditatem prohibetur. Idem iuris est in persona cœlibis propter legem Iuliam.

De incertis personis.

3 Incerta persona heres institui nõ potest, veluti hoc modo: *Quisquis primis ad funus*

meus

meum venerit, heres esto: quoniam certum consilium debet esse testantis.

De municipiis, & municipibus.

4 Nec municipia, nec municipes ^aheredes institui possunt: quoniam incertum corpus est, ut neque cernere uniuersi, neque pro libito de herede cernere ^bpossunt ut heredes fiant. Senatusconsulto ^ctamen concessum est, ut à libertis suis heredes institui possint. Sed fideicommissa hereditas municipibus restitui potest: idque hoc senatusconsulto ^dprospectum est.

De Deis,

5 Deos heredes instituere non possumus præter eos, quos senatusconsulto, constitutionibus Principum instituere concessum est: sicuti Iouem Tarpeium, Apollinem Didymæum, sicuti Martem in Gallia, Mineruam Meliensem, Herculem Gaditanum, Dianam Ephesiam, matrem deorum Cybelem, eam quæ Smyrnæ colitur, & Cælestum Salinensem ^eCarthaginis.

De seruis.

6 Seruos heredes instituere possumus nostros cum libertate: alienos, sine libertate: communes, cum libertate, vel sine libertate.

7 Eum seruum qui tantum in bonis noster est, nec cum libertate heredem instituere possumus, quia Latinitatem consequitur: quod non proficit ad hereditatem capiendam.

^a *Plin. lib. 9. epist. nec heredes institui possunt: quoniam incertum corpus est, ut neque cernere uniuersi, neque pro libito de herede cernere possunt ut heredes fiant.*

^b *Videtur legendum, neque pro herede gerere: nam aut cretione, aut pro herede geritione heredes fiunt.*

^c *l. 1. de liber. & uniuers.*

^d *Senatusconsulto Apro-niano, quod factum est temporibus D. Marci. l. omnibus ad Trebell.*

^e *Aut Meli-tensem, aut à Melio scribeno procul ab Euphrate.*

^f *Tertull. aduersus gentes. Vnicuique etiam provincia & ciuitatis suis dona*

*est, & Afri-
cæ & Cælestus.
8 Nisi intra
diem cretio-
nis cuius Ro-
manus fiat.*

8 Alienos seruos heredes instituere possumus: eos tamen, quorum cum dominis testamenti factionem habemus.

*a Alienatio-
ne manu-
missione li-
bertas reuo-
catur, non
hereditas.
Vide Cuius.
hic.*

9 Communis seruus cum libertate rectè quidem heres instituitur, quasi proprius, pro parte nostra: sine libertate autem, quasi alienus, propter socij partem.

*b Hodie con-
stat ex con-
stitutione
Iustiniani.*

10 Proprius seruus cum libertate heres institutus, si quidem in eadè causà permanferit, ex testamento liber & heres fit, id est necessarius. Quòd si ab ipso testatore viuentem manumissus, vel alienatus sit: suo arbitrio, vel iussu emptoris hereditatem adire potest. Sed si sine libertate sit institutus, omnino nõ constat institutio.

11 Alienus seruus heres institutus, si quidem in ea causà permãserit, iussu domini debet hereditatem adire. Quòd si viuo testatore manumissus, aut alienatus à domino fuerit: aut suo arbitrio, aut iussu emptoris poterit adire hereditatem.

¶ *De liberis & posthumis heredibus
instituendis, vel exheredandis.*

De suis heredibus.

*c Hi sunt sui
naturales,
reliqui sui
non natura-
les, & infra.
tit. & l.*

12 Sui heredes instituendi sunt: vel exheredandi. Sui autem heredes sunt liberi quos in potestate habemus, tam naturales, quàm adoptiui: item vxor quæ in manu est, & nurus quæ in manu est filij, quem in potestate habemus.

De posthumis.

13 Posthumi quoque liberi, id est, qui in
vtero

utero sunt, si tales sunt, ut nati in potestate nostra futuri sint, suorum heredum numero sunt.

De prateritione.

14 Ex suis heredibus filius quidem neque heres institutus, neque nominatim exheredatus, non patitur valere testamentum. Reliquæ verò personæ liberorum, velut filia, nepos, neptis, si præteritæ sint, valet testamentum. Scriptis^a heredibus ad crescunt, suis quidem heredibus in partem virilem, extraneis autem in partem dimidiam.

^a Leg. Sed scriptis. §. i. de exhered. lib.

^b In natis differentia est sexus & personarum.

Omnes posthumi præteriti si nascantur rumpunt: filij statim ab initio iniustum faciunt. & utrunq; sit in re ciuili: in re pratorio

& utrisq; datur contra tab.

^c Leg. Rumpunt.

^d Lege xij. Tabularum, quod ius antiquum dicitur in l. Gallus. De lib. & posth.

^e Leg. Rumpunt.

^f Lege xij. Tabularum, quod ius antiquum dicitur in l. Gallus. De lib. & posth.

^g Leg. Rumpunt.

^h Lege xij. Tabularum, quod ius antiquum dicitur in l. Gallus. De lib. & posth.

ⁱ Leg. Rumpunt.

15 Posthumi, quoque libeti cuiuscunque sexus omitti, quod valuit testamentum, agnatione rumpitur^c.

De his, qui sunt in utero.

16 Eos qui in utero sunt, si nati sui heredes nobis futuri sunt, possumus instituere heredes: si quidem post mortem nostram nascantur, ex iure ciuili^d: si verò viuentibus nobis, ex lege Iulia.

De exheredatione nominatim, vel inter cæteros.

16 Filius qui in potestate est, si non instituat heres, nominatim exheredari debet: reliqui sui heredes vtriusque sexus aut nominatim, aut inter cæteros.

17 Posthumus filius nominatim exheredandus est: filia posthuma, cæteræque posthumæ feminae vel nominatim, vel inter cæteros: dummodò inter cæteros exheredatis aliquid legetur.

18 Nepotes & pronepotes, cæteriꝫ; masculi posthumi prætor filiũ, vel nominatim, vel inter cæteros cum adiectione legati sunt exheredandi: sed tutius est tamen nominatim eos exheredari: & id obseruatur magis.

De emancipatis.

^a *Emancipati*
Emancipati
rectè dicuntur: sed emancipati nomē in malā partem accipi potest. Plin. lib. 4. epist. Filium Regulus emancipauit, & heres matris existeret. Mancipatum (ita vulgò ex moribus hominis loquebatur) fæda & insolita parentibus indulgētia simulatione captabat.

19 Mancipatos^a liberos cum iure ciuili neque heredes instituire, neque exheredare necesse sit, tamen prætor iubet, si non instituantur heredes, exheredari masculos omnes nominatim, feminas vel inter cæteros: alioquĩ contra tabulas bonorum possessionem eis pollicetur.

¶ *De heredum qualitate & differentia: ac de acquirenda, vel amittenda hereditate.*

De necessariis, & de suis heredibus.

20 Inter necessarios heredes, id est, feruos cum libertate heredes scriptos, & suos scilicet necessarios, id est, liberos qui in potestate sunt, iure ciuili nihil interest (nam vtrique etiam inuiti heredes sunt) sed iure prætorio suis & necessariis heredibus abstinere se à parentis hereditate permittitur: necessariis autem tantum heredibus abstinendi potestas non datur.

De extraneis heredibus.

21 Extraneus heres, siquidem cum cretione sit heres institutus, cernendo sit heres: si verò sine cretione, pro herede gerendo.

De pro herede gestione.

22 Pro herede gerit, qui rebus hereditariis tanquam dominus vtitur: velut qui actionem

ationem rerum hereditariarum facit: aut
 seruis hereditariis cibaria mandat.

De cretione.

23 Cretio^b est certorum dierum spacium,
 quod datur instituto heredi ad deliberan-
 dum, utrum expediat ei adire hereditatem,
 necne: velut, *Titius heres esto, cernitoq³ in*
diebus centum proximis, quibus scieris, pote-
risq³: nisi ita creueris, exheres esto.

24 Cernere est verba cretionis dicere, ad
 hunc modum, *Cum me Manius heredem in-*
stituerit, eam hereditatem a deo, cernoq³.

De repudiatione.

25 Sine cretione heres institutus, si con-
 stituerit, nolle se heredem esse, statim exclu-
 ditur ab hereditate, & amplius eam adire non
 potest.

26 Cum cretione verò heres institutus,
 sicut cernendo fit heres, ita non aliter ex-
 cluditur, quam si intra diem cretionis non
 creuerit: ideoque etiam si constituerit nolle
 se heredem esse, tamen si supersint dies cre-
 tionis, pœnitentia actus, cernendo heres fie-
 ri potest.

Diuisio cretionis.

27 Cretio autè vulgaris dicitur, aut con-
 tinua. Vulgaris^d, in qua adiiciuntur hæc ver-
 ba, *Quibus scieris, poterisque.* Continua, in
 qua non adiiciuntur.

28 Ei qui vulgarem cretionem habet,
 dies illi dati computantur quibus scit se here-
 dem institutum esse, & potuit cernere. Ei ve-

^a Pro auctio-
 nem. & in l.
 2. §. tutor. §.

^b procuratorē
 pro emp. l. si
 existimans.
 de & surp. &
 & suc.

^c Hereditas
 acquiritur
 cretione, ad
 itione, pro
 herede geri-
 tione, im-
 missione, a-
 gnatione.

^d Id est, faci-
 ro & videat
 te esse here-
 dem.

^d Legitima
 & & scilicet.

rò qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computantur quibus ignorauit se heredem institutum, aut sciuit, sed non potuit cernere.

29 Heredes aut instituti dicuntur, aut substituti: instituti, qui primo gradu scripti sunt: substituti, qui secundo gradu, vel sequentibus.

30 Heredes scripti sunt, veluti: *Titius heres esto, cernitòque in diebus proximis centum quibus scieris, poterisque. Nisi ita creueris, exheres esto: tunc Mauius heres esto, cernitòque in diebus, & reliqua.* Similiter & deinceps substitui potest.

De cretione imperfecta.

31 Si sub imperfectam cretionem heres institutus sit, id est, non adiectis his verbis, *Si non creueris, exheres esto*: sed si ita, *si non creueris, tunc Mauius heres esto*: cernendo quidem, superior inferiorem excludit: non cernendo autem, sed pro herede gerendo, in partem admittit substitutum. Sed postea Diuus Marcus constituit, vt & pro herede gerendo, ex asse fiat heres. Quòd si neque creuerit, neque pro herede gesserit, ipse excluditur, & substitutus ex asse fit heres.

QVEMADMODVM

Testamenta rumpuntur.

TITVLVS XXIII.

¶ *Quibus modis testamenta infirmantur.*

TESTAMENTVM iure factum infirmatur duobus modis, si ruptū, aut irritum factum sit.

De testamento rupto.

1 Rumpitur testamentum inutatione, id est, si postea aliud testamentū iure factum sit: item agnatione^a, id est, si suus heres agnascatur, qui neque heres institutus, neque ut oportet, exheredatus sit.

2 Adnascitur suus heres, aut agnascendo, aut adoptando, aut in manum conueniendo, aut in locum sui heredis succedendo: velut nepos mortuo filio, vel emancipato: aut manumissione^b id est, si filius ex prima secundave mancipatione manumissus, reuersus sit in patris potestatem.

De testamento irrito.

3 Irritum fit testamentum, si testator capite diminutus fuerit, aut si iure facto testamento nemo extiterit heres.

¶ *De postliminio, & lege Cornelia.*

4 Si is qui testamentum fecit, ab hostibus captus sit, testamentum eius valet: si quidem reuersus fuerit, iure postliminij: si non^c ibi decesserit, ex lege Cornelia^d, quæ per-

^a Agnatione ex iure antiquo si nascatur post mortem: ex iure nouo si in vita: successio ne, ex iure nouo.

^b Filius trib. emancipationibus, & tribus manumissionibus sui iuris fit, ceteri liberi & na emancipatio ne. Igitur post primā & secundā manumissionē filius preteritus rumpit testamentum patris, quia in eius potestatem reuertitur.

^c Leg. Si verò
^d Duplex est fictio, Postliminij, & Cornelia. hac iuris civilis est: illa iuris gentium.

inde successionem eius confirmat, atque si in civitate decessisset.

Quibus modis testamenta conualescunt.

5 Si septem signis testium signatum sit testamentum, licet iure civili ruptum vel irritum factum sit, Prætor scriptis heredibus iuxta tabulas bonorum possessionem dat, si testator & civis Romanus, & suæ potestatis cum moreretur fuit, quæ bonorum possessio cum re^a, id est, cum effectu habetur, si nemo alius iure^b heres sit.

¶ *De substitutionibus.*

6 Liberis impuberibus in potestate manentibus, tam natis quàm posthumis, heredes substituere parentes possunt duplici modo: id est, aut eo quo extraneis, ut si heredes non extiterint liberi, substitutus heres fiat: aut proprio iure, id est, si post mortem parentis heredes facti intra pubertatem decesserint, substitutus heres fiat.

7 Etiam exheredatis^c filiis substituere parentibus licet.

8 Non aliter impuberi filio substituere quis heredem potest, quàm si sibi quis heredem institueret, vel ipsum filium, vel quemlibet alium.

¶ *De testamento militis.*

9 Milites quomodocunque fecerint testamenta, valent, id est, etiam sine legitima observatione. Nam principalibus constitutionibus permissum est illis, quomodocunque vellent, quomodocunque possent, testa-

ci. Idque

^a Hoc explicatur in tit. 28. l. filiis. C. de inof. test. ^b Iure legitimo, vel ab intestato.

Quod si alius iure heres sit, ut si existat filius præteritus, secund. tab. bonor. possessio erit sine re.

^c Substitutio plerumque estimatur ex ratione successionis. hac ex ratione scriptura estimatur non successionis proinde in ea ordo scriptura observatur. Vide hic C. vi.

¶ Idque testamentum quod miles contra iuris regulam fecit, ita demum valet, si vel in castris mortuus sit, vel post missionem intra annum.

DE LEGATIS.

TITVLVS XXIII.

¶ *Quid sit legatum.*

LEGATVM, est quod legis modo, id est, imperatiuè^a, testamento relinquitur. Nam ea quæ precatiua modo relinquuntur, fideicommissa vocantur.

¶ *Genera legatorum.*

1 Legamus autem quatuor modis, per vindicationem, per damnationem, sinendi modo, per præceptionem^b.

¶ *Quibus verbis legatur Per vindicationem.*

2 Per vindicationem his verbis legamus, *Do, lego, capito, sumito, siue habeto.*

Per damnationem.

3 Per damnationem his verbis: *Heres meus damnas esto dare, dato, facito, heredem meum dare inbeo.*

Sinendi modo.

4 Sinendi modo ita, *Heres meus damnas esto sinere Lucium Titium sumere illam rem, sibi que habere.*

Per præceptionem.

5 Per præceptionem sic, *Lucius Titius illam rem precipito.*

^a Imperatiua Verba, sunt Verba directa. l. quoniam C. de testam.

^b Hoc prælegatum dicitur et præcipuum. Sid. Apoll. lib. 6. epist. Illud autem debet tibi quodam, et iurisperiti dicunt præcipui titulo.

¶ *Quæ res legari possunt Per vindicationem.*

6 Per vindicationem legari possunt res quæ utroque tempore ex iure Quiritium testatoris fuerūt, mortis, & quando testamentum faciebat: præterquam si pondere, mensura, numero contineantur: in his enim satis est, si vel mortis dumtaxat tempore fuerint ex iure Quiritium.

^a Non etiam aliena: quod tamen perperam additū est apud Caiū lib. 2. Instit. tit. de legat.

^b id est, conceptis & legitimis verbis. Cicer. pro Rosc. Comæd.

Non enim ex parte Verborum, quibus iussurandum cõprehenditur. Ar nobis li. 7. contra gentes. Quam cum pactio- nib. adorat & formulis. ^c Nèpe quia laxius & ex peditus est. Sic optimū ius & iussurium in l. 1. C. de iur.

Per damnationem.

7 Per damnationem omnes res legari possunt, etiam quæ non sunt testatoris, dummodo tales sint, quæ dari possint.

8 Liber homo, aut res populi, aut sacra, aut religiosa, nec per damnationem legari potest: quoniam dari non potest.

Sinendi modo.

9 Sinendi modo legari possunt res propria testatoris, & heredis eius^a.

Per præceptionem.

10 Per præceptionem legari possunt res quæ etiam per vindicationem. Si ea res quæ non fuit utroque tempore testatoris ex iure Quiritium, per vindicationem legata sit, licet iure ciuili non valeat legatum, tamen senatuscõsulto Neroniano firmatur: quo cautum est, ut quod minus pactis^b verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo iure legatū esset. Optimum autem ius^c legati per damnationem est.

¶ *De eadẽ re duob. legata Per vindicationem.*

11 Si duobus eadem res per vindicationem legata sit: siquidem disiunctim, singulis in so-

in so-

in solidum debentur^a: si verò coniunctim, ^aLeg. Singulis partes debentur. *Paul. in Sent. Caius instituit,* velut *Titio & Seio, hominem Stichum do, lego,* iure civili concursu partes fiebant, non concurrente altero pars eius alteri adcrecebat. Sed post legem Papiam Poppeam, nō capientis pars caduca fit.

Per damnationem.

12 Si per damnationem eadem res duobus legata sit, si quidem coniunctim, singulis partes debentur, & non capientis pars iure civili in hereditatem remanebat, nunc autem caduca fit: quòd si disiunctim singulis in solidum debetur.

¶ *De optione legata.*

13 Optione autem legati^b, per vindicationem data, legatarii electio est, veluti, *Hominem optato, eligito.* Idemque est, etsi tacite legauerim, *Tuum hominem aut decem heres meus dato:* hominem dare heredis electio est. ^b *Hic locus mirum in modum deformatus est. Vide hinc Cuiac.*

¶ *De legato ante heredis institutionem.*

14 Ante heredis institutionem legari non potest: quoniam & potestas testamenti ab heredis institutione incipit.

¶ *De legato post mortem, vel in mortem heredis.*

15 Post mortem heredis legari non potest, ne ab heredis herede legari videatur: quod iuris civilis ratio non patitur. In mortis autem heredis tempus legari potest: vel ut *cum heres moriatur.*

¶ De legato pœna caussa.

▪ *Quemadmodum superiores duas sententia, ista & hac à Justiniano sublata est. Hodie igitur valet legatum tale, Heres meus si Stichum alienauerit, Casio cœsum dato. Non idē est si impossibile, probrosum, aut illicitum sit legatum.*

• *Putat Cuiac. legi debere, quid, nō quidem.*

• *Cusa legit, cum negotia.*

• *Leg. Legatum ab eo tantum dari potest, qui ex sua persona heres est. Ideoque &c.*

16 Pœnæ caussa legari non potest. Pœnæ autem caussa legatur: quod coercendi heredis caussa relinquitur, vt faciat quidem, ^b aut non faciat, non vt legatum pertineat: vt puta hoc modo, *Si filiam tuam in matrimonio Titio collocaueris, decem millia Seio dato.*

¶ De incertis personis.

17 Incertæ personæ legari non potest: veluti, *Quicumque filio meo filiam suam in matrimonio collocauerit, ei homini tot millia dato.* Sub certa tamē demonstratione incertæ personæ legari potest, velut, *Ex cognatis meis qui nunc sunt, qui primò ad funus meum venerit, ei heres meus illud dato.*

¶ De falsa demonstratione, & falsa caussa.

18 Neque ex falsa demonstratione, neque ex falsa caussa legatum infirmatur. Falsa demonstratio est, velut, *Titio fundum, quem à Titio emi, do, lego,* cum fundus à Titio emptus non sit. Falsa caussa est: velut, *Titio, quoniam negotia mea curauit, fundum do, lego,* vt negotia eius nunquam Titius curasset.

¶ Si à legatario legetur.

19 À legatario legari non potest.

¶ Si legetur à patre, vel domino heredis.

20 Legatum ei tantum dari potest^d, qui extraneus est. Ideoque filio familiæ heredi instituto, vel seruo, neque à patre, neque à domino legari potest.

¶ Si

¶ *Si heredi à semetipſo legetur.*

20 Heredi à ſemetipſo legari nō poteſt.

¶ *De eo, qui eſt in poteſtate heredis.*

21 Ei qui in poteſtate, manu, mancipiōve eſt ſcripti heredis, ſub conditione legari poteſt: ſed requiritur, vt quo tempore dies legati cedit, in poteſtate heredis non ſit.

¶ *De eo in cuius poteſtate eſt heres.*

22 Ei cuius in poteſtate, manu, mancipiōve eſt heres ſcriptus, legari non^a poteſt.

¶ *De partitione.*

23 Sicut ſingulæ res legari poſſunt, ita vniuerſarum quoq; ſumma legari poteſt: vt puta, *Mauus heres meus cum Titio hereditatem meam partitiō diuidito*^b: quo caſu dimidia pars bonorum^c legata videtur. Poteſt autem & alia pars, velut tertia vel quarta legari: quæ ſpecies Partitiō appellatur.

¶ *De uſufructu.*

24 Uſufructuſ iure ciuili legari poteſt earum rerum, quarum ſalua ſubſtantia vtendi fruendi poteſt eſſe facultas, & tam ſingularū rerum, quàm plurium, id eſt, partiſ^d.

25 Senatuſconſulto^e cautum eſt, vt etiã ſi earum rerum quæ in abuſu continentur, vt puta vini, olei, tritici, uſufructuſ legatus ſit, legatario reſtradantur cautionibus interpoſitis de reſtituendis eis, cùm uſufructuſ ad legatarium pertinere deſierit.

¶ *De ciuitatibus.*

26 Ciuitatibus omnibus, quæ ſub impetio Prætorianiſ ſunt, legari poteſt: idque à

^a *Tollenda eſt negatio. l. à filio. D. de leg. l. G.*

^b *Cuius manuſ. partitiō diuidito.*

^c *l. Nomen. §. partiſ. De Verb. ſign.*

^d *l. Etiã partiſ de uſufr. eſt uſus S. C. ſit mēſo in l. l. S. x. c. De uſufr. legend.*

^e *Legendum popul. Rom. l. omnibus D. Ad Trebell.*

Diuo Nerua introductum, postea à Senatu,
 *Imò fortas- se Marcol. autore Adriano ^a, diligentius constitutum
 est.

cum Senatus de reb. dub. Est in propriis nominibus factissimus auctorum lapsus.

¶ *De ademptione.*

27 Legatum quod datum est, adimi potest, vel eodem testamento, vel codicillis testamento confirmatis: dum tamen eodem modo adimatur, quo modo datum est.

¶ *De transmissione ad heredem, & de cessione diei.*

28 Ad heredem legatarij legata non aliter transeunt, nisi si iam die legatorum cedente, legatarius decesserit.

29 Legatorum quæ purè vel in diem certum relicta sunt, dies cedit antiquo quidem iure, ex mortis testatoris tempore: per legem autem Papiam Popeam, ex apertis tabulis testamenti: eorum verò quæ sub conditione relicta sunt, cum conditio extiterit.

¶ *De lege Falcidia.*

30 Lex Falcidia iubet, non plus quàm dodrantem totius patrimonij legari, vt omni modo quadrans integer apud heredem remaneat.

¶ *De conditione indebiti.*

31 Legatorum perperam solutorum repetitio non est.

DE FIDEI commissis.

TITVLVS XXV.

¶ *Quid sit fideicommissum.*

FIDEICOMMISSVM est, quod non ciuilibus verbis^a, sed precatiue relinquitur: nec ex rigore iuris ciuilibis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis,

^a *Directis
Verbis, Vt in
l. Verbis. De
vulgar. sub-
stit.*

¶ *De verbis fideicommissorum.*

1 Verba fideicommissorum in vsu ferè sunt hæc, *Fideicommitto, peto, volo dari, & similia.*

¶ *De nutu.*

2 Etiam nutu^b relinquere fideicommissum in vsu receptum est.

^b *l. Nutu. De
legat. 3. se-
cus tamẽ est
legatio iure
antiquo.*

¶ *Qui possunt relinquere fideicommissum.*

3 Fideicommissum relinquere possunt, qui testamentum facere possunt, licet non fecerint. Nam intestatus quis moriturus, fideicommissum relinquere potest.

¶ *Quæ relinqui possunt.*

4 Res per fideicommissum relinqui possunt, quæ etiam per damnationem legari possunt.

¶ *Quibus relinqui potest.*

5 Fideicommissa dari possunt his, quibus legari potest.

6 Latini Iuniani fideicommissum capere possunt, licet legatum capere non possint.

¶ *De fideicommissore relicto ante heredis institutionem, vel post mortem heredis, vel codicillis.*

6 Fideicommissum & ante heredis institutionem, & post mortem heredis, & codicillis, etiam non confirmatis testamento, dari potest, licet legari non possit.

¶ *De lingua Græca.*

^a *l. Fideicommissa princ. De leg. 2.* 7 Item Græcè fideicommissum scriptum valet, licet legatum Græcè scriptum non valeat.

¶ *Qui rogari possunt.*

8 Filio qui in potestate est, seu uel heredibus institutis, seu si his legatum sit, patris vel domini fidei committi potest, quamuis ab eo legari non possit.

9 Qui testamento heres institutus est, codicillis etiam non confirmatis, rogari potest, vel ut hereditatem totam, vel ex parte alij restituat, quamuis ex directo heres institui ne quidem confirmatis codicillis possit.

^b *In confirmatis omnia directo relinquere possunt excepta hereditate.*

¶ *De petitione fideicommissi.*

10 Fideicommissa non per formulam petuntur, ut legata: sed cognitio est Romæ quidem Consulium, aut Prætoris, qui fideicommissarius vocatur: in prouinciis uero, Præsidum prouinciarum.

¶ *De his qua pena causæ relinquuntur.*

11 Pænæ causæ certæ uel incertæ personæ ne quidem fideicommissa dari possunt.

¶ *Ad legem Falcidiam, S. C. Trebellianum, & Pegasianum.*

12 Is qui rogatus est alij restituere hereditatem, lege quidem Falcidia locum nō habente, quoniam non plus (puta) quàm dodrantem, restituere rogatus est, ex Trebelliano ^a senatusconsulto restituit, vt ei & in eum ^a *Hac de Pegasiano & Trebell. fuis eius explicatur in Instit.* dentur actiones, cui restituta est hereditas. Lege autē Falcidia interueniente, quoniam plus quàm dodrantem, vel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, ex Pegasiano senatuscōsulto restituit, vel ^b deducta parte quarta, ipse qui scriptus est heres, hereditatem restituat, & in ipsum actiones conferuentur, is autem qui recipit hereditatem, legatarij loco habeatur. ^b *Cuiac. pro vel legit. vt.*

13 Ex Pegasiano senatusconsulto restituta hereditate, commoda & incommoda hereditatis communicantur. ^c Inter heredem, & eum cui reliquæ partes restitutæ sunt interpositis stipulationibus ad exemplum partis & pro parte stipulationum. Partis autem & pro parte stipulationes propriè dicuntur, quæ de lucro & damno communicando solent interponi inter heredem & legatarium partiarium, id est, cum quo partitus est heres. ^c *Leg. communicantur inter heredem, &c.*

14 Si heres damnosam hereditatem dicat, cogetur à Præto adire & restituere totam, ita vt ei & in eum qui recipit hereditatem actiones dentur, perinde atq; si ex Trebelliano senatusconsulto restituta fuisset: idque vt ita fiat, Pegasiano senatusconsulto cautum est.

Tacita fides est, si quis non palam rogatus in fraudem legis tacite promittat, se id quod recepit, calibilibi aut orbo redditurū. l. in fraudē de iis qui bus & indig. l. in tacitis. de legat. 1.

Plautiano s. c. l. beneficio. Ad leg. Falc.

Scriptura aperit, Si ex liberis existat.

Hac sunt perturbata. Legē dū est, Ac si intestatus moritur, cui suus heres nec existabit.

Leg. Si defuncti sit filius, & ex altero filio iam mortuo nepos. §. cum filius de hered. que ab intest. defe.

¶ *Ad S. C. Plautianum.*

15 Si quis in fraudem tacitam^a fidem adcommodauerit, ut non capienti fideicommissum restituat, nec quadrantem eum deducere Senatus censuit^b: nec caducum vindicare ex eo testamento, si liberos habeat^c.

De libertate.

16 Libertas dari potest per fideicommissum.

DE LEGITIMIS heredibus.

TITVLVS XXVI.

¶ *Ordines heredum.*

INTESTATORVM ingenuorum hereditates pertinent, primū ad suos heredes, id est, liberos qui in potestate sunt, ceterosque qui in liberorum loco sunt. Si sui heredes nō sunt, ad consanguineos, id est, fratres & sorores ex eodē patre. Si nechi sunt, ad reliquos adgnatos proximos, id est, cognatos virilis sexus, per mares descendentes, eiusdem familiæ: id enim cautum est lege duodecim

Tabularum: *Ac si intestatus moritur, cui suus extabit heres^d, nec adgnatus proximus familiam habeto.*

¶ *De suis heredibus.*

1 Si defunctus^e sit filius ex altero filio mortuo, iam nepos vnus, vel etiam plures, ad omnes hereditas pertinet: non ut in capit

ta di-

et diuidatur, sed ut in stirpes, id est, ut filius solus mediam partem habeat, & nepotes quotquot sunt alteram dimidiam. Æquum est enim nepotes patris sui loco succedere, & eam partem habere, quam pater eorum si viveret, habiturus esset.

2. *Quandiu suus heres speratur heres fieri posse, tandiu locus agnatis non est: velut si uxor defuncti prægnans sit, aut filius apud hostes sit.*

Hac antiquorum definitio est. l. 3. si pars hered. petat. l. pen. Unde legit. l. cum quidam. §. 1. de acq. her.

¶ *De agnatis.*

3. *Agnatorum hereditates diuiduntur in capita, veluti si sit fratris filius, & alterius fratris duo pluresve liberi: quotquot sunt ab utraque parte personæ, tot fiunt portiones, ut singuli singulas capiant.*

4. *Si plures eodem gradu sunt agnati, & quidam eorum hereditatem ad se pertinere noluerint, vel antequam adierint decesserint: eorum pars adcrefcit his qui adierint.*

l. si ex plaribus. de suis & legit. hered.

Quod si nemo eorum adierit, ad insequentem gradum ex lege hereditas non transmititur: quoniam in legitimis hereditatibus successio non est.

De suis, in legitimis non est successio. In honorariis est successio.

¶ *De feminis.*

5. *Ad feminas ultra consanguineorum gradum legitima hereditas non pertinet: itaque soror fratri sororive legitima heres fit.*

¶ *Ad S. C. Orphitianum.*

6. *Ad liberos matris intestatæ hereditas ex lege XII Tabularum non pertinebat: quia feminae suos heredes non habent. Sed*

l. sacratissimi. ad S. C. *postea* Impp. Antonini & Commodi oratione in Senatu recitata, id actum est, ut sine *Tertyl. quā* in manu conventionē^b, matrum legitimarum hereditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis, & reliquis agnatis.

Secundū est quod dicitur Orfizianum.

Etiam si vulgò quæ sita sunt liberi.

Quod factū est D. Pij tēporibus.

Ut puta emancipatus.

Hereditas, aut bonor. poss. unde legitimi, si in emancipatione manumissor. extiterit.

Ad matrē pro dimidia si filia decesserit, pro virili si filius.

l. 2. C. Th. de sec. nupt.

Sed hæc sita à Justin. mutata, vide in Instit.

¶ Ad S. C. Tertyllianum.

7 Intestati filij hereditas ad matrem ex lege duodecim Tabularum non pertinet: sed si ius liberorum habeat, ingenua trium, libertina quatuor, legitima heres fit ex Senatusconsulto Tertulliano^c: si tamen ei filio neque suus heres sit, quive inter suos^d heredes ad bonorum possessionem à Prætorē vocatur: neque pater ad quem lege hereditas^e, bonorumve possessio cum re pertinet, neque frater consanguineus. Quòd si soror consanguinea sit, ad utraq; pertinere iubetur hereditas.

DE LIBERTORVM

succèssionibus vel bonis.

TITVLVS XXVII.

¶ De bonis libertorum.

LIBERTORVM intestatorum hereditas primùm ad suos heredes pertinet: deinde ad eos quorum liberti sunt, velut patronum, patronam, liberòsve patroni.

1 Si sit patronus & alterius patroni filius, ad solum patronum hereditas pertinet.

2 Item patroni filius patroni nepotibus obstat.

3 Ad liberos patronorum ^ahereditas defuncti pertinet, ut in capita, non in stirpes diuidatur.

^a l. si libertus praterito §. & l. de bon. lib.

¶ De capitis deminutione.

4 Legitimæ hereditatis ^bius quod ex lege duodecim Tabularum descendit, capitis minutione amittitur.

^b Hac sententia de ingenuorum hereditate accipienda est. l. capitis. de suis & legit. hered. no libertorum. l. si libertus praterito, in princ.

DE POSSESSIO- nibus dandis.

TITVLVS XXVIII.

¶ Diuisio.

BONORVM possessio datur aut contra tabulas testamenti, aut aduersus tabulas intestati.

¶ De bonorum possessione contra tabulas.

^c Legendum aut intestati.

1 Contra tabulas bonorum possessio datur liberis emancipatis ^d, testamento præteritis, licet legitima ad eos non pertineat hereditas.

^d Imò & suis. Sed non est necessaria iura civilis.

2 Bonorum possessio contra tabulas liberis tam naturalibus, quàm adoptiuis datur. Sed naturalibus quidem emancipatis: non tamen & illis, qui in adoptiua familia sunt. Adoptiuis autem, his tantum qui in potestate manserunt.

^e Manifestum est legi debere fratribus. Cauere autem debent, vel res ipsa conferre.

3 Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum possessio, si parati sunt cauere patribus ^f suis qui in potestate manserunt, bona, quæ moriente patre habuerunt, se collaturos.

¶ *Secundùm tabulas.*

4 Secundùm tabulas bonorum possessio datur scriptis heredibus, scilicet si eorū quibus contra tabulas competit, nemo sit, aut petere nolint.

Omissa est bonor. pos.

Vnde iō. per sona, sed si pater manu missor sit, sane verū est septē dumtaxat gradus esse.

^b Inter quos Patroni sunt patronorumque liberi.

^a Id est, agnatis patroni, hac dicitur, tum quē ex familia: sic enim legit.

Cuius in instit. Justin.

^d Istud est in iusū alterius sententia.

^e De hac in l. quidam. §. quoties. de legat.

5 Etiam si iure ciuili nō valeat testamentum, fortè quòd familię mancipatio vel nuncupatio defuit, si signatum testamentum sit, non minùs quàm septem testium ciuiū Romanorum signis, bonorum possessio datur.

¶ *Intestati.*

6 Intestati datur bonorum possessio per septem gradus^a. Primo gradu liberis: Secundo legitimis^b heredibus: Tertio proximis cognatis: Quarto familię^c: Quinto patrono, patronæ, liberisve patroni, patronæve: Sexto viro, vxori: Septimo cognatis manumissoris, quibus per legem Furiam plus mille asses capere licet. Si nemo sit^d ad quem bonorū possessio pertinere possit: aut si quidem, sed ius suum omiserit: populo bona deferuntur ex lege Iulia^e caducaria.

Vnde liberi.

7 Liberis bonorum possessio datur, tam his qui in potestatem vsq; in mortis tempus fuerunt, quàm emancipatis: item adoptiuis, non tamen etiam in adoptionem datis.

Vnde cognati.

8 Proximi cognati bonorum possessionem accipiunt, non solùm per feminini sexus personam cognati, sed etiam agnati capite deminuti. Nam licet legitimum ius agnationis

tionis

tionis capitis minutione amiserint, natura tamen cognati manent.

¶ *De successorio edicto.*

9 Bonorum possessio datur parentibus & liberis intra annum, ex quo petere potuerunt: ceteris intra centum dies.

10 Qui omnes intra id tempus si non petierint, ad bonorum possessionem sequens gradus admittitur: perinde ac si superiores non essent, idque per septem gradus fit.

11 Hi quibus ex successorio edicto bonorum possessio datur, heredes quidem non sunt, sed heredis loco constituuntur beneficio Pratoris. Ideoque seu ipsi agant, seu cum his agatur, fictitiis actionibus opus est: in quibus heredes esse finguntur.

^a *Successoriorum edictum eo dicitur quod det successione inter bonorum possessores.*

¶ *De bonorum possessione cum re aut sine re.*

12 Bonorum possessio aut cum re datur, aut sine re. Cum re, si is qui accepit, cum effectu bona retineat: sine re, quum alius iure civili euincere hereditatem possit: veluti si suus heres intestatus sit. Bonorum possessio sine re est, quum suus heres euincere hereditatem iure legitimo possit.

^b *Hac sic distingui oportet. Si suus heres intestatus sit, bon. poss. sine re est, cum, &c.*

DE BONIS LIBERTORUM.

TITVLVS. XXIX.

¶ *De bonis liberti.*

^a In Latino
secus est. §.
Gl. de succes.
libert.

^b Leg. & aut
nihil. §. I. de
succes. liber.

^c Hac est
quinti gra-
dus bonor.
possessio.

qua & nub-
lis extanti-
bus suis he-
redibus pa-
trono dabi-
tur sitonor.

possessio. & n-
de legitimi
non admise-
vit: nam sibi
ipsi succedi
posse ita pri-
de receptū

est. l. I. §. sed
an de succes.
edict.

^d Nam de li-
berto Prator
edixit nō li-
berta, & de
suis heredi-
bus quales
femina non
habet.

^e Ergo leg. xij

Tab. non Pratoris edicto.

liberi sint libertæ, quoniam nō sunt sui heredes matri, non obstant patrono. Lex Papia Popea libertas.

CIVIS Romani^a liberti hereditatem lex
duodecim Tabularum patrono defert,
si intestatò sine suo herede libertus decesse-
rit. Ideoque siue testamento facto decedat,
licet suus heres ei non sit, seu intestatò & suus
heres ei sit, quanuis non naturalis, sed vxor
puta quæ in manu fuit, vel adoptiuus filius
lex patrono nihil præstat. Sed ex edicto Præ-
toris si testamento facto libertus moriatur,
aut vt nihil^b, aut minus quàm partem dimi-
diam bonorum patrono relinquat: contra
tabulas testamenti, partis dimidiæ bonorum
possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex
naturalibus liberis successorē sibi relinquat,
siue intestatò decedat, & vxorē fortè in ma-
num vel adoptiuum filium relinquat, æquè
partis mediæ^c bonorū possessio contra suos
heredes patrono datur.

¶ De bonis libertæ.

In bonis libertæ patrono nihil iuris ex
edicto datur^d. Itaq; si intestata moriatur li-
berta, semper ad eum hereditas pertinet^e.

Licet liberi sint libertæ, quoniam non
sunt sui heredes matri, obstat patrono lex Pa-
pia Popea. Postea libertas quatuor libero-
rum iure tutela patronorū liberauit, & cum
intulerit, iam posse eas sine auctoritate pa-
tronorum testari, prospexit vt pro numero

liberorum libertæ superstitem virilis pars patrono debetur.

¶ *De liberis patroni.*

2 Liberipatroni virilis sexus, eadem iura in bonis libertorum parentum suorum habent, quæ & ipse patronus. Feminæ^a verò, ex lege quidem xii Tabularum perinde ius habent, atque masculi patronorum liberi.

Contra tabulas autem testamenti liberti, aut ab intestato contra suos heredes non naturalis^b bonorum possessio eis non competit. Sed si ius trium liberorum habuerunt, etiam hæc iura ex lege Papia Popea nanciscuntur.

¶ *De patrona.*

3 Patronæ ex bonis libertorum illud ius tantum habent, quod lex xii Tabularum introduxit. Sed postea lex Papia patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ, libertinæ tribus, id iuris dedit quod patronus habet ex edicto.

¶ *De liberis patrona.*

4 Item liberis ingenuæ trium liberorum iure honoratæ eadem lex id ius dedit, quod ipsi patrono † tribuit.

^a Iure antiquo, quo & hodie existimur, inter liberos patroni nulla est differentia sexus. Præterio iure plus tribuuntur masculis quam feminis.

^b Pro, non naturales.

† Cuius legit patronæ.

CAII INSTITUTIONVM LIBRI II.

Distinctionibus & argumentis illustrati
opera Iulij Pacij iuriconsulti.

STVDIOSIS IVRIS.

Cur annotationes ad
Caij Institit.
additæ non
sunt,

* Ioan. Tili-
us Cancellarium
vocat.

NOTÆ, ad Institutiones tum Imperatorias tum etiam Vlpiani, hoc enchiridio datæ, tam facilem ad has tertias nomine Caij inscriptas, accessum sternunt: ut collatione tantum ad illas, non commentatione alia opus sit. Addemus solum I. Cuiacij, de his iudicium: Censet enim in præfatione ad Codicem Theodosianum, Epitomen hanc Institutionum esse Caij ab Aniano Alarici Consiliario * confectam, quantum quoq; modo sui temporis usus exigere videbatur: nec verò omnē propterea Caio dignitatem & elegantiam deperiisse: restare inter lateres Aniani malè coctos adhuc lapillos quosdam, si quis non pigretur internoscere, è quibus veluti è culmo fruges, & luculentius si reliquias eas adiunxerit, quæ Pandectis insperse sunt, quæque Iustiniani Institutionibus leguntur, quanti momenti, ponderis, artificij Caij Institutiones fuerint, æstimare possit.

D E



CAII INSTI TUTIONVM LIBER I.

DE LIBERTATIBUS
seruorum.

TITVLVS I.

¶ *Diuisio personarum.*



CAII Institutionum liber primus dicit omnes homines aut liberos esse aut seruos. Sed ex ipsis qui liberi sunt, alios esse ingenuos, alios libertinos. Ingenuos, qui ingenui nati sunt: Libertinos qui pro iusta seruitute manumissi, liberi fiunt. Ingenuorum omnium vnus status est. Libertorum verò ideo non vnus est, quia tria sunt genera libertorum: quia liberti aut ciues Romani sunt, aut Latini, aut Dedititij. Tamen qui ciues Romani sint, qui Latini, qui Dedititij, breuiter explanandum est.

I Ciues Romani sunt, qui his tribus modis, id est, testamento, aut in Ecclesia*, aut ante Consulem fuerint manumissi.

*Iust. Imp. ti.
5. Caius. l. 3.
ff. de stat.
hom.*

* *Al. qui iusta
Casus. l.
6. eod.*

Romani ciues.

Latini.

2 Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione manumittuntur.

Dedititij.

3 Dedititij verò sunt, qui post admissa crimina supplicijs subditi, & publicè pro criminibus cæsi sunt: aut in quorum facie vel corpore quæcunque indicia aut igne, aut ferro impressa sunt, & ita impressa sunt, vt deleri non possint. hi si manumissi fuerint, Dedititij appellantur.

4 Sed inter hæc tria genera libertorum ideo ciues Romani meliorè statum habent: quia & testamenta facere, & ex testamento quibuscunque personis succedere possunt. Nam & Latini, & Dedititij nec testamenta condere, nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt vllatenus vindicare. Tamen Latini certis rebus priuilegia ciuium Romanorum Libertorum consequi possunt: Dedititij verò nulla ratione possunt ad ciuium Romanorum Libertorum beneficium peruenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis aut testamento, aut in Ecclesia*, aut ante Consulem manumittantur, ciuium Romanorum priuilegia consequuntur.

§. Et dedititios. tit. 5.

¶ *Qui manumittere non possunt. De eo qui non est soluendo.*

5 Non tamen omnes domini seruos suos manumittere possunt. Nam si aliquis multa debita habeat, cuius substantia à creditoribus te-

bus teneatur obnoxia, si in fraudem creditoris sui seruos suos manumittere voluerit, collata manumissio non valet.

De liberto.

6 Aut si libertus ciuis Romanus filios liberos non habuerit, & in fraudem patroni sui seruos suos manumittat, similiter data manumissio non valet.

De minore viginti annis.

7 Præterea minor quicumque viginti annorum dominus, seruo suo libertatem dare non potest, nisi fortè tantùm minor manumissor, cui pater suus & mater à patrono donati sunt, eosdem manumittat, aut certè pædagogum, aut collactaneum manumittat. Nam quamlibet dominus, id est, quatuordecim annos egressus, testamētum facere possit, & heredem instituere, & legata relinquere, libertatem tamen seruis non potest in hac ætate conferre.

* *Cuiacius lib. 7. Observationum, cap. 15. Priscianum lib. 6. allegat ex fide manuscriptorū (quod hac in parte Priscianus valde corruptus sit:) Caius, inquit, in primo institutionum. Adhibitis non minus quinque testibus puberibus, item libripende. In eodem, Qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens, &c. Quæ cum non ita sint in Caij Institutionibus quæ vulgò circumferuntur, apparet interpretationem Aniani ad illas eam esse, non ipsam Caij contextum, quod & argumento manumissionis factæ in Ecclesia, quam manumissioni censu factæ substituit Anianus: & ad filiatorum appellationis, quæ etiam videtur in l. 2. C. Th. de legit. hered. & multis aliis comprobari potest. Hac Cuiac.*

Priscianus.

Ad filiationem.

DE NUMERO SER-
uorum testamento manu-
mittendorum.

TITVLVS II.

*Tit. 7. lib. 1.
Instit.*

*Numerus
seruorum ma-
numitten-
dorum.*

CONSTITVTVM est, quantū seruorum
numerum testamento de quanta fami-
lia liceat manumitti, hoc ordine: vt si quis
duos seruos habet, ambos manumittere pos-
sit. Qui verò tres, duos testamento manu-
mittat. Qui quatuor, similiter duos. Qui sex,
tres. Qui octo, quatuor. Qui decē, quinque.
Qui vndecim, duodecim, tredecim, quatu-
ordecim, quindecim, sedecim, decem & se-
ptem: similiter quinque. Qui decem & octo,
sex. Et ab hoc numero vsque ad triginta, ter-
tiam partem manumittere liceat. Qui am-
pliùs quàm triginta habuerit, vsque ad cen-
tum, quartam partem de numero seruorum
manumittere potest. Qui verò plures quàm
centum habuerit, quintam partem manu-
mittere potest. Sed & hoc statutum est, vt de
qualibet grandi familia, nulli ampliùs, quàm
centum testamento manumittere liceat.

1 Nam qui voluerit aut in Ecclesia*, aut
ante Consulem, aut inter amicos aut per e-
pistolam manumittere, potest hiis manu-
missionibus omnem familiam iugo seruitu-
tis absolueret.

2 Nam si aliquis testamento plures ma-
numittere voluerit, quàm continet nume-
rus su-

rus suprà scriptus, ordo seruandus est: vt illis tantùm libertas valeat, qui prius manumissi sunt, vsque ad illum numerum, quem explanatio continet superius comprehensa. Qui verò postea supra constitutum numerum manumissi leguntur, integrè in seruitute eos *certum est permanere. Quòd si non nomi-^{* decretum.} natim serui, vel ancillæ in testamento manumittantur, sed confusè omnes seruos suos, vel ancillas is qui testamentum facit, liberos facere voluerit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine data libertas, sed omnes in seruili conditione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt. Nam & si ita in testamento seruorum manumissio adscripta fuerit, id est, in circulo, vt qui prior, qui posterior nominatus sit, non possit, agnosci, nulli ex hiis libertatem valere manifestum est, si agnosci nõ potest qui prior qui posterior manumissus fuerit.

*Manumissi
in circulo.*

3 Nam si aliquis in ægritudine constitutus, in fraudem huius legis facere noluerit testamentum, sed epistolis, aut quibuscumque aliis rebus seruis suis pluribus quàm per testamentum licet, conferre voluerit libertates, & sub tempore mortis hoc fecerit, hij qui prius manumissi fuerunt, vsque ad numerum superiùs constitutum, liberi erunt. Qui verò post statutum numerum manumissi fuerint, serui sine dubio permanebunt.

4 Nam si incolumis quoscumque diuer-

so tempore manumisit: inter eos qui per testamentum manumissi sunt, nullatenus computentur.

DE IVRE PERSONARUM.

TITVLVS III.

¶ *Diuisio.*

*Lib. 1. Instit.
Imp. titul. 3.
l. 1. ff. de his
qui sunt sui
vel al.*

ALIQVÆ personæ sui iuris sunt, aliquæ alieno iuri subiectæ sunt. Itaque cum ostenditur quæ personæ alieno iuri subiectæ sint, tunc euidenter agnoscitur quæ sui iuris sint.

¶ *De potestate dominica.*

1 In potestate itaque dominorum sunt serui, quam potestatem omnes gentes habere certum est: sed distringendi in seruos dominis pro sua potestate permittitur, occidendi tantum seruos suos domini licentiam non habebunt: nisi fortè seruus dum pro culpæ modo ceditur, casu forsitan moriatur. Nam si seruus dignum morte crimen admitterit, iis iudicibus quibus publici officii potestas commissæ est, tradendus est vt pro suo crimine puniatur.

¶ *De patria potestate.*

l. 1. ff. cod.

2 In potestate etiam patrum sunt filij, ex legitimo matrimonio procreati.

DE MATRIMONIIS.

TITVLVS III.

¶ *Quæ sint nuptiæ legitime.*

LEGITIMÆ sunt nuptiæ, si Romanus *Lib. I. Inst.*
 Romanam nuptiis interueniētibus, vel *Imp. tit. 10.*
 consensu ducat vxorem.

¶ *De ascendētibus & descendētibus.*

1 Sed non omnes personas vxores ducere licet: quia nec patri filiā, nec filio matrem, nec auo neptem, nec nepoti auiam. Quod non solum de personis, quæ nobis propinquitate coniunctæ sunt, sed etiam de adoptiuis, hoc est ad filiatis, iussum est obseruari. Nā etsi per emancipationem adoptio dissoluatur, nuptias tamē inter has personas semper constat illicitas.

¶ *De fratribus & sororibus.*

2 Inter fratrem quoque & sororem, siue eodem patre ac matre nati fuerint, siue diuersis matribus aut patribus, matrimonia esse non possunt. Inter adoptiuos etiam fratres illicita sunt cōiugia, nisi fortè adoptio emancipatione fuerit dissoluta: nam si emancipatio interuenerit, nuptiæ inter huiusmodi fratres licitè contrahuntur. *Adoptio emancipatione dissoluta.*

¶ *De fratris vel sororis filia.*

3 Fratris quoque & sororis filiam vxorem ducere non licet.

¶ *De sorore patris vel matris.*

4 Sororem quoque patris ac matris vxores accipere non licet.

¶ *De affinibus.*

5 Genero quoque locrum suam: nec sor-
cero nurum vxorem accipere licet, neq; vi-
trico priuignam, neq; priuigno nouercam.

¶ *De consobrinis.*

Amitini vel 6 Fratres enim amitinos vel consobri-
Consobrini. nos in matrimoniū iungi nulla ratione per-
mittitur.

¶ *De polygamia.*

7 Sed nec vni viro duas sorores vxores
habere: nec vni mulieri duobus fratribus
iungi permittitur.

¶ *De incestis & nefariis nuptiis.*

8 Quòd si quis incestas vel nefarias, id est,
quæ sunt superius comprehensæ, nuptias in-
ierit, nec vxorem habere videtur, nec filios.
Nam hij qui ex huiusmodi conceptione nati
fuerint, quamlibet matrem videantur habe-
re, patrem verò nullatenus habere censentur,
& tanquam si de adulterio concepti fue-
rint computantur: qui spurij appellantur,
hoc est, sine patre filij.

¶ *De statu liberorum.*

Regula iu- 9 Regula iuris hoc continet, vt qui legi-
ris. timè concipiuntur, tempore conceptionis
statum sumant: qui verò non de legitimo
matrimonio concipiuntur, statum sumant
eo tempore quo nascuntur. Ac proinde legi-
tima coniunctione conceptus, etiamsi ma-
ter eius statum mutet, id est, si ancilla fiat: il-
le qui legitimè conceptus est, ingenuus na-
scitur. nam qui non legitimo matrimonio
concupi-

concipitur, si mater eius ex ancilla dum prægnans est, libera facta fuerit, liber nascetur: si verò ex ingenua ancilla prægnans facta fuerit, seruus nascetur: quia non legitimè, sed vulgò conceptus est.

DE ADOPTIONIBVS.

TITVLVS V.

¶ *Definitio.*

ADOPPIO naturæ similitudo est, vt aliquis filium habere possit, quem nõ generauerit.

*Lib. I. Insti.
Imp. tit. II.
l. 2. ff. de a-
dopt. l. 28.
eod.*

¶ *Diuisio.*

1 Et ipsa adoptio duobus modis fit. vna quæ adrogatio dicitur: alia, quæ adoptio. Adrogatio est, quando aliquis patrem non habens adoptatur, & ipse se in potestatem adoptiui patris dat. Et ideo adrogatio dicitur, quia & ille qui adoptat interrogatur, vtrum illum quem adoptat filium habere velit: & ille qui adoptatur, interrogatur, vtrum id fieri velit. Illa verò alia adoptio est, vbi quis patrem habens, ab alio patre adoptatur: & ita ille qui adoptatur, de certi patris potestate discedit, & in adoptiui patris incipit esse potestate.

*Caius l. 2. ff.
eod.*

¶ *Defeminis.*

2 Nam & femine adoptari possunt, vt loco filiarum adoptiuis patribus habeantur: femine verò adoptare non possunt, quia nec filios ex se natos in potestate habent.

Femina.

¶ *De spadonibus.**Spadones.*

4 Spadones autem qui generare non possunt, adoptare possunt. Et licet filios generare non possint, quos adoptauerunt filios habere possunt.

¶ *De liberis adoptati.*

4 Si quis verò filios habens se dederit adoptandum, non solum ipse in patris adoptiui potestatem redigitur, sed & filij eius, si tamen auum paternum non habuerint, in adoptiui patris transeunt potestatem, tanquam nepotes.

QVIBVS MODIS FILII exeunt de potestate patris.

TITVLVS VI.

¶ *De morte.**Lib. 1. Insti.
Imp. tit. 12.*

FILII qui in potestate patris sunt, mortuo patre sui iuris fiunt. Sed si hic filius, qui morte patris sui iuris effectus est, filios habeat, in eius post patris sui obitum erunt filij potestate. Nam si pater moriatur, & auus paternus viuat, nepos ex filio sui iuris esse non potest: quia in aui remanet potestate qui auo mortuo sui iuris efficitur. Itē si moriatur pater, & relinquat filium emancipatum, & ex eodem filio emancipato nepotes, tunc nepotes liberi & sui iuris erunt, & in patris emancipati potestatem non veniunt.

¶ *De exilio.**Exilium.*

1 Item de potestate patris exeunt filij, si pater

pater eorum in exilium missus fuerit: quia non potest filium ciuem Romanum in potestate habere homo peregrinæ conditionis effectus. Item filius si viuo patre in exilium missus fuerit, in potestate patris ciuis Romanus esse nõ potest, quia similiter peregrinæ conditionis factus cognoscitur.

¶ *De captiuitate.*

2 Item si ab hostibus pater captus sit: in potestate quandiu apud hostes fuerit, filios non habebit. Sed si de captiuitate euaserit, iure postliminij omnem, sicuti in aliis rebus, ita & in filios recipit potestatem. Si verò pater qui ab hostibus captus est, in captiuitate moriatur, ab eo tempore, quo ab hostibus captus est, filij sui iuris effecti intelliguntur.

¶ *De emancipatione.*

3 Item per emancipationem filij sui iuris efficiuntur. Sed filius masculus tribus emancipationibus de potestate patris exit, & sui iuris efficitur. Mancipatio autem, hoc est, manus traditio quædam similitudo venditionis est: quia & in emancipationib. præter illum, hoc est certū patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo iste naturalis pater filium suum fiduciario patri mancipat, hoc est manu tradit: à quo fiduciario patre naturalis pater vnum aut duos nummos, quasi in similitudinē pretij accipit, & iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tradit. Hoc secundò & tertio fit, & sic de patris potestate exit. Quæ tamen mancipatio solebat

Emancipatio.

Mancipatio

Ritus mancipationis.

*Antestatus.**Remancipatio.*

ante Præsidentem fieri, modo ante Curiam facienda est: vbi quinque testes ciues Romani in præsenti erunt, & pro illo qui Libripens appellatur, id est, stateram tenens, & qui Antestatus appellatur, alij duo, vt septem testiũ numerus impleatur. Tamẽ cum tertio mancipatus fuerit filius à patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, vt ei à fiduciario patre remancipetur, & à naturali patre manumittatur: vt si filius ille mortuus fuerit, ei in hæreditate naturalis pater, non fiduciarius succedat. Feminae, vel nepotes masculi ex filio, vna emancipatione de patris vel aui exeunt potestate, & sui iuris efficiuntur. Et hij ipsi quamlibet vna emancipatione de patris vel aui potestate exeant, nisi à patre remancipati fuerint, & à naturali patre manumissi, succedere eis naturalis pater nõ potest, nisi fiduciarius à quo manumissi sunt. nam si remancipatum sibi naturalis pater vel auus manumiserit, ipse eis in hæreditate succedit. Quod si habeat quis filium, & ex eo nepotes, & voluerit filium emancipare, & nepotes in sua potestate retinere, in arbitrio eius est: aut si voluerit nepotes emancipare, & filium in sua potestate retinere, & hoc ei pro iuris ordine licere manifestum est. Quod non solùm de nepotibus, sed & de pronepotibus similiter facere potest.

DE TUTORIBUS.

TITVLVS VII.

TUTORES aut legitimi sunt, aut testamentarij. Legitimi sunt, qui pupillo per virilem sexum propinquitate cōiunguntur: & qui proximior fuerit de agnatis, ad ipsum legitima tutela pertinet: quia is qui proximus fuerit ad tutelam, ipse proximus est ad hereditatem. Testamentarij sunt, quos patres aut aui paterni in testamento suo tutores filiis, aut nepotibus delegauerint. Quòd si nec testamentarius tutor fuerit, nec legitimus, tunc inquisitione iudicis pupillis tutores dantur.

*Instit. Imp.
lib. 1. tit. 13.
Caus. l. 7. ff.
de legit. tut.*

*Testamen-
tarij.*

DE CURATORIBUS.

TITVLVS VIII.

PERACTIS pupillaribus annis, quibus tutores absoluuntur, ad curatores ratio minorum incipit pertinere. Sub curatore sunt minores ætate, maiores euerfores, insani. Hij qui minores sunt, vsque ad viginti & quinque annos completos sub curatore sunt. Qui verò euerfores, aut insani sunt, omni tempore vitæ suæ sub curatore esse iubentur: quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.

*Instit. Imp.
lib. 1. tit. 23.*

*Euerfores
insani.*



CAII INSTI-

TUTIONVM

LIBER II.

DE REBUS.

TITVLVS I.

¶ *Continuatio.*

*Caius l. i. D.
derer. diuis.*



AIUS superiori commentario de iure personarū aliqua disputauit. Nunc in hoc commentario de rebus iterum tractat.

¶ *Derebus nostris, vel diuinis, vel publicis.*

I Omnes itaque res aut nostri iuris sunt, aut diuini, aut publici. Nostri iuris sunt, quæ in proprietate nostra esse noscuntur. Diuini iuris sunt ecclesiæ, id est, templa Dei, vel ea patrimonia, ac substantiæ, quæ ad Ecclesiastica iura pertinent. Publici iuris sunt muri, fora, portæ, theatra, circus, arena, quæ Antiqui sancta appellauerunt, pro eo quòd exinde tolli aliquid aut contingi non liceret. Sed hæc omnia

omnia in nullius bonis sunt, ideo publici iuris esse dicuntur. Sed & res hereditariæ antequam aliquis heres existat, id est, quando dubitatur, utrùm scriptus, an legitimus heres succedere debeat, in nullius bonis esse videntur.

¶ *De rebus corporalibus, & incorporalibus.*

2 Præterea quædam res corporales sunt, quædam incorporales.

2 Corporales sunt, quæ manu tangi possunt: velut ager, mancipium, vestis, aurum, argentum, & hiis similia. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea, quæ non in corpore, sed in iure consistunt, sicut est hereditas, & obligationes diuersis contractibus scriptæ. Et licet hereditas, vel emptio, aut diuersi contractus res corporales in se habeant, ius tamen ipsius hereditatis vel emptionis, aliorumque contractuum incorporale est.

Corporales res.

Incorporales.

¶ *De seruitutibus.*

3 Incorporalia etiam sunt iura prædiorum urbanorum vel rusticorum. Prædiorum urbanorum iura sunt, stillicidia, fenestre, cloacæ, altiùs erigendæ domus, aut non erigendæ, & luminum: vt ita quis fabricet, vt vicinæ domui lumen non tollat. Prædiorum verò rusticorum iura sunt, via vel iter, per quod pecus aut animalia debent ambulare, vel ad aquam duci, & aquæ ductus, quæ similiter incorporalia sunt. * Hæc iura tamē rusticorum prædiorum *Seruitutes* appellantur.

Incorporalia iura.

* γρ. Et iura tam rusticorum quam urbanorum prædiorum.

De his qua inferioribus superponuntur.

4 Item regulariter constitutam est, vt superposita inferioribus cedant: Vt si quis in solo nostro sine nostro permisso domum ædificauerit, ad eum cuius terra est, domus ædificata pertineat. Vel si aliquis in agro nostro arbores, aut vineas, vel plantas quasunque posuerit, similiter superficies solo cedat.

* *Aliàs superficies solo cedat.*

Caius in hac quaestione speciet facta ex aliena materia Sabinianus videtur specians materiam nõ for

nam. Cum tamẽ Iustinian. mediã quandã sententiam retulerit, Inst. De rerũ diuisione. §.

Quum ex aliena.

Caius in l. Qua ratione 9. ff. de acq. rerum dom. Cuiac. id not. Inst.

* Vel si messem in cãpo seminauerit, omnia hæc quæ in terram alienam iactantur, domino terræ acquiruntur. Quod & de chartis & pergamenis, si in alienis scribat, licet aureis vel argenteis literis, similiter eius est scriptura, cuius charta aut pergamenũ fuerit. Quod & de tabula, hoc est, si aliquis in tabula mea picturam fecerit, obseruatur: quia statutum est, vt tabulæ pictura cedat.

¶ *De specificatione.*

5 Quod si quis ex uuis meis vinũ, aut spicis frumentum, aut ex oliuis oleum fecerit: eius vinum, triticum, vel oleum est, cuius spicæ, aut uuæ, aut oliuæ fuerint. Si quis etiam ex tabulis alienis nauem aut armarium, aut quodcunque ad vsum pertinens, fecerit, simili ratione eius erunt quæ facta fuerint, de cuius ligno facta probantur. Similiter etiam, si ex lana vel lino vestimenta fecerit, eius erunt vestimenta, cuius, lana vel linum fuisse probabitur.

¶ *De impensis recipiendis.*

6 Sed in hiis omnibus superiũs comprehensis, quicumque in terra aliena aliquid posuerit,

fuerit, aut ædificauerit, aut horum quæ dicta sunt, aliquid fecerit, illis qui aliena præsumpserunt hoc competit, ut expensas vel impedia, quæ in hiis fecerint, à dominis qui rem factam vendicant, recipere possint.

¶ *Per quas personas nobis acquiritur.*

7 Acquiritur autem nobis nõ solùm per nosmetipsos, sed & per eos qui in potestate nostra sunt. sicut filij vel serui: quia quicquid hiis à qualibet persona donatum, vel venditum fuerit, aut hæredes fuerint instituti, id patribus & dominis sine aliqua dubitatione conquiritur: præter eos filios, quibus per leges castrensè peculium habere permisum est. Hij verò serui qui in vsufructu nostro, & in proprietate alterius sunt, hoc tantùm vsufructuario acquirere possunt, quod opere aut manibus suis fecerint, aut de mercedibus operis sui acceperint. Nam si eis aut hæreditas, aut legatum dimittatur, aut donationis aliquid conferatur, hoc proprietario domino, non vsufructuario acquiritur.

*Caius l. 10.
De acqu.
rer. dom.*

DE TESTAMENTIS.

TITVLVS II.

¶ *De modis acquirendi per vniuersitatem.*

PER vniuersitatem, hoc est, omnia simul bona acquirimus hereditate, emptione, adoptione: quia is quem adoptauerimus, si

sine patre est, cum omnibus bonis suis ad nos transit.

¶ *Quibus non est permissum facere testamentum. ac primum de his qui sunt alieni iuris.*

*Caus l. 4.
Qui testa.
fac. poss.*

1 Id quoque statutum est, quòd non omnibus liceat facere testamentum. Sicut hij sunt, qui sui iuris non sunt, & alieno iuri subiecti sunt, hoc est, filij tã ex nobis nati, quàm adoptiui.

De impuberibus.

2. Item testamenta facere non possunt impuberes, id est, minores XIII. annorum, aut puellæ XII.

De furiosis & insanis.

3 Item & hij qui furiosi, id est, mente insani fuerint, non possunt facere testamenta.

Sed hij qui insani sunt, si interualla ipsius insanix habent, per interualla quibus sani sunt, possunt facere testamenta.

DE EXHEREDATIONE liberorum.

TITVLVS III.

¶ *De filio.*

*Caus l. 13.
π. De in-
iust. r. p.*

IS qui filium in potestate habet, curã agere debet, vt testamentum faciens, masculum filium aut nominatim heredẽ instituat, aut nominatim exheredet. Nam si masculum filium in testamento præterierit, non valebit testamentum.

¶ *De*

¶ *De filia.*

1 Si verò filiam præterierit, non rumpit testamentum filia prætermiffa, fed inter fratres suos, legitimo ftante testamento, fuam ficut alij fratres confequitur portionem. Si verò testaméto extranei heredes fcripti fuerint, ftante testamento filia medietatem hereditatis acquirit. Nam fi factò testamento, in quo filius mafculus prætermiffus est, euenit, vt viuente adhuc patre filius qui prætermiffus est moriatur, fic quoq; quamlibet filius ille mortuus fuerit, testamentum quod factum est non valebit. *Præteritios.*

¶ *De Posthumis.*

2 Posthumorum duo genera sunt: quia Posthumi appellantur hij, qui post patris mortem de vxore nati fuerint: & illi qui post testamentum factum nascuntur. Et ideo nisi is qui testamentum facit, in ipso testamento comprehenderit: *Quicumque filius aut filia mihi natus natæue fuerit, heres mihi fit:* aut certè dicat, *exheres fit*, valere eius non potest testaméto: quia ficut superiùs iam dictum est, legitimè concepti pro natis habeantur. Nisi quòd melior conditio est posthumæ quàm natæ: quia nata, si prætermiffa fuerit, non rumpit testamentum: posthuma verò, ficut mafculus, testamentum rumpit. *Posthumorum duo genera.*

¶ *De adoptione.*

3 Si quis post factum testamentum adoptauerit apud populū illum qui sui iuris est, hoc est, qui patrem non habet, aut apud Præ-

torem illum adoptauerit qui in potestate patris est, quasi ei filius natus sit, ita eius rumpitur testamentum.

¶ *De posteriore testamento.*

4 Posteriore quoque testamento, quod iure factum est, id quod iure fictum antè fuerat rumpitur. Quòd si factò posteriore testamento, heres scriptus, aut ante aditionem hæreditatis moriatur, aut viuo testatore defecerit, aut cõditio possibilis, sub qua heres institutus est, impleta non fuerit: is qui testamentum fecit, intestatus mori videtur: quia testamentum quod prius fecerat, testamento posteriore rescissum est, & quod posteriori factum est, hiis rebus, quas diximus, infirmatur.

¶ *De capitis deminutione.*

Capitis minutio.

5 Alio quoque modo testamenta iure facta infirmantur, si aliquis post factum testamentum capite minuatur: id est, aut ab hostib. capiatur, aut pro crimine in exilium deputetur. Similiter & si qui adoptatus fuerit, testamentum quod antequam adoptaretur fecerat, non valebit.

¶ *De heredum qualitate & differentia.*

Heredes sui.

6 Heredes autem sui sunt, aut necessarij, aut extranei. Sui heredes appellantur filij aut nepotes ex filiis masculis, quos in potestate auus vel pater habet. Necessarij sunt hæredes serui qui cum libertate hæredes instituuntur. Necessarij ideo, quia aut velint aut

Necessarij.

velint,

nolint, necesse est eis heredes esse. Nam qui creditoribus tenentur obnoxij, & putant se non tantum in substantia, quantum in debitis relinquere, ipsi seruos suos manumittunt, & heredes necessarios faciunt, ut quò magis heres quàm dominus infamiam incurrat, cum res eius, id est, hereditas domini pro debitis venditur, & creditoribus datur. *Extraneis.* Extranei sunt, qui nullo propinquitatis gradu testatori iunguntur, sed eos quicumque pro arbitrio suo scribit heredes.

DE SUBSTITUTIONIBUS & de faciendis secundis tabulis.

TITVLVS IIII.

¶ *Quid sit substitutio, & quotuplex.*

SUBSTITVTIO est, quæ post institutionem à testatore fieri solet, id est, secundum heredis appellatio. Et duæ sunt, quarum vna vulgaris dicitur, alia pupillaris. *Instit Imp. l. b. 2. cap. 15.*

¶ *De vulgari.*

1 Vulgaris dicitur, *Ille heres mihi esto: siue hoc filio siue extraneo. Quòd si hereditatem meam adire nolueris, illum substituo ad quem hereditas mea debeat pertinere.*

¶ *De pupillari.*

2 Pupillaris substitutio filiis tantummodo impuberibus dari potest, quæ ita fit: *Ille filius meus si intra pubertatem decesserit, illum ei substituo.* Sed pupillaris substitutio ita secreta esse debet, ut ad notitiã substituti peruenire *Pupillaris.*

non possit, ne vitæ pupilli aliquas substitutus infidias moliatur. Nam in extrema pagina testamenti fieri debet, vt pars illa in qua substitutio pupillaris scripta est, quandiu pupillus annos pubertatis egrediatur, ob signata permaneat, & prior pars testamenti, in qua heres scriptus est, referatur. Hoc etiam * & de donis fieri potest.

* *vt de eisdem
paginis.*

¶ *De fideicommissis.*

3 Nam si extraneus heres scriptus sit, etsi aliquem substituere non possumus, vt si heres extiterit, & intra aliquod tēpus mortuus fuerit, alius ei heres sit, potest tamē per fideicommissum obligari, vt alij, rogatus à testatore, hereditatem aut integram, aut pro parte restituat.

DE LEGATIS.

TITVLVS V.

¶ *Diuisio.*

*Instit. Imp.
lib. 2. tit. 20.* **L**EGATORVM genera sunt quatuor, vendicationis, damnationis, sinendi modo, & præceptionis.

¶ *De legato vindicationis.*

*Vendicatio-
nis legatū.* **I** Vendicationis legatum est, si testator sic locutus fuerit: *Illum seruum tibi do, aut lego: Vel, Illam rem tibi præsume, habe, vendica.* Quod post mortem testatoris statim legatarius non expectato herede, sibi præsumit. Quam si præsumperit, nec pro præsumpto legato ab herede potest calumniam sustinere, nec

re, nec si aliena res fuerit, quę legata est, legatarius hoc poterit ab herede repetere. Si per vendicationem vna res multis legata sit, & singuli hanc ipsam rem præsumere velint, æquales singuli de re legata capiant portiones.

¶ *De legato damnationis.*

2 Per damnationem isto ordine legatum *Damnatio* dimittitur, vt testator in testamento scribat: *ni.*

Tu heres meus illi hoc da: aut, Illud illi ab herede meo dari iubeo. In quo genere legati etiam alienę res per legatum dimitti possunt. Et necesse est heredi aut redimere eam rem, quę iuris alieni est, & legatario tradere, aut si is cuius est res vendere noluerit, quantum res illa valebit, legatario in pretio compensare. Sed si testator rem alienam quasi suam credens, per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab herede petere non potest: & inutile est legatum. Nam si sciens alienam esse, per legatum dederit, necesse est ab herede aut ipsam rem, aut æstimationem rei in pretio legatario dari.

¶ *Collatio dictorum legatorum.*

Dere aliena, vel futura.

3 Cæterum inter damnationis legatum *Differentia* & vendicationis hoc interest, quod per ven- *legati da-* dicationem res aliena relinqui non potest: *mnationis,* per damnationem eo pacto, quo superius *Et vendica-* comprehensum est, potest. Illę etiam res, quę *tionis.* in rerum natura nõ sunt, per damnationem legato dimitti possunt, velut si ita testator in

testamento scribat: *Fructus qui ex illo agro nati fuerint*: aut, *id quod ex illa ancilla natum fuerit*. quod in legato vendicationis fieri nō potest: quia non potest hæc legatarius testatore mortuo continuò vendicare.

De legato coniunctim.

Similitudo. 4 Inter legatum vendicationis & damnationis ista similitudo est, quòd legatum vendicationis, siue damnationis, si coniunctim, id est, duobus aut pluribus vna res in legato dimissa fuerit, in vtroque legato simul ab omnibus præsumatur.

De legato disiunctim.

Distantia. 5 Inter legatum vendicationis, & damnationis ista distantia est, vt si disiunctim, id est, singulis quæcunque res per legatum damnationis relicta fuerit, singulis integra debeatur: Id est, vt vnus rem ipsam accipiat, alij æstimationem rei ipsius in pretio ab herede percipiant.

¶ *De legato per sinendi modum.*

Legatum sinendi modo. 6 Sinendi modo hæc legati verba sunt: *Ille heres meus rem illam illum permittit præsumere & sibi habere*. Nam & propriam rem testator & heredes sui, & [alienam*] per sinendi legatum relinquere potest. In quo legato nō quidem heres legatario rem quæ relicta est iubetur tradere, sed vendicanti legatario non permittitur prohibere.

* *Cuius censet perperam adisci.*

¶ *De legato præceptionis.*

Præceptionis legatum. 7 Præceptionis verò legatum non nisi vni ex heredibus dari potest, vt aliquid ei ex heredi-

hereditate præcipuum relinquatur. & si aut
coniunctim, id est, multis, aut disiunctim sin-
gulis relinquatur, omnibus vna res tantum
quæ nominata est debetur, non vni res, & a-
lij æstimatio, sicut in legato damnationis est
constitutum.

DE LEGE FALCIDIA.

TITVLVS VI.

LEGE Falcidia constitutum est: quicun- *Instit. Imp.*
que heres fuerit institutus, quartam par- *lib. 2. tit. 22.*
tem totius hereditatis habeat. Quod si testa-
tor hereditatem suã legatis exinanierit, hoc
statutum est, vt Falcidiam sibi de imminu-
tione legatorum heres retineat, constante
nilominus testamento. Hic de Pauli sen-
tentiis addendum.

DE FIDEICOMMISSIS.

TITVLVS VII.

¶ De hereditate.

POTEST aliquis recto iure heredem in- *Instit. Imp.*
stituere: & rogare eum, vt hereditatem *lib. 2. tit. 25.*
suam, aut omnem, aut ex parte alij per fidei-
commissum reddat. Nam si heredẽ directo
iure non instituerit, fideicommissarius non
potest ad alium acceptã hereditatem trans-
mittere. Sed in hac quoq; re hoc obseruandũ
est, quod de Falcidia supra iam dictum est, vt
heres institutus etiam si omnẽ hereditatem

Scriptum.

alij restituere *iussus sit, ita hereditatem alij restituat, vt quartam sibi ex ipsa hereditate retineat.

¶ *De singulis rebus.*

1 Et singulæ quæcunque res per fideicommissum dimitti possunt, hoc est, fundus, aut domus, aut mancipium, aut argentum.

¶ *Si fideicommissarius rogetur.*

2 Ab ipso fideicommissario alteri fideicommissum dimitti potest.

¶ *Si à legatario relinquatur.*

3 Et à legatario, licet legatum dimitti non possit, fideicommissum potest.

¶ *Dere testatoris, vel heredis, vel legatarij, vel extranei.*

4 Et non solùm propriæ res à testatore per fideicommissum dimitti possunt, sed etiam ipsius heredis, aut legatarij, aut cuiuslibet extranei.

¶ *In quantum legatarius onerari possit.*

5 Ne legatarius cui per testamentum parum dimissum est, plus alij per fideicommissum quàm id quod consequitur reddere iubeatur.

¶ *Dere aliena.*

Aliena res.

6 Cùm autem aliena res per fideicommissum relinquatur, necesse est heredi, vel legatario, rem illam quæ per fideicommissum est relicta, aut redimere, & fideicommissario dare, aut pretiũ eiusdem rei, quantum æstimata fuerit, fideicommissario nu-

merare,

merare, sicut in damnationis legato fieri diximus.

¶ *De libertate.*

7 Libertates etiam seruis per fideicommissum dari possunt, vt heres vel legatarius ea mancipia manumittant, quæ testator ab hiis vt manumitterent, sperauit. Nec interest vtrum hoc testator de suis seruis, an de ipsius heredis vel legatarij, aut de alienis fieri iubeat. Quod si de alienis fecerit, similiter cogitur heres emere ipsum seruum & manumittere. Sed si illum dominus suus noluerit vendere, perit per fideicommissum data libertas: quia in hac re heres æstimationem in pretio dare non cogitur. sed cum per fideicommissum libertas datur, is qui manumissus fuerit, non testatoris, sed heredis liberatus est.

Libertates.

¶ *Differentia legatorum & fideicommissorum.*

8 Præterea inter fideicommissa & legata sunt quædam distantia. Fideicommissum ad eum, cui aliquid commissum est, herede mortuo poterit peruenire, si talis fuerit conditio testamenti: nam legatum ita relinqui non potest. Item legatum per codicillum relictum non valet, nisi codicilli testamento fuerint confirmati: fideicommissum verò etiam si testamento codicilli non fuerint confirmati, nihilominus debetur. Item, per legatarium legatum alteri relinqui non potest, sed fideicommissum potest.

Fideicommissa quid à legatis distent.

1

2

3

4

alieno directa libertas dari non potest, per
 5 fideicommissum potest. Item per codicillos
 nemo heres institui potest, quamvis testa-
 mento confirmati sint: sed is qui testamen-
 to heres fuerit institutus, potest per codicil-
 lum rogari, ut hereditatem, quæ ei data est,
 alij totam vel pro parte restituat. quod vali-
 dum est, etiamsi codicilli testamento non
 6 fuerint confirmati. Item quamvis non pos-
 simus post mortem eius quem heredem in-
 stituimus, alium ei substituere, tamen per fi-
 deicommissum rogare eum possumus, ut
 cum moriatur, alij eam hereditatem vel to-
 tam, vel pro parte restituat. Et quia, sicut su-
 perius dictum est, etiam post mortem here-
 dis fideicommissum ei cui relictum est, dari po-
 test: quod hoc ordine fit, ut testator scribat:
illum heredem instituo, & volo, ut quum
mortuus fuerit, ad illum hereditas mea per-
 7 *tineat.* Præterea & in hoc alia fideicommissio-
 rum & legatorum conditio est, quia fideicom-
 missa, si tardius quam scriptum est soluta fue-
 rint, usuræ & fructus debentur: legatorum
 verò usuræ non debentur, sed ex mora solu-
 tionis, si per damnationem relicta fuerint,
 duplicantur.

D E I N T E S T A T O R V M

*hereditatibus.

* Al. heredi-
bus.

T I T V L V S. V I I I.

¶ *De suis heredibus.*

INTESTATORVM hereditates primùm *Instit. Imp. lib. 3. tit. 1.*
 ad suos heredem pertinent. Sui autem heredes appellantur, filius filia, nepos neptis, pronepos proneptis ex nepote: quia omnes per virilem sexum descendentes, sui vocantur. Naturales sunt hæ personæ, ac adoptivæ. *Naturales. Adoptivi.*
 Adoptiuorum enim comparatione legitimi *naturales* appellantur. Sed ita nepos vel neptis ex filio auo sui heredes sunt, si pater eorum de potestate patris, aut morte aut emancipatione discesserit: nam si eo tempore, quo aliquis moritur, filium in potestate habeat, & ex eo nepotes, illi viuo patre suo, & in potestate aui constituto, sui heredes auo esse non possunt.

1 Similiter Posthumi, qui si viuo patre *Posthumi.*
 nati fuissent, in potestate eius futuri erant, sui heredes sunt.

2 Si quando aliquis moritur, & reliquerit filium, aut filiam, & ex alio filio mortuo nepotes, neptisve: filij vel nepotes ex filio defuncto, patri vel auo hac ratione succedunt, ut filius vel filia suas partes, & nepotes ex filio portionem, quam pater eorum erat habiturus, accipiant. quia regulariter constitutum est, ut inter suos proximior longiore gradu positos non excludat: & non in capita, sed in stirpem diuidatur hereditas. Item si quis moriens filium non relinquit, sed ex duobus masculis filiis dimittat nepotes, *Nepotes.*
 hoc est, ex vno filio vnum, vel duos nepotes,

ex altero tres aut quatuor: similiter, sicut superiùs dictum est, in stirpem, non in capita hereditas diuidatur, hoc modo vt illi duo nepotes ex vno filio medietatem percipiant, & illi quatuor ex alio filio aliam medietatem: hoc est, vt tales accipiant portiones, quales patres eorum si vixissent, habituri erant.

¶ *De agnatis.*

Agnati.

3. Si defuerint heredes sui, tunc hereditas defuncti pertinet ad agnatos. Agnati enim sunt per virilem sexum defuncto propinquitate coniuncti, id est, consanguinei fratres, hoc est, de vno patre nati. Nec disputari potest, si de diuersis matribus nascantur qui vno patre geniti sunt. Item patruus, id est, frater patris, fratris sui filio agnatus est. Ipso modo sunt fratres patruales, hoc est, qui de singulis germanis nati sunt. Hoc ordine agnoscitur qui sint agnati, sicut supra diximus, per virilem sexum propinquitate coniuncti.

PATRUS.

4. Non tamen omnib. simul agnatis lex hereditatem propinqui intestati dat, sed hiis qui defuncto mortis sue tempore proximiores inueniuntur.

*In feminis
alia cōditio.*

5. In feminis verò alia conditio est: quia inter feminas sola tantum soror consanguinea habetur agnata, vt germano suo defuncto, ab intestato ei agnationis iure succedat. Reliquæ feminæ, hoc est amitæ, id est, patris soror, vel fratris filia, nec in capiendis hereditatibus

ratibus propinquorum legitimæ sunt, nec masculis propinquis agnationis iure succedunt. Ipsarum verò hereditates ad masculos propinquos agnationis conditione perueniunt.

6 Regulariter constitutum est, ut inter agnatos proximior posteriorem excludat, & inter eos non in stirpem, sed in capita, ab intestato diuidatur hereditas. Nam inter suos, sicut superiùs diximus, alia ratio est, ut proximior posteriorem non excludat, & semper hereditas in stirpem non in capita diuidatur. Nam si quis moriens dimittat germanum, & ex altero germano filios germanus frater quia gradu proximior est, solus succedit, fratris filij non succedunt. Item si moriatur quis, & de duobus germanis fratribus dimittat filios dumtaxat masculos, ex vno fratre dimiserit duos, ex alio quatuor, similiter masculos: omnes quidem fratrum filij patruo suo ab intestato succedunt, sed nō in stirpes, sed in capita: ita ut illi duo ex vna parte duas accipiāt portiones, & illi quatuor ex alio accipiant quatuor portiones. Nam si sorores habuerint, in patruo hereditatem non veniunt, sicut nec sororis filij in auunculi hereditate succedunt.

Proximior posteriorem excludit.

Sucessio in capita.

¶ *De cognatis.*

7 Nam & hoc regulare est, ut cognati tunc intestatorum propinquorum hereditates capiant, quando aut sui, aut agnati defuerint.

Cognati.

DE OBLIGATIONIBVS.

TITVLVS IX.

¶ *Diuisio.*

Instit. Imp.
lib. 3. tit. 14.

* *ere.*

OBLIGATIO in duas species diuiditur. Nam omnes obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex culpa. Quæ ex contractu nascuntur, quatuor genera sunt, quæ singula hoc ordine distinguuntur. Aut enim re* contrahitur obligatio, aut verbis, aut literis, aut consensu.

¶ *Demutuo.*

* *res.*

Qua pondere, numero, mensura cõtinentur.

Mutuum.

1 Re* contrahitur, quoties aliqua cuiusque mutuo dantur, quæ in his rebus contingunt, quæ pondere, numero, mensura cõtinentur: hoc est, si pecunia numeretur, vel frumentum detur, vinum, aut oleum, aut æs, ferrum, argentum, vel aurum. Quæ omnia numerando, aut pensando, aut metiendo, ad hoc damus vt eorum fiant qui ea accipiunt, & ad nos statuto tempore non ipsæ res, sed alia eius naturæ, quales datæ sunt, atque ipsius ponderis, numeri, vel mensuræ reddantur. Propter quod Mutuum appellatum est, quasi à me tibi ita datum sit, vt ex meo tuum fieret.

¶ *De verborum obligationibus.*
De stipulatione.

2 Verbis contrahitur obligatio ex interrogatio-

rogatione dantis, & responsione accipientis, ita vt si ille qui dat, interroget, *Hoc mihi dabis?* qui accipiet, respondeat, *Dabo.* Aut in obligatione debitoris, si aliquis fideiussor accedat, ille qui *personam fideiussori tradit, *cui persona fideiussoris traditur. interroget: *Istum fide tua esse iubes?* & ille respondeat: *Fide mea esse iubeo.* hac conditione non solùm ille qui debitor est, sed & is qui fideiussor existit, obligantur. Et non solùm fideiussor ipse dum viuit, sed & heredes ipsius, *Creditoris electio.* si ille defecerit, tenentur obnoxij. Creditor autem, qui pecuniam dedit, in potestate habet ad reddendam pecuniam quem velit tenere, vtrùm ipsum debitorem, an fideiussorem. Sed si debitorem tenere elegerit, fideiussorem absoluit. si verò fideiussorẽ tenuerit, debitoreẽ absoluit. quia vno electo, quem idoneum creditor iudicat, alterum liberat.

De dotis dictione.

3 Sunt & aliæ obligationes, quæ nulla præcedente interrogatione contrahi possunt, id est, vt si mulier siue sponso vxor futura siue iam marito dotem dicat. Quod tam de mobilibus rebus, quàm de fundis fieri potest. Et nõ solùm in hac obligatione ipsa mulier obligabitur, sed & pater eius, & debitor ipsius mulieris, si pecuniam, quam ille debebat sponso creditricis, ipse debitor in dotem dixerit. Hæ tantùm tres personæ, nulla interrogatione præcedente possunt dictione dotis legitimè obligari. Aliæ verò personæ, si pro muliere dotẽ marito promiserint,

communi iure obligari debent: id est, ut & interrogatæ respondeant, & stipulatæ promittant.

De promissione liberti.

Obligatio 4 Item & alio casu, vno loquente, & sine
Uno loquen- interrogatione alio promittente, contrahi-
te & sine in- tur obligatio, id est, si libertus patrono aut
terrogatio- donum, aut munus, aut operas se daturum
ne alio pro- esse iurauerit. Exponendum hîc quid sit do-
miss. num, aut munus, vel operæ: in qua re supra-
 dicti liberti non tam verborum solemnita-
 te, quàm iurisiurandi religione tenentur.
 Sed nulla altera persona hoc ordine obligari
 potest.

De promissionibus inutilibus.

Inutiles pro- 5 Præterea inutilis est promissio, etiam
missiones. si stipulatione interueniente facta sit, si id a-
 liquis daturum se promiserit, quod sui iuris
 non est: hoc est, si aut ingenuum hominem
 quasi seruum se daturum promittat. Aut si
 mortuum aliquis, quem viuum credebat,
 promiserit. Aut locum sacrum, aut sanctum,
 aut religiosum daturum se quicumque pro-
 miserit.

6 Præterea inutilis est promissio, si aliquis
 rem sub tali conditione promittat, quæ im-
 pleri pro rei difficultate non possit.

Inutilis in- 7 Præterea inutilis est interrogatio &
terrogatio promissio, si ita aliquis interroget debito-
& promif- rem, *Post mortem meam vel tuam illud*
sio. *dari spondes?* Quod propterea inutile visum
 est,

est, quia à persona heredis obligatio incipere non potest. Et ideo nec heredi creditoris sub hac sponfione obligatur debitor, nec debitoris heres creditori tenetur obnoxius.

8 Item inutilis est obligatio si dicat creditor, *Pridie quàm moriar, dare spondes?* Vel interroget debitorem, *Pridie quàm moriaris?* Similiter & hæc stipulatio inutilis iudicatur, quia non potest sciri, quando sit pridie quàm aliquis moriatur, nisi postquam mortuus fuerit.

9 Item si purè interroget creditor, & debitor sub conditione promittat. *Infi. Imp. lib. 3. tit. 20.*

10 Vel si creditor decem solidos debitorem interroget, & debitor quinque promittat: hoc ordine integrum debitum vacillare cognoscitur.

De debitore compellendo, ut pecuniam nobis debitam caueat alteri se redditurum.

11 Si quis nobis pecuniam debeat, possumus debitorem nostrum compellere, ut pecuniam quam nobis redditurus erat, alteri se caueat redditurum. Neque potest ei, cui pro nostro debito cauet, de cauto & non numerato, sicut fieri solet, aliquid disputationis afferre, cum id quod à nobis accepit, alteri cauerit redditurum.

¶ *De literarum obligatione.*

12 Literis obligatio fit, aut à re in perso- *Literarum obligatio.*

sonam, aut à persona in personam. A re in personam, velut si id quod ex emptione aut conductione aut societate debes, alij reddas. A persona in personam, velut si id quod mihi alter debet, alteri personæ delegem, vt reddere debeat.

¶ *De obligationibus ex consensu.*

Caius lib 2. 13 Consensu fiunt obligationes, ex emptionibus & venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, & mandatis. quia in eiusmodi reb. consensus magis quam scriptura aut solemnitas quæritur. In quibus
De obl. & act.
Inter absentes obligatio rebus etiam inter absentes obligatio contrahi potest, quod in aliis rebus fieri non potest.

De emptione & venditione.

Emptio & venditio. 14 Emptio igitur & venditio contrahitur, cum de pretio inter emptorem & venditorem fuerit definitum, etiamsi pretium non fuerit numeratum, & nec pars pretij aut arrha data fuerit.

De locatione & conductione.

Locatio & conductio. 15 Locatio & conductio simili ratione consistunt, vt consensu, etiam verbo definitio inter consentientes firma permaneat.

De societate.

16 Societatem inire possumus, aut omnium bonorum aut vnus alicuius negotiationis. Et potest ita iniri societas, si tamen hoc inter socios conuenit, vt vnus pecuniam det, alter

alter operam suam pro pecunia ponat. Et huius rei definitio etiam verbo inita valet, *Instit. Imp. lib. 3. tit. 26.* ita ut quicquid societatis tempore quolibet modo fuerit aduersum, sociis commune sit.

17 Permanet autem inita societas, quoad in ipso consensu socij perseverant: quia sicut consensu contrahitur, etiam dissensu soluitur. Dissoluitur ergo societas aut morte vnius socij, aut contraria voluntate, aut capituli deminutione, id est si vnus ex sociis, sicut frequenter supra diximus, capite fuerit deminutus.

Demandato.

18 Similiter & mandari verbo potest. Et cum verbis mandatum fuerit, obligatio contrahitur. Possumus enim aut nostra negotia, aut aliena cuiusque agenda mandare, dummodo honestum aliquid agi mandemus. Nam si contra mores bonos aliquid mandare voluerimus: hoc est, si cuiusque mandemus, ut alicui furtum faciat, aut homicidium, aut adulterium admittat, in hiis rebus mandati obligatio non contrahitur. *Mandatum*

19 Soluitur autem mandatum aut morte, cui mandatum est, aut contraria illius voluntate qui mandauit. *Solutio mandati.*

20 Sed is cui mandatur, mandati formam egredi non potest. Aut si egressus fuerit, & mandatori teneatur obnoxius, & quod extra mandatum egit, non praedicit mandatori.

QVIBVS MODIS obligatio tollatur.

TITVLVS X.

¶ *De solutione debiti.*

Inst. Imp. lib. 3. tit. 30. **T**OLLITVR obligatio solutione debiti. Præterea aliquoties tollitur obligatio, etiam si aliud quàm cautum fuerat à debitorē creditori reddatur. Nam si quicumque pro pecunia quam creditori cauit, acquiescente creditore, aurum, aut argentum, aut mancipia, vel alias quælibet species, habita æstimatione consentiente creditore dederit, obligatio euidenter tollitur.

¶ *De obligationibus ex delicto.*

Obligatio- nes ex delicto. **I** Quia de obligationibus quæ ex contractu nascuntur, diximus, superest vt de his obligationibus, quæ ex delicto nascuntur, simpliciter disputemus. Ex delicto nascuntur obligationes, si aliquis furtum fecerit, vel bona aliena rapuerit, vel damnum alteri dederit, aut iniuriam fecerit. Quarum omnium rerum vno genere ex delicto nascitur obligatio.

Defurto.

Manifestum furtum. **2** Furtorum autem sunt genera quatuor: manifesti, nec manifesti, concepti, & oblati. Manifestum furtum dicitur, si quando fur cuiuscunque rem tollit, in ipso furto apprehenditur. Nec manifestum furtum
Non manifestum. appella-

appellatur, quod quamlibet dum fieret, inuentum non est, tamen furtum factum fuisse probatur. Conceptum furtum dicitur, *Conceptum.* cùm apud aliquem alterum res furtiua inueniatur. Oblatum furtum dicitur, cùm res furtiua alicui ita à fure datur, vt apud ipsum furem inueniri non possit. *Oblatum.*

3 Præterea, qui rem alienam inuito aut nesciente domino contingit, vel tollere, aut de loco mouere præsumit, furtum facit.

4 Et si quis rem vtendam acceperit, aut commendatam apud se habuerit, & aliter ea vsus fuerit, quàm acceperit, furti actione tenetur. *Qui aliter quàm accepit.*

5 Præterea, si quis iumentum alterius ad hoc accepit, vt eum quinque millibus duceret, si id decem millibus, aut longiùs quàm ab illo qui dedit fuerit constitutum *duxerit, furti reus erit. ** aliàs adgerit.*

6 Et multa præterea *quorumcunq; similia sunt: secundum quæ & ille furti tenetur, qui vt ferret opem, aut consiliũ, aut studium commodarit: velut si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, vt alij eam rapere possent. ** Quæ horũ. Auxilium. Consilium, aut studium.*

QVÆ IN HOC
ENCHIRIDIO
CONTINENTVR.

I. PRIMA administratio vr̄bis Rom.	5
<i>VII. Reges Romani.</i>	
Prima mutatio:	5
<i>Consules, Senatusconsulta.</i>	6
II. Secunda mutatio:	6
<i>Dictator, Magister equitum.</i>	
III. Tertia mutatio:	<i>ibid.</i>
<i>Tribuni pl. Plebiscita.</i>	7
IIII. Quarta mutatio:	<i>ibid.</i>
<i>Decemviri, Decem Tabule, Dne addita.</i>	
<i>Præstantia Leg. XII Tabularum.</i>	8
<i>Earum diuisio tripartita.</i>	10
I. De Iure Sacrorum ex leg. XII Tab.	11
II. De Iure publico legis XII Tab.	17
III. De Iure priuato legis XII Tab.	25
Domitij Vlpiani XXIX. Tituli.	74
Caij Institutionum libri duo.	137

T I T V.

TITVLI INSTI-
TUTIONVM TAM VL-
PIANI QVAM CAII,
ordine alphabetico.

D E Adoptionibus. <i>Vlp.</i>	pagina	90
de Adoptionibus. <i>Caij.</i>		145
de Bonis libertorum. <i>Vlp.</i>		131
de Caducis. <i>Vlp.</i>		102
de Cælibe, orbo, & solitatio patre. <i>Vlp.</i>		99
de Curatoribus. <i>Vlp.</i>		98
de Curatoribus. <i>Caij.</i>		149
de Decimis. <i>Vlp.</i>		100
de Dominiis & acquisitionibus rerum.		103
de Dotibus. <i>Vlp.</i>		86
de Exheredatione liberorum. <i>Caij.</i>		155
de Fideicommissis. <i>Vlp.</i>		125
de Fideicommissis. <i>Caij.</i>		162
de His qui in manu sunt. <i>Vlp.</i>		91
de His qui in potestate sunt. <i>Vlp.</i>		84
de His qui sui iuris sunt. <i>Vlp.</i>		83
de Intestatorum hereditatibus. <i>Caij.</i>		165
de Iure donationū inter virū & vxorē. <i>Vlp.</i>		89
de Iure personarum. <i>Caij.</i>		142
de Latinis. <i>Vlp.</i>		82
de Legatis. <i>Vlp.</i>		119
de Legatis. <i>Caij.</i>		158
de Lege Falcidia. <i>Caij.</i>		161
de Legibus & moribus. <i>Vlp.</i>		74
de Legitimis heredibus. <i>Vlp.</i>		128
de Libertatibus seruorum. <i>Caij.</i>		137

de Libertis.	<i>Ulp.</i>	76
de Libertorum successionibus vel bonis.	<i>Ulp.</i>	131
de Matrimoniis.	<i>Caij.</i>	143
de Numero seruorum testamento manumittendorum.	<i>Caij.</i>	140
de Obligationibus.	<i>Caij.</i>	168
de Pœna legis Iuliæ.	<i>Ulp.</i>	99
de Possessionibus dandis.	<i>Ulp.</i>	131
Quæadmodû heres institui debeat.	<i>Vlp.</i>	110
Quemadmodû testamêta rumpuntur.	<i>Vlp.</i>	117
Qui habeât ius antiquû in caducis.	<i>Ulp.</i>	102
Qui heredes institui possunt.	<i>Ulp.</i>	110
Qui in potestate mancipiõve sunt quemadmodum eo iure liberentur.	<i>Vlp.</i>	92
Quibus modis filij exeunt è potestate patris.	<i>Caij.</i>	146
Quibus modis obligatio tollatur.	<i>Caij.</i>	174
de Rebus.	<i>Caij.</i>	150
de Solidi capacitate inter virum & vxorem.	<i>Vip.</i>	100
de Statuliberis.	<i>Ulp.</i>	80
de Substitutionibus: & de faciendis secundis tabulis.	<i>Caij.</i>	157
de Testamentis.	<i>Ulp.</i>	106
de Testamentis.	<i>Caij.</i>	154
de Tutelis.	<i>Ulp.</i>	93
de Tutelis.	<i>Caij.</i>	149

IVS ciuile tandem in eam molem excreuit, vt sua magnitudine laborare incœperit, vixque se sustinere potuerit. Constabat Lege x i i Tab. Plebiscitis, Senatusconsultis, Prætorum edictis, Prudentum responsis & libris, Principum constitutionibus ac Rescriptis. Quibus omnibus legendis cum ipsa hominis vita vix sufficeret, Iustinianus huic difficultati remedium positurus de iure in artem redigēdo cogitauit. Quod & olim Pompeius Magnus, & Iulius Cæsar nisi vterq; bellis impeditus fuisset, fortassis præstitissent. Anno igitur imperij secundo, priorē Codicem ex tribus codicibus, Gregoriano, Theodosiano, & Hermogeniano, colligi mandauit. Hi autem tres Codices continebant Imperatorum Constitutiones: & eorum maximè qui ab Adriano & Antonino Pio vsq; ad Iustiniani ætatem, summam gubernationis tenuerūt. Anno verò imperij 4. Pandectas colligi mandauit: nec non Institutiones quæ totius iuris præcipua & summa capita continerent, conscribi iussit. Addidit rationem docendi, discendiq; iura. Professores constituit, duos Constantinopoli, duos Beryti, quatuor Romæ, qui ius profiterentur.

Ad quantã molem excreuerit ius ciuile.

Anno à Chrìsto 528.

Anno Chrìsti 530.

Quia verò temporibus Iustiniani Italia miserè à Gothis, Hunnis & Vandalis afflictæ est, in iis motib. omnia studia suppressa sunt: Iuris autem professio præ cæteris disciplinis cessauit omnino & obmutuit. Voluerunt enim Barbari, vnà cum imperij Romani am-

plitudine & nomine, Leges Romanas dele-
re, suasque interim supplantare ac ingerere.
Postquam igitur ad quingentos ferè annos
Iuris professio in Italia delituisse, singulari
Dei consilio iterum reuocata ac in lucè pro-
dita est. Primusque Irnerius libros Iuris ciui-
lis è bibliotheca eduxit: utque in Scholis de-
novo proponerentur, Lothario Saxoni au-
thor fuit & suasor. Ipse iuris professionè Bo-
noniæ inchoauit. Creuit studium hoc eò fa-
cilius, quò res nouæ animos hominum ad se
libentius pertrahunt, alliciuntque. Prodie-
runt itaque ex schola Irnerij viri doctiss. qui
iuris professionem in Italia conseruarunt, &
in Galliam transplantarunt, *Placentinus, Ro-*
fredus, Ioannes Bassianus, & alii. Quos subse-
quuti sunt plerique doctissimi iuris peritiss-
simiq; viri, qui in Italia, Hispania, Gallia, Ger-
mania, docendo & respondendo claruerunt,
ita ut tot clarissimorum virorum commen-
tariis ius nimium adauctum, propria sua mo-
le denuo laborare incœperit.

Superioribus illis accesserunt alij postre-
mis nostris temporibus, qui legum textibus
ceu fontibus restitutis Iurisprudentiam or-
narunt. Ac ut nihil hîc de *Alciato, Zasio, Bu-*
deo, aliisque clarissimis L.C. dicam: quis nescit
quantum splendoris attulerunt atq; etiam-
num adferant Iuri ciuili, *Cuiacius, Hotoma-*
nus, Wesembecius, Mynfingerus: aliique tum
in Gallia tum in Belgio, qui id ipsum Ius no-
strum sublatis tot maculis, næuis, mendis-
que ad

*Irnerius.**Lotharius.**Placenti-*
*nus, &c.**Alciatus,*
*&c.**Cuiacius,*
&c.

que ad nouam quandam venustatem adducunt?

Quanquam autem post tot secula (vt merito conqueritur Vigilius) mutatis tot rebus, tot veterum abolitis consuetudinibus, & nouis quotidie irrepentibus (vt plerunq; etiam municipiorum instituta morésque Iuri Ciuili præualeant: & responsis magis Doctorum, quàm certa aliqua lege controuersia diffiniantur) necesse prope sit, legum corpus innouare: attamen sic rectè atque ordine studia instituentur, si diligenter perscrutati fuerimus, si quæ fortè ex Veterum librorum & Commentatorum fide restitui queant. Multa enim adhuc latent, & Interpretum controuersis inuoluta sunt: quæ tamen ex emendatis codicibus, vel ex antiquis disciplinae Iuris monumentis, dissolui poterunt.

*Prefat. in
Institutiones
Theoph.*

*Veterum
codicum
collatio.*

Laus CHRISTO Opt. Max.



TITVLI
TRACTATVS-
QVE IVRIS CIVILIS
STVDIO IN PRIMIS
NECESSARI.

DE ORIGINE IVRIS:
*Et omnium Magistratum: Et suc-
cessione Prudentium:*

DE VERBORVM SI-
gnificatione: &

DE DIVERSIS REGVLIS
iuris antiqui: Annotationibus delectis, &
IVL. PACII argumentis illustrati.

DISPOSITIONEM ATQVE
*interpretationem Tit. tractationumq; Pan-
dect. Et quid insuper additum sit, se-
quens pagina demonstrat.*



FRANCOFVRTI AD MOENVM

Excudebat Ioannes Wechelus, impensis
Sigismundi Feyrabend.

M. D. LXXIII.

LEGALIS *studijratio ex C. Cantiuncula*
I. C.

LOCI *com. aliquot seu sedes materiaram*
à Doctoribus plenius tractatarum.

TIT. DE ORIGINE IVRIS, &C.

TITVLIS, DE VERB. SIGNIF. & DE
REGVLIS IVRIS, *subiecta est sua cui-*
que Declaratio, per modum dispositio-
nis, ac indicis Verborum ac Rerum ex
D. Wesemb. I. C.

REGVLÆ ET PRÆCEPTA NON-
nulla ex corpore Iuris sparsim desum-
pta, ordine alphabetico.

SERIES AC DISPOSITIO SEPTEM
Partium, titulorumq₃ omnium, qui or-
dine in libris Pandectarum explican-
tur: ex D. Cuiacij & D. Wesembekij
scriptis.

CODICIS Iustiniani *qua titulorum con-*
tinuatio ac series dari possit ex iudicio
D. I. Hoperi I. C.

QVÆ *in cuiusque Tituli, Legumq₃ eluci-*
datione obseruanda, ex M. G. I. C.

EX *Doctoribus iuris Civilis paucos & ido-*
neos eligendos.



S T V.

STVDII LEGALIS

ratio ex C. Cantuinc.

I. C.

HÆc sit prima ratio, vt Iuri Ciuili daturus operam, ne (quod dicitur) impingat in limine, primùm omnium numinis diuini auxilium precetur, & in illius gloriã, suorum studiorum finem, ceu ad scopũ referat. *Inuocatio Numinis.* Debent siquidem humanæ leges ab hoc archetypo peti, & illarum scintillæ ab eo lumine sumi: quamuis aliter reluceat æternæ veritatis fulgor in leui tersoq; speculo, aliter in ferro, aliter in limpido fonte, aliter in aqua subturbida.

MELIORVM Auctorum bonam partem euoluendam esse futuro Iurisconsulto, non oscitanter ab iis dictum est, qui Ciuilem scientiam, orbem quendam doctrinarum (qui Encyclopædia dicitur) exposcere putant. *Doctrinarum Encyclopædia.* Neque id abs re: Nam ciuilis prudentia quanuis (post sacratissimam & veram Theologiam) ars quædam sit princeps & architectonica, non aliter tamen quàm suis comitata pedissequis, Encyclopædiam illam consecuta dici poterit. Quare iuuentus, imò omnis ætas (neque enim rectæ voluntati serum est tempus vllum) totis mentibus huc tendat, in hoc elaboret, quò ductum illum scientiæ Ciuilis, ex multis disciplinis confertum, nancisci valeat.

NEQUE tamen exactam ad eò omnium disciplinarum notitiam à perfecto Iuris professore petimus: satis est eum esse eius, de qua sermo fuerit, non inscium.

Ancillantes artes,

Cõparatio apta

Varia non fatigant.

NAM quod illas, veluti ancillantes artes attinet, quas Ciuilis prudentia sibi suffectas habet, quæri solet, an eodem tempore percipi valeant? Negant enim quidam, quia confundatur animus, ac fatigetur, tot disciplinis in diuersum tendentibus, ad quas nec mens nec corpus nec dies sufficiat. Sed cur etiam non negant, posse agricolas arua simul & vinea, & oleas, & arbuſta colere, pratis, & pecoribus, & hortis, & aluearibus curã accommodare? Cur, pari argumento, non refragantur, Si quis dicat se aliquid forensibus negotiis, aliquid desiderii amicorum, aliquid rationibus domesticis, aliquid curæ corporis, non nihil voluptatib. quotidie dare? quarum tamen nos vna res quælibet, nihil intermitentes, fatigaret. C. C.

Sequuntur loci aliquot, seu sedes in quibus materia à Doctõribus Iuris pleniore stylo & solenni, vt inquit, apparatu cõmuniter pertractantur.

S E D E S

5

SEDES MATERIARUM,

apud Doctores Iuris.

ABSENTIARVM materia tractatur in **A**
linter minores. de integ. rest.

Actio^{rum} utilium sedes in l. 1. de actio. & oblig.

Actio^{rum} negatoria & confessoria in l. si prius de ope. no. nuntia.

Alienationis prohibita in l. filius f. §. diui. de leg. 1.

Alimentorum in l. Mela. de ali. & cib. leg.

Arbitrorum & arbitratorum in l. si quis arbitratu de stipul. seu verb. oblig. & in l. societatem. §. arbitratorum. pro soci.

Arbitrariarum actionum in l. actionibus de in litem. iuran.

Argumentorum in l. conuenticulum. C. de episc. & cleric.

Argumenti à contrario sensu in l. 1. de off. eius, &c.

Breuiologia seu reciproca substitutionis in l. B Lucius. de vulg. & pupil. subst.

Beneficiorum principis in l. fin. de constit. princ.

Calculationis seu computationis in l. instar. C. C de in. fisci. lib. x.

Cessionis in l. Modestinus. de solutio.

Citationis in l. de unoquoque. de re iudic.

Clausula codicillaris in l. 1. de iur. codicillo & in authent. ex causa in fin C. de lib. prater.

- Clausula derogatoria in l. si quis. in princ. de legat. iij.*
- Collationum, in auth. ex testamento. & in l. si emancipati. C. de collation.*
- Collectarum & vulgò talearum, in l. placet C. de sacros. eccles. & in l. eam qua C. de mulier. & in quo loc. lib. x.*
- Compendiosæ substitutionis, in l. centur. de vulg.*
- Consilij & auxiliij, in l. furti. §. ope. de furt.*
- Contractuum ante vel post delictum, in l. post contractum. de donat.*
- Cumulationis, emendationis, & mutationis actionum, in l. edita. C. de edend.*
- Cumulationis petitorij & possessorij, in l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. possess.*
- D** *Dationis in solutum, in l. à dno Pio. §. si pignora. de rei iudic.*
- Defensionis, in l. ut vim. de inst. & iur.*
- Dilationum, in l. fin. de feriis.*
- Diuisionis, in l. qui Roma. §. duo fratres. de stipul.*
- Donationis omnium bonorum, in l. stipul. hoc modo. de stipul.*
- E** *Emptionis fructuum, in l. cotem. §. qui maximos. de publ.*
- Equiparatorum vel adaequatorum, in l. i. de leg. i.*
- Exceptionum impediendum litis ingressum in l. vir bonus. ind. sol.*

*Exceptionis de iure tertij, in l. 2. de except. rei
iu.*

*Expensarum litis, in l. properandum. §. siue au-
tem alterutra. C. de iud.*

*Extensionis, in l. Gallus. §. & quid sit tantum, de
lib. & posth.*

Fama, in l. de minore. §. tormenta. de quest. F

Fictionum, in l. si is qui pro emptore. de usucap.

*Filiationis, in l. filium diffinimus, de his qui
sunt sui, vel alien. iu. & in l. si vicinis. (de
nuptiis.*

*Fluminum, Molendinorum, & Regalium, in
l. quomodo ius. de flumin.*

Fruētuum, in l. in fideicommissaria ad Treb.

*Grauinis per fideicommissum. in l. cum fi-
liosam. de leg. 1. & in l. ab eod. C. de fidei-
commiss.* G

*Homicidij, in l. damni. §. Sabini. de damn. in-
fect. in l. 1. C. ad l. Cornel. de sicar.* H

Insinuationis, in l. Modestinus, de donat. I

*Interrogatoriorum, in l. ubicunque. de inter-
rog. actio.*

*Interesse, in l. vnic. C. de sentent. qua pro eo: &
in l. quatenus de reg. iur.*

*Iuramenti suppletivi, in l. admonendi. de iu-
reiur.*

*Iuramenti in litem, in l. nummis. de in lit.
iuran.*

*Iuramenti calumnia, in l. qui bona. §. si alieno.
de damn. infect.*

*Iurisdictionum, in l. imperium. de iurisd. om.
iud.*

- L** *Lata culpa, in l. quod Nerva. de pos.*
Legitima, in auth. nouissima. C. de inoffic.
testam.
Legitimationis, in l. Gallus. §. Et quid si tan-
tum. de lib. Et posth.
- M** *Modi, in l. quibus. §. Thermillius. de condit.*
Et demonst. r.
Mora, in l. si insulam de verb. oblig. seu sti-
pul.
Mortis naturalis Et civilis, in l. Gallus. §. Et
quid si tantum. de lib. Et posth.
- N** *Naturalis obligationis, in l. frater à fratre. de-*
cond. indeb.
Nobilitatis, in l. 1. C. de dignit. lib. XII.
Nominis proprii Et appellatiui, in l. si quis in
fundi. de leg. 1.
- O** *Oblationis, in l. acceptam, C. de usu.*
Obligationum facti, in l. Stipulationes non di-
uiduntur. de stipulat.
Ordinis, in l. 2. §. prius. de vulg. Et in l. prola-
tam. C. de sentent.
Ordinis successiui ex testamento, in l. Gallus.
§. quidam rectè. de lib. Et posth.
- P** *Pabuli siue pastionis, in l. non solum. §. sed ve*
probari. de ope. no. nuntia.
Pacti de hereditate uiuentis, in l. fin. C. de
pac.
Pacti de retrouendendo, in l. 2. C. de pac. inter
empt. Et vend.
Pacti nudi, in liuris gentium. §. sed cum nul-
la. de pac.

- Primi & secundi decreti, in l. si finita. §. Iulianus. de damn. infect.*
- Probationum omnium, in l. admonendi. de iur. & in rub. C. de probatio.*
- Prodigorum, in l. is cui. de stipulat.*
- Protestationum, in l. non solum. §. morte. de oper. no. nuntia.*
- Pupillaris substit. in l. 2. de vulg. & pupill.*
- Quartarum, in l. in quartā. ad l. Falcid. & in l. filium. C. famil. ercisc.*
- Relatiuorum, in l. 1. in princip. C. de sum. trinit. & in l. Stichum qui meus erit, delegat. 1. R*
- Remissionis pensionum, in l. coempt. §. fin. de pub.*
- Remissionis fideicommissi, in l. 1. C. de pact.*
- Renuntiationis iuris futuri, in l. qui superstis. de acquir. hered. & in l. pactum quod dotali. C. de pact.*
- Repetitionis dotis constante matrimonio, in l. si constante. solut. mat.*
- Sententie interlocutoria, in l. quod iussit. de re iud. S*
- Solennitatis intrinseca & extrinseca, in l. sciendum. de stipul.*
- Testamenti inter liberos, in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test. T*
- Testamenti ad pias causas, in l. 1. C. de sacros. eccles.*
- Transmissionis, in l. si infanti. C. de iur. deliberan.*

V *Valoris & augmenti moneta.* in l. Paulus. de solut.


Variationis, in l. de rebus. rer. amota. & in l. serui electione. de leg. I.

Verborum enuntiatiuorum, in l. ex hac scriptura. de donat.

Usurarum, in l. curabit. de action. emp. & in l. centesimis. de stipul. & in l. lecta. si cert. pet.

Vulgaris substitutionis, in l. I. de vulg.

T I T V.



TITVLVS II

DE ORIGINE IV-
RIS ET OMNIVM MA-
gistratum, & successione
prudentium.*Ex I. Cuiacij l. C. Clariss. scriptis.*

IVRIS originem iam inde à Regibus processum-
que & partes hic titulus declarat: deinde originē
& nomina Magistratum: & postremò Successionem
Iuris peritorum, vt quisque alteri successerit. ab his e-
nim potissimum orta, condita, aucta, tradita, illustra-
ta sunt iura Populi Romani, qua ex re *iuris condito-*
res dicuntur & *iuris auctores*. ac sanè cùm in authen-
tico Pandectarum Florentinarum sit hoc loco, *Et*
successione eorum, existimo esse emendandum, *Et*
successione auctorum, vt l. 2. §. post originem. Porro, si
& hoc scire aues, *Magistratus* est publica persona
quæ iurisdictioni præest, vel qui pro tribunali cogno-
scit. vel, cui publicè iudicium iurisque dictio data est.
Aristoteles, τὰρχὰς ἔστι ὅσαις ἀποδέδοται βουλευσα-
σαι πᾶσι πῶν καὶ κρίναι καὶ ἑπιτάξαι. καὶ μάλιστα
πῶπ. τὸ γὰρ ἑπιτάξαι ἀρχαιώτερον ὄσι. Id quod vocat
ἑπιτάξαι, nobis est imperium, vt iubere cauere, iu-
bere possidere, quæ sunt ἀρχαιώτερα, id est, magis im-
perij quàm iurisdictionis. *Iurisconsultus* est qui ius
profiteretur, respondet, interpretatur. Aut, vir bonus le-
gum & morum ad respondendum peritus atque in-
terpretandum.

*Reges.**Iuris condi-
tores.**Magistra-
tus.**† lib. 4. πο-
λιτ. cap. 15.**Iurisconsul-
tus.*



C A I V S L I B R O
P R I M O A D L E G E M
duodecim Tabularum.

¶ *Scopus & nexus huius tituli.*



ACTVRVS legum vetustatum interpretationem, necessariò priùs ab vrbis initiis repetendum existimaui: non quia velim verbosos commentarios facere, sed quòd in omnibus rebus animaduerto id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constaret. Et certè cuiusque rei potissima pars principium est. Deinde si in foro causas dicentibus nefas, vt ita dixerim, videtur esse nulla præfatione facta iudici rem exponere: quãto magis interpretationem promittentibus inconueniens erit omissis initiis atque origine non repetita, atque illotis, vt ita dixerim, manibus protinus materiã interpretationis tractare? namque, nisi fallor, istæ præfationes & libentius nos ad lectionem propositæ materię produ-
*perducunt. cunt: & cum ibi venerimus, euidentio-
 præstant intellectum.

DE ORIGINE, ET PROCESSV IVRIS.

1 De manuregia. 2 De legibus regis. 3 De iure incerto & consuetudine. 4 De legibus duodecim tabularum. 5 De disputatione forensi. 6 De legis actionibus. 8 De plebiscitis. 9 De senatusconsultis. 10 De iure honorario. 11 De constitutionibus. 12 Epilogus. 13 Transitio. 14 De regibus. 15 De tribunis celerum. 16 De consulibus. 17 De censoribus. 18 De dictatoribus. 19 De magistris equitum. 20 De tribunis plebis. 21 De adilibus plebis. 22 De quaestoribus ararij. 23 De quaestoribus parricidij. 24 De decemviris. 25 De tribunis militum. 26 De adilibus curulibus. 27 De pratore urbano. 28 De pratore peregrino. 29 De decemviris in litibus iudicandis. 30 De quatuorviris, triumviris monetalibus, triumviris capitalibus. 31 De quinqueviris. 32 De variis pratoribus & adilibus Cerealibus. 33 De praefecto urbis. De praefecto annonae. De praefecto vigiliis. 34 Epilogus. 35 De Iurisconsultis.

I I. P O M P O N I V S

libro singulari Enchiridij.

HISTORIAM & originem non solum iuris, sed uniuersi status Romani, Pomponius incredibili quadam grauitate describit posteritati: ut magistratus cuiuslibet seculi discant, in administranda Republica quid amplecti, quid item vitare debeant: quibus denique modis ea qua corrupta sunt emendari possint sine magna turbatione: & breuiter, cuius exemplorum praeceptis docet artem boni & aequi: per quam, sicut princeps orbis Roma olim ad summum honoris fastigium euecta fuit: ita iam nunc quoque imperia feliciter propagari possint.

^a manu regia
^b His deinde
 addita sunt
 quinque, &
 ait Festus:
 ita & triginta
 quinque
 essent.

^c Ex gl. apparet in nonnullis defuisse dictionem reges: pessime hic quidam legunt, sequentes leges.

^d i. nepos. nã filius fuit Tarquinij Prisci si Liv. sequamur, aut. potius ne pos. si Halicarnass. Priscis autem qui & Lucumo dictus est, fuit filius Demarati alij leg. quibus Tarquinus Demarati.

NCESSARIUM itaque nobis videtur ipsius iuris originem, atque processum demonstrare.

1 Et quidem initio civitatis nostræ populus sine lege certa, sine iure certo primū agere instituit: omniaque manu ^a à regibus gubernabantur.

2 Postea aucta ad aliquem modum civitate, ipsum Romulum traditur populum in triginta partes diuississe: quas partes *Curias* appellavit, propterea quòd tunc reipublicæ curam per sententias partium earum expediebat. Et ita leges quasdam & ipse curiatis ad populum tulit. tulerunt & sequentes reges. quæ omnes conscriptæ exstant in libro Sexti Papirij, qui fuit illis temporibus, quib. Superbus Demarati Corinthij filius ^d, ex principalibus viris. Is liber, vt diximus, appellatur *ius civile Papirianum*: non quia Papirius de suo quicquam ibi adiecit: sed quòd leges sine ordine latas in vnum composuit.

3 Exactis deinde regibus lege ^e Tribunitia omnes leges hæ exoleuerunt: iterumque cæpit populus Romanus incerto magis iure, & consuetudine *sali*, quàm per latam legem: idque propè viginti annis passus est.

4 Postea ne diutius hoc fieret: placuit pu-

^e Quæ lata est non à Tribuno pleb. sed à Tribuno Celerum Iunio Bruto, qui eo magistratu fungebatur, cum regum eiciendorum autor fuit. Liv. 1. & 2. dec. lib. 1.

^f Consuetudine aliqua uti.

blica

blica auctoritate decem^a constitui viros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, & ciuitas fundaretur legibus: quas in tabulas eboreas^b perscriptas pro Rostris composuerunt, vt possint leges apertius percipi. datumque est eis ius eo anno in ciuitate summum: vt leges & corrigerent, si opus esset, & interpretarentur: neq; prouocatio ab eis sicut à reliquis magistratibus fieret. Qui ipsi animaduenterunt aliquid deesse istis primis legibus: ideóque sequenti anno alias duas ad easdem tabulas adiecerunt. & ita ex accidentia^c appellatæ sunt *leges duodecim tabularum*. quarum ferendarum auctorem fuisse decemuiris Hermodorum^d quendam Ephesium exulantem in Italia quidam retulerunt.

§ His^e legibus latis cœpit, vt naturaliter euenire solet, vt interpretatio desideraret prudentium^f auctoritate necessariam esse disputationem fori. Hęc disputatio & hoc ius, quod sine scripto venit compositum à prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, vt cæteræ partes iuris suis nominibus designantur, [datis propriis nominibus cæteris partibus:] sed communi nomine appellatur *Ius ciuile*.

probus esset, cui statua Roma posita fuit. Plin. lib. 34. & Strabo. lib. 14. ^e His legibus latis cœpit, (vt naturaliter euenire solet vt interpretatio desideret prudentium auctoritatem) necessaria esse disputatio fori. *Con. ita legit. lib. 1. lect. cap. 25.* ^f Prudentium auctoritatem necessariamque disputationem fori.

^a *Tres quidem legati missi sunt: sed decemuirii postea cõstituti ad eas componendas. Liv. lib. 5. dec. 1. & Gell. lib. 17. c. 21. à quibus hæc historia petenda est, nõ ab Accursii somniantis commentario.*

^b *Halicarnassensis lib. 10. ait fuisse areas: quod discrimen non est magni momenti.*
^c *ex accidenti. rectius.*
^d *Cic. 5. Tuscul. ait hęc exulare iussim, quod & Strabo.*

6 Deinde ex iis legibus eodem tempore ferè actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarent. quas actiones ne priuatus. *populus prout vellet institueret: certas solemnesque esse voluerunt. & appellatur hæc pars iuris legis actiones, [id est, legitimæ actiones.]* Et ita eodem penè tempore tria hæc iurata sunt: leges duodecim tabularum. ex his fluere cœpit ius ciuile: ex iisdem legis actiones compositæ sunt. Omnium tamè harum, & interpretandi scientia, & actiones, apud ^a collegium Pontificum erant: ex quibus constituebatur quis quoquo anno præesset priuatis ^b. & ferè populus annis propè centum hac consuetudine vsus est.

7 Postea cùm Appius Claudius proposuisset, & ad formam redegisset has actiones, Gneus Flavius scriba eius, libertini filius, subreptum librum populo tradidit: & adeò gratum fuit id munus populo, vt tribunus plebis fieret, & senator, & ædilis curulis. hic liber, qui actiones continet, appellatur *Ius ciuile Flavianum*, sicut ille ^c, ius ciuile Papirianum. nam nec Gnæus ^d Flavius de suo quicquam adiecit erāt. *deinde* libro.

Augescente ciuitate, quia ^e deerant quædam genera agendi: non post multum temporis spatium Sextus ^f Ælius alias actiones composuit, & librum populo dedit, qui appellatur *ius Ælianum*.

8 Deinde cùm esset in ciuitate lex Duodecim tabularum, & ius ciuile, essent & legis actio-

^a Cic. 1. de Orat. & 2. de Legibus.

^b priuatus. qua lectio si bi ipsi repugnar. & vult enim eundem præesse & priuatum esse: quod fieri non potest.

^c Illud.

^d Valer. li. 2. cap. 3. Gell. lib. 6. cap. 9.

^e Cic. pro Mur. Sanè Pl. ut hoc facto Senatum tanta indignatione exarsisse, & annuli ab eo abiecti fuerint.

^f Plin. lib. 33. cap. 1.

^e Et qui præerāt. *deinde*

post verbū agendi, adicitur, composuerunt, nec post, &c.

^f Cic. in Orat. & 1. Tuscul.

gis actiones: euenit, vt plebs in discordiam cum Patribus perueniret: & secederet: sibi-que iura constitueret, quæ iura *plebiscita* vocantur. mox cum reuocata est plebs, quia multæ discordiæ nascebantur de his plebis scitis, pro legibus placuit & ea obseruari, lege Hortensia^a. & ita factum est vt inter plebis scita, & legem, species constituendi interessent, potestas [autem] eadem esset.

9 Deinde quia difficile plebs conuenire cœpit, populus [certè] multò difficilius in tanta turba hominum: necessitas ipsa curam reipublicæ ad senatum deduxit. Ita cœpit senatus se interponere: & quicquid constituisset, obseruabatur: idque ius appellabatur *Senatusconsultum*.

10 Eodem tempore & magistratus iura reddebant, & vt scirent ciues quod ius de quaque re quisque dicturus esset, seq; præmuniret, edicta proponebant. quæ edicta prætorum *ius honorarium* cõstituerunt. Honorarium dicitur, quòd ab honore prætoris venerat.

11 Nouissimè sicut ad pauciores iuris constituendi via transisse, ipsis rebus dictantibus, videbatur: per^b partes euenit, vt nec esset reipublicæ per vnum consuli. nam senatus non perinde omnes prouincias probè gerere poterant^c. Igitur constituto principe; datum est ei ius, vt quod constituisset, ratum esset.

^a *Lata ab Hortensio dictatore, Gell. lib. 15. cap. 27. quã prius L. Valerius & M. Horatius consules tulerant, Liu. lib. 3. dec. 1.*

^b *Intellige factiones Sylla, Marij, Cesaris, Pompeij,*
^c *poterat.*



12 Ita in ciuitate nostra aut iure, id est, Lege constituitur: aut est proprium Ius ciuile, quod sine scripto in sola prudentium interpretatione consistit: aut sunt Legis actiones, quæ formam agendi continent: aut Plebiscitum, quod sine auctoritate patrum est constitutum: aut est magistratum Edictum, vnde Ius Honorarium nascitur: aut Senatusconsultum, quod solum senatu constituyente inducitur sine lege: aut est *principalis constitutio*, id est, vt quod ipse princeps constituit, pro lege seruetur.

13 Post originem iuris, & processum cognitum, consequens est, vt de magistratum nominibus, & origine cognoscamus. quia, vt ^a parum est. ^b reddere. ^c *Linii lib. 1. scribit Romulum 300 armatos ad custodiã corporis, quos Celeres appellauit, nõ in bello solum, sed in pace habuisse.* *Festus lib. 3. Celeres, inquit, antiqui dixerunt quos nunc Equites dicimus: à Celere interfectore Remi.* exposuimus, per eos qui iuri dicundo præsumunt, effectus rei accipitur. quantum ^a est enim ius in ciuitate esse, nisi sint, qui iura regere ^b possint? Post hoc dein de uictorũ successione dicemus: quod constare non potest, ius, nisi sit aliquis iuris peritus, per quem possit cottidie in melius produci.

14 Quod ad Magistratus attinet, initio ciuitatis huius constat *reges* omnem potestatem habuisse.

15 Iisdem temporibus & *tribunum celerum* fuisse constat: is autem erat qui equitibus præerat, & veluti secundum locum à regibus obtinebat, quo in numero fuit Iulius Brutus, qui auctor fuit regis eiiciendi.

16 Exactis deinde regibus, *consules* constituti sunt duo: penes quos summum ius uti esset,

esset, lege rogatum est. dicti sunt ab eo quòd plurimum reipublicæ consulere, qui ^a tamen ne per omnia regiam potestatem sibi vindicarent lege ^b lata factum est, ut ab eis pro-uocatio esset, neve possent in caput civis Romani animaduertere iniussu populi. solum relictum est illis, ut coercere possent, & in vincula publica duci iuberent.

CENSOR ait Varro de Ling. 4. *Ad cuius cessionem, id est, arbitrium, censeretur populus.*

17 Post deinde cum census iam maiori tempore agendus esset, & consules non sufficerent huic quoque officio, *censores* constituti sunt.

18 Populo deinde aucto, cum crebra orirentur bella, & quaedam acriora à finitimis inferrentur. interdum re exigente, placuit maioris potestatis magistratum constitui. itaque *dictatores* ^c proditi sunt, à quibus nec prouocandi ius fuit, & quibus etiam capitis animaduersio data est. Hunc magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non erat fas ultra sextum mensem retinere.

19 Et his dictatoribus *magistri equitum* iniungebantur ^d, sic quomodo regibus tribuni celerum, quod officium ferè tale erat quale hodie praefectorum praetorio. magistratus tamen ^e habebantur [legitimi.]

20 Iisdem temporibus cum plebs à patribus secessisset, anno ferè septimodecimo

^b *Publicola consul eam tulit. Liu. li. 2. dec. 1. eam deinde restituerunt L. Valer. & M. Valer. consules. Liu. lib. 3*

quã legem vocat Seneca libertatis praesidium.

^c *Dictatoris primum creandi mentio orta ob tumultum Sabrinorum & primum creatus est T. Lartius, cuius magister equitum Sp. Cassius. Liu. li. 2. dec. 2.*

^d *inungebantur.*

^e *enim habebantur.*

*Primi fuerunt C. Sici-
nius & L.
Junius. Liu.
lib. 2. Dio-
nyf. Aſcon.
in Cornelia-
na.*

b tunc.

**Creati ſunt
tantum mini-
ſtri duo: de-*

*inde Vole-
rone, Tribu-
no plebis ſci-
ſcente, & tri-
butis comi-
tiis plebeij*

*magiſtratus
fieret, id eſt,
ſiritim &
promiſcuae,
a quato o-*

*mnium iure
additi ſunt
tres, & ita
eſt accipien-
dus loc^o Au-
ſo. Edyl. 15.*

*d al. auctum
ſcilicet popu-
li eſſe coepiſ-
ſet erarium.*

*e & decemiri.
f coſtituti
ſunt.*

g rem.

*h magiſtrat^o.
i retinerent.*

poſt reges exactos: tribunos ^a ſibi in monte Sacro creauit, qui eſſent plebeij magiſtratus. dicti *tribuni*, quòd olim ^b in tres partes populus diuiſus erat, & ^c ex ſingulis ſinguli creabantur: vel quia tribuum ſuffragio creabantur.

21 Itemque vt eſſent qui *ædibus* præſent, in quibus omnia ſcita [ſua] plebs deferbat: duos ex plebe cõſtituerunt, qui etiam *ædiles* appellati ſunt.

22 Deinde cùm *ærarium* populi ^d auctius eſſe coepiſſet: vt eſſent qui illi præſent conſtituti ſunt *quæſtores* [qui pecuniæ præſent] dicti ab eo (quòd) inquirendæ, & conſeruandæ pecuniæ cauſſa creati erant.

23 Et quia, vt diximus, de capite ciuis Romani iniuſſu populi nõ erat lege permiſſum conſulibus ius dicere: propterea quæſtores cõſtituevantur à populo, qui capitalibus rebus præſent. hi appellabantur *quæſtores parricidij*, quorum etiam meminit lex Duodecim tabularum.

24 Et cùm placuiſſet leges quoque ferri, latum eſt ad populum, vti omnes magiſtratus ſe abdicarent. quo ^e decemiri conſtituti anno vno cùm magiſtratum prorogarent ſibi, & cùm ^g iniurioſè tractarent, neque vel- lent deinceps ſufficere ^h magiſtratibus, vt ipſi & factio ſua perpetuò rem publicam occupatam retineret ⁱ: nimia, atque aſpera dominatione eò rem perduxerant, vt exercitus à republica ſecederet. Initium fuiſſe ſeſſionis dici-

nis dicitur Verginius quidam, qui cum animaduertisset Appium Claudium contra ius, quod ipse ex vetere iure in duodecim tabulas transtulerat, vindicias filiae suae à se abiudicasse^a: & secundum eum, qui in seruitutem ab eo suppositus petierat, dixisse: captumque amore virginis omne fas ac nefas miscuisse, indignatus, quod vetustissima iuris obseruàtia in persona filiae suae defecisset, ut pote cum Brutus, qui primus Romae consul fuit, vindicias secundum libertatem dixisset in persona Vindicis^b Vitelliorum serui qui proditionis coniurationem indicio suo detexerat: & castitatem filiae vitæ quoque eius præferendam putaret: arrepto^c cultro de taberna lationis filiam interfecit: in hoc scilicet, ut morte virginis contumeliam stupri arceret, ac protinus recens à cæde, madentemque^d adhuc filiae cruore, ad commilitones confugit. qui vniuersi de Algido^e, vbi tunc belli gerendi causa legiones erant, relictis ducibus pristinis, signa in Auentinum transtulerunt, omnisque plebs vrbana mox eodem se contulit. [populi que^f consensu partim in carcere necati.] ita rursus respublica suum statum recepit.

montem, quod sentit Eutropius. Ego sanè existimauerim montem esse, in quo vrbs quoque sit eiusdem nominis. Stephanus περι πολ. ^f Ita populi consensu partim Decemviris in carcere necatis, partim in exilium actis rursus Respubl. suum statum recepit, *Alc. libr. 7. cap. 20. παρερ.*

^a abiudicasse.
se.

^b Ita vocant Plutarchus & Dionysius. Itaque legendum est quoque, apud Liu. lib. 2.

Vindici, non Vindicio.

^c arrepto, quasi erecto elatoque ad vulnerandum.

^d madentemque;

^e Dionys. Halicarnas. vocat πόλιν: Straboli lib. 5.

πολίχνιον. Itaque fallitur Aug. co. 1. lib. 2. E-

mend. dum

putat falls Nebrissensem, quod oppidum esse dixerit: Credit autem esse

HÆC quoque fuit mutatio Romani status quantum ad magistratus pertinet: quia pro consulibus tribuni cœperunt eligi.

25 **D**Einde cùm post aliquot annos (quã duodecim tabulæ latæ sunt, & plebs contenderet cum patribus, & vellet ex suo quoq; corpore consules creare, & patres recusarent: factum est, vt *tribuni militum* crearentur partim ex plebe, partim ex patribus, consulari potestate. hiq; constituti sunt vario numero: interdum enim viginti^a fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores.

Bud. seni. Sanè locus est mihi suspectus, quòd nusquã viginti tribunos militum larem magistratum, cuius nomẽ etiam augustinus Rom. Reipublicam videbatur. Quo tempore Aediles Curules cœperint. Item Praetores, Centum-viri, Quatuor-viri, Trium-viri maiores, Trium-viri capitales.

semper sex creatos fuisse refert: initio libri quinti, octo. habentur.

26 **D**Einde cùm placuisset creari etiam ex plebe consules, cœperunt ex utroque corpore constitui. Tunc, vt aliquo pluris patres haberent^b, placuit duos ex numero patrum constitui. ita facti sunt *aediles curules*.

27 Cùmque consules abocarentur bellis finitimis, neque esset qui in ciuitate ius reddere posset: factum est, vt *praetor* quoq; crearetur, qui *urbanus* appellatus est, quòd in urbe ius redderet.

28 Post aliquot deinde annos non sufficiente eo prætore, quòd multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret: creatus est & alius prætor, qui *peregrinus* appellatus est ab eo, quòd plerunque inter peregrinos ius^a dicebat.

29 Deinde cùm esset necessarius magistratus, qui^b hastæ præessent: *decemviri*^c in litibus iudicandis sunt constituti.

30 Eodem tempore & *quatuor viri*, qui curam viarum^d gererent: & *triumviri monetales* æris, argenti, auri flatores, & *triumviri capitales*, qui carceris custodiam haberent: vt cùm animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret.

QVA necessitate *Quinque-viri* propter alios magistratus fuerint introducti.

31 ET quia magistratib. vespertinis temporibus in publicum esse inconueniens erat, *quinqueviri* constituti sunt cis Tiberim, & vltis^e Tiberim, qui possint pro magistratibus fungi.

ORIGINEM ostendit *Pratorum prouincialium*.

32 CAPTA deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi prouincia: totidem prætores, quot prouincia in ditionem venerant, creati sunt: partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent.

^a ius reddebat.

^b qui hastæ præesset, cētumviri litibus, &c.

^c *Goueanus* manu de cēviri, quòd centumviri magistratus nō esset,

sed coercentur & cogerentur

à decemviris. libr. I.

lect. cap. 25.

^d In vet. agerent. in π. gerent.

^e & trans.

DE variis Pratorum generibus agit qua-
temporum ratio paulatim videbatur postula-
re, præsertim succedentibus Principibus, quo-
rum arbitrio pleraque mutabantur.

32 **D**Einde Cornelius Sulla quaestiones pu-
blicas constituit: veluti de falso, de par-
ricidio, de sicariis^a: & *pratores quatuor* adie-
cit. Deinde^b Gaius Iulius Cæsar duos *pratores*,
& duos *adiles*, qui frumento præsent à Ce-
rere *Cereales* constituit. Ita duodecim præto-
res, sex *adiles* sunt creati. Diuus deinde Au-
gustus^c sedecim prætores constituit. Post
deinde Diuus^d Claudius duos prætores adie-
cit, qui de fideicommissio ius dicerent. ex qui-
bus vnum Diuus Titus detraxit: & adiecit
Diuus Nerva, qui inter fiscum & priuatos ius
diceret. Ita *decem & octo pratores* in ciuitate
ius dicunt.

^a de sicariis,
de iniuriis.

^b Suetonius
in Iulio.

^c Suetonius
in Augusto.

^d Suetonius
in Claudio.

33 Et hæc omnia, quotiens in republica
sunt magistratus, obseruantur: quotiens au-
tem proficiscuntur, vnus relinquitur, qui ius
dicat. is vocatur *præfectus vrbi*. qui præfe-
ctus olim^e constituebatur, postea ferè Lati-
narum feriarum causa introductus est, &
quotannis obseruatur. nam *præfectus anno-
na & vigilum*, non sunt magistratus, sed ex-
tra ordinem vtilitatis causa, constituti sunt.
& tamen hi, quos Cistiberes^f diximus, postea
adiles senatusconsulto creabantur.

olim ita.

^f cis Tibe-
rim.

ÉPILOGVS est omnium magistratuum Ro-
manorum qui successu temporis varii extiterunt.

34. **E**Rgo ex his omnibus decem tribuni plebis, consules duo, decem & octo pratores, sex aediles in ciuitate iura reddebāt.

POSTREMO nunc loco tractat Pomponius successionē Prudentiū professorumq; Iuris.

35. **I**uris ciuilibus scientiam plurimi & maximi viri professi sunt. sed qui eorum maximæ dignationis apud populum Romanum fuerunt (eorum) in præsentia mentio habēda est: vt appareat à quibus, & qualibus, hæc iura orta, & tradita sunt. Et quidem ex omnibus qui sciētiam nanci sunt, ante Tiberium^a Coruncanium publicè professum neminem traditur. cæteri autem ad^b hunc vel in latenti ius ciuile retinere cogitabant, solūque consultatoribus [vacare] potius quàm discere volentibus se præstabant.

36. Fuit autem in primis peritus Publius^c Papius, qui leges regias in vnū contulit. Ab hoc Appius Claudius vnus ex decemuiris, cuius maximū consilium in duodecim tabulis scribendis fuit. Post hunc Appius Claudius eiusdem generis maximā scientiam habuit. hic Centemmanus^d appellatus est, Appiam viam strauit, & aquā Claudiam induxit & de Pyrrho in Vrbe nō recipiendo sententiā tulit. hunc etiam actiones scripsisse traditū est, primum de vsurpationibus, qui liber non exstat. Idem Appius Claudius, qui^e videtur ab hoc procc^fisse. R literam inuenit: vt pro Valerij^f Valerij essent, & pro Fusiis Furiis.

^a Titium Coruncanum, & Titum. ^b adhuc.

^c Sextus Papius.

^d cæcus. *Cic. 3. Offi. loquitur de T. Claudio Centemmano.*

^e vsu qui videtur. ^f *Quintil. lib. i. cap. 6.*

37 Fuit post eos maximæ scientiæ Sempronius^a, quē populus Romanus ΣΟΦΟΝ ἄππελλavit: nec quisquā ante hunc, aut post hunc hoc nomine cognominatus est. Gaius Scipio Nasica, qui optimus à senatu appellatus est. cui etiam publicè domus in sacra via data est, quò facilius consuli posset. Deinde Quintus^b Mucius, qui ad Carthaginenses missus legatus, cùm essent duæ tesserae positæ, vna pacis, altera belli: arbitrio sibi dato, vtram vellet referret Romanam, vtranq; sustulit, & ait Carthaginenses petere debere, vtram mallent accipere.

^a Cuius sape meminit Liv. in bell. Maced. & sapientē.

Fabius. Alc. libr. 4. παρρη. ca. 6.

Titus Coruncanus.

38 Post hos fuit Tiberius^c Coruncanius vt dixi, qui primus profiteri cœpit: cuius tamen scriptum nullum exstat, sed responsa complura, & memorabilia eius fuerunt.

^d Cic. in Laelio, & ubi legitur. Acilius. ^e Cic. I. Tuscul. & 2. de Leg.

Deinde Sextus Ælius, & frater eius Publius Ælius, & Publius Atilius maximam scientiam in profitendo habuerunt: vt duo Ælij etiam consules fuerint. Atilius^d autē primus à populo sapiens appellatus est. Sextū Ælium etiā Ennius laudavit, & exstat illius liber qui inscribitur Tripertita: qui liber, veluti cunabula iuris continet. Tripertita autem dicitur, quoniam lege duodecim tabularum præposita, iungitur interpretatio, dein subtextitur legis actio. Eiusdem esse tres alij libri referuntur: quos tamen quidam negant eiusdem esse. hos sectatus ad aliquid est [Cato.

Deinde] Marcus Cato princeps Porciæ familiæ, cuius & libri existant: sed plurimi

filij eius, ex quibus ceteri oriuntur.

39 Post hos fuerunt Publius Mucius, & Brutus, & Manilius, qui fundauerunt ius ciuile. ex his Publius Mucius etiam decem libellos reliquit, Brutus septem, Manilius tres, & extant volumina scripta^a, Manilij monumenta. illi duo consulares fuerunt, Brutus prætorius, Publius autem Mucius etiam pontifex maximus. * inscripta.

40 Ab his profecti sunt Publius Rutilius Rufus, qui Romæ consul & Asiæ proconsul fuit, Paulus Verginius, & Quintus Tubero ille Stoicus Panætæ^b auditor, qui & ipse consul. b Panætij. etiam Sextus Pompeius Gnæi Pompeij patruus fuit eodem tempore: & Cælius Antipater, qui historias conscripsit: sed plus eloquentiæ, quàm scientiæ iuris operam dedit. etiam Lucius Crassus frater Publij Mucij, qui Mucianus^c dictus est. hunc Cicero ait Iurifconsultorum disertissimum. c Munianus. De P. Crasso Muciano mentio fit non semel apud Cicero- nem.

41 Post hos Quintus Mucius Publij filius pontifex maximus, ius ciuile primus constituit, generatim in libros decem & octo redigendo.

42 Mucij auditores fuerunt complures: sed præcipuæ auctoritatis Aquilius Gallus, Balbus Lucilius, Sextus Papirius, Gaius Iuuentius. ex quib. Gallū maxime auctoritatis apud populum fuisse Seruius dicit. omnes^d tamen hi à Seruio Sulpicio nominantur: alioquin per se eorum scripta non talia extant, vt^e ea ad omnes adpetant. denique nec versantur d omnes enim. e vt ea omnes.

omnino scripta eorum inter manus hominum. sed Seruius libros suos compleuit, pro cuius scriptura ipsorum quoque memoria habetur.

- ^a Seruius autē Sulpicius. 43 Seruius ^a cūm in caussis orandis primum locum, aut pro certo post Marcū Tullium obtinere Traditur ad consulendum Quintum Mucium de re amici sui peruenisse: cumq; ^b eū sibi respondisse de iure Seruius parum intellexisset, iterum Quintum interrogasse, & à Quinto Mucio responsum esse, nec tamen percepisse: & ita obiurgatum esse à Quinto Mucio. namq; eum dixisse, turpe esse patricio, & nobili, & caussas oranti, ius, in quo versaretur, ignorare. ea velut contumelia Seruius tractatus ^c, operam dedit iuri civili: & plurimūm eos, de quibus locuti sumus, audiit: institutus à Balbo Lucilio, instructus autem maximè à Gallo Aquilio, qui fuit Cercinæ. Itaque libri complures eius exstant Cercinæ confecti. Hic cūm in legatione perisset, statuat ei populus Romanus pro Rostris posuit, & hodieq; ^d exstat pro Rostris Augusti. huius volumina complura exstāt: reliquit autē propè centum & octoginta libros.
- ^e eumq; cūm de iure respondētem parū intellexisset, & iterū Quintū Mucium interrogasset.
- ^f tractus.
- ^g & Hostiæ. Cic. 9. Philisp.

Confert studia optimorum auctorum, ut discamus quid Iurisprudētia potissimūm requirat.

44 Ab hoc plurimi profecerunt, ferè tamen hi libros cōscripserunt: Alfenus Varus, Gaius, Aulus Ofilius, Titus Cæsius, Aufidius Tuca

Tucca, Aufidius Namusa, Flavius Priscus, Gaius Ateius Pacubius, Labeo Antistius Labeonis Antistij pater, Cinna, Publicius Gellius. Ex his decē, libros octo cōscripserunt, quorū omnes qui fuerunt, libri digesti sunt ab Aufidio Namusa in centum quadraginta^a libros.

^a quadraginta.

Ex his auditoribus plurimum auctoritatis habuit Alfenus Varus, & Aulus Ofilius. ex quibus Varus & consul fuit: Ofilius in equestri ordine perseveravit. is fuit Cæsari familiarissimus: & libros de iure civili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquit. nam de legibus Vicensimæ primus conscribit, de iurisdictione: idem edictum prætoris primus diligenter composuit. nam ante eū Seruius duos libros ad Brutum perquam breuissimos ad edictum subscriptos reliquit.

45 Fuit eodem tempore & Trebatius, qui^b idem Cornell maximus auditor: fuit Aulus Cascelius, Quintus Mucius Vol Ofij auditor: denique in illius honorem testamento Publium Mucium nepotem eius reliquit heredem. fuit autem quæstorius: nec ultra proficere^d voluit, cum illi etiam Augustus consulatum offerret: ex his Trebatius peritior Cascelio, Cascelius Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Ofilius utroque doctior. Cascelij scripta non existant, nisi vnus liber Bene dictorum. Trebatij complures, sed minus frequentatur.

^b Quinti Corneli. *Id quod constat ex epist. ad Trebatium. cuius in initio est, Ex suis literis. Gou. lib. 1. lect. cap. 25.*

^c auditor qui deinde.

^d procedere.

46 Post hoc^e quoque Tubero fuit, qui^e post hunc.

■ *versus.*
 ■ *cum hono-*
rem suscipe-
re. Augu-
stus enim
creare La-
beonē Con-
sulem in lo-
cū demor-
tui Cons. vo-
lebat. quod
quia minus
honorificū
erat, & omi-
nosum, La-
beo recusa-
nit. Cic. ad
Attic. hoc ef-
fer in demor-
tui locū vo-
carit. Liu. li.
5. ab Vrbe cō-
ditā, C. In-
dius Censor
decessit, in
eius locū M.
Cornelius
suffectus. Qua-
res postea re-
ligioni fuit:
quia eo lu-
stro Roma
capta est,
nec deinde
enquam in

Ofilio operam dedit: fuit autem patricius, & transiit à causis agendis ad ius ciuile: maxime postquam Quintum Ligarium accusauit, nec obtinuit apud Gaium Cæsarem. Is est Quintus Ligarius, qui cum Africæ oram teneret, infirmum Tuberonem applicare non permisit, nec aquam haurire, quo nomine eum accusauit, & Cicero defendit. exstat eius oratio [satis] pulcherrima, quæ inscribitur, pro Quinto Ligario. Tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici, & priuati: & complures vtriusque operis libros reliquit. sermone etiam antiquo vsus affectauit scribere, & ideo parum libri eius grati habentur.

47 Post hunc maximæ auctoritatis fuerunt Ateius Capito, qui Ofilium secutus est, & Antistius Labeo qui omnes hos audiuit: institutus est autem à Trebatio. Ex his Ateius consul fuit Labeo noluit, cum offerretur ei ab Augusto consulatus, quo effectus fieret, (&^b) honorem suscipere. sed plurimum studiis operam dedit: & totum annum ita diuiserat, vt Romæ sex mensibus cum studiosis esset, sex mensibus secederet, & conscribendis libris operam daret. Itaque reliquit quadringenta volumina, ex quibus plurima inter manus versantur.

demortui locum Censor sufficitur. Gou. lib. 1. lect. cap. 25. Deprehendi quoque duos similes locos apud Luuium lib. 6. & lib. 9. in oratione P. Sempronij tribuni pleb. aduersus Appium censorem.

Hi duo primùm veluti diuerſas ſectas fecerunt. nam Ateius Capito in his, quæ ei tradita fuerant, perfeuerabat. Labeo ingenij qualitate & fiducia doctrinæ^a, qui & cæteris ^a doctrinæ operis ſapientiæ operam dederat, plurima fretus, quòd innouare inſtituit, & ita Ateio Capitoni Maſſurius Sabinus ſucceſſit. Labeoni Nerua. adhuc^b eas diſſenſiones auxerunt. [Hic etiam]^b *Al.* qui ad Nerua Cæſari familiariffimus fuit. Maſſurius Sabinus in equeſtri ordine fuit, & publicè primus^c ſcripſit. poſtea que^d hoc cœpit beneficium^e [dari] à ſ Tiberio Cæſare. Hoc tamen illi conceſſum erat. Et, vt obiter ſciamus, ante tempora Auguſti publicè reſpondendi ius non à Principibus dabatur: ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpõdebant. neque reſponſa vtique ſignata dabant: ſed plerunque iudicibus ipſis ſcribebant, aut teſtabantur, qui illos conſulebant. Primus Diuus Auguſtus, vt maior iuris auctõritas haberetur, conſtituit, vt ex auctõritate eius reſponderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit. & ideo optimus princeps Hadrianus, cum ab eo viri prætorij peterent, vt ſibi liceret reſpondere, reſcripſit eis, Hoc non peti, ſed præſtari ſolere: & ideo ſi quis fiduciam ſui haberet, delectari ſe: populo ad reſpondendum ſe præpararet. Ergo Sabino conceſſum eſt à Tiberio Cæſare, vt populo reſponderet. qui in equeſtri ordine iam grãdis natu, & ferè annorum

^a doctrinæ
fretus, quòd
præ cæteris.

^b *Al.* qui ad
huc.

^c reſpondit.
^d poſtea quã.
^e beneficio.
^f A Tiberio
enim Cæſa-
re hoc tum.

^a *Forse Clau-
dius, nam eo
imperante*

*Cassius Sy-
ria præsuit.*

*Tacit. lib. 12
Annal.*

^b *Floruit tē-
poribus O-
sthoris & Vi-
telli.*

^c *Tempore
Traiani.*

^d *Tempore
Hadriani.*

^e *Tempore
Traiani. l.*

*Ult. si à pa-
rent. quis
manū. fuer.*

^f *Huius con-
sularis mē-
tio est l. Ult.*

*C. de ser. rei-
pu. manum.*

*quo loco. Cel-
so attribus-
tur collega*

Neratius

Marcellus,

fuit Neratij

*Prisci fra-
ter. l. quasi-
sū §. deniq.*

De fun. ist.

^g *Eburnius.*

quinquaginta receptus est: huic nec amplæ facultates fuerunt, sed plurimum à suis auditoribus sustentatus est.

Huic successit Caius Cassius Longinus natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Seruij Sulpicij: & ideo proauum suū Seruium Sulpicium appellat. hic consul fuit cum Quarto temporibus Tiberij. sed plurimum in ciuitate auctoritatis habuit, eouſq; donec eum Cæsar ciuitate pelleret. expulsus ab eo in Sardiniam, reuocatus à Vespasiano, diē suum obit.

Neræ successit Proculus ^b. fuit eodem tempore & Nerua filius. fuit & alius Longinus ex equestri quidem ordine, qui postea ad præturam vsque peruenit. sed Proculi auctoritas maior fuit. nam etiam plurimum potuit, appellatiq; sunt partim Cassiani, partim Proculeiani. quæ origo à Capitone, & Labeone cœperat. Cassio Cælius Sabinus successit. qui plurimum temporibus Vespasiani potuit. Proculeio Pegasus, qui temporibus Vespasiani præfectus vrbi fuit Cælio Sabino Priscus la Volenus, Pegaso Celsus ^c, patri Celso Celsus ^d filius, & Priscus ^e Neratius: qui svtrique consules fuerunt. Celsus quidem & iterum. Iauoleno Prisco Aburnus ^g Valens, & Tuscianus. item Saluius Iulianus.

^h *Diuis fratribus amicus fuit. l. 17. de iure pa-*



Tit. penult. Pandect.

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

DE verborum significatione, & de regulis iuris, hi duo tituli communes sunt omnium partium & titulorum iuris. nullam enim ferè partem vel quaestionem iuris paulo latiorè habemus, ex qua oratio aut verbum hoc titulo non exponatur aliquod. Sed & ex partibus iuris antiqui in libros Digestorum minimè relatis, veluti *Ostentum^a*, *detestatio^b*, *subsignatum^c*, & alia ^a 1.38. ^b 1.40. ^c 1.39. pleraque. Inscribitur autem *de verborum significatione*, ut erat in Florentinis quas obseruauimus quantum potuimus debuimusq; religiosissimè. Commendationem tituli adfectauit qui adiecit, *Et rerum*: nimirum quòd verba sint rerum notæ: nec caret exemplo. Citantur enim à Gellio libro decimotertio, libri rerum verborumq; veterum: & ita quoq; inscriptus est Codicis lib. vi.

Siquis.

^a *Ex titul. si quis ius dic. non obtempera.*

^b *Ex tractatu de iurisd.*

^c *De diuisione diei*

Macr. lib. 1.

Satur. cap. 3

Gell. lib. 3.

noct. Attic.

cap. 2.

^d *A prima ad octauam,*

non à quinta ad duode-

cimam.

^e *Itineri.*

^f *Ex titul. Si*

quis cautio-

nibus & de l.

1. qua Caij

est, eod. tit.

^g *veluti si.*

^h *passuum.*

ⁱ *colligenda.*

^k *quia.*

^l *Caius lib.*

2. ad Edictum.

^m *Pecuniæ.*

ⁿ *Ex tracta-*

tude iurisd.

ubi de for-

mulis indi-

ciorum.

^o *significare.*

VLPIANVS libro primo ad
Edictum.

VERBVM ^a hoc SI QVIS, tam masculos
quàm fœminas complectitur.

Vrbs. Roma. I Maior pars diei.

II. PAVLVVS libro primo ad
Edictum.

VRbis ^b appellatio muris: Romæ autem
continentibus ædificiis finitur, quod la-
tius patet. I ¶ Cuiusque ^c diei maior pars
est horarum septem ^d primarum diei, non
supremarum.

Viginti millia diurna. I Hereditas.

III. VLPIANVS libro secundo ad
Edictum.

ITinere ^e faciendof ^f viginti millia passu-
um in dies singulos peragenda, sic sunt
accipienda, vt si post hanc dinumerationem
minus quàm viginti millia supersint, inte-
grum diem occupent. veluti ^g viginti vnum
millia sunt passus ^h: Viduum eis attribuetur.
quæ dinumeratio ita demum faciendaf ⁱ erit,
si de die non conueniat. I ¶ Eius qui apud
hostes decessit, dici hereditas non potest, qui
kseruus decessit.

Nomen.

III. PAVLVVS libro ^l libro primo
ad Edictum.

Nominis ^m appellatione ⁿ rem significari
o. Proculus ait.

Res

*Res. Pecunia. i Opus.*V. IDEM libro secundo^a ad
Edictum.^a lib. quinto.

REi^b appellatio latior est quàm pecuniæ: ^b *Ex eodem tractatu: nã*
 qua^c etiam ea quæ extra computatio- ^c *Et hac ad*
 nem patrimonij nostri sunt, continet: cùm ^c *formulas*
 pecuniæ significatio ad ea referatur, quæ in ^c *pertinet.*
 patrimonio sunt. I ¶ Opere^d locato^e, con- ^e *quia.*
 ducto: his verbis Labeo significari ait id o- ^d *Coniunge*
 pus quod Græci Α Π Ο Τ Ε Λ Ε Σ Μ Α vocant, ^e *l. i. De ope.*
 [non Ε Ρ Γ Ο Ν,] id est, ex opere facto corpus ^e *feruor.*
 aliquod perfectum. ^e *legato.*

*Nomen. Reus. i Ex legibus.*VI. VLP IANVS libro tertio ad
Edictum.

NOminis^f & rei appellatio ad omnem ^f *Videtur*
 contractum & obligationem pertinet. ^f *Et hoc Caput*
 I ¶ Verbum Ε Χ Λ Ε Γ Ι Β V S sic accipien- ^f *ad formulas*
 dum est, tam ex legum sententia quàm ex ^f *pertinere.*
 verbis.

*Sponsio.*VII. PAVLVS libro secundo ad
Edictum.

SPonsio^g appellatur non solùm quæ per ^g *Sponsiones*
 sponsus^h interrogationem fit, sed omnis ^g *fiabant in*
 stipulatio, promissioque. ^g *iudiciis, de*
^g *quibus tra-*
^g *ctabatur in*
^g *ea parte.*

*Oportebit. i Actio.*VIII. IDEM libro tertioⁱ ad
Edictum.

Verbum Ε Ο Ρ Ο Ρ Τ Ε Β Ι Τ tam præsens ⁱ *lib. quarto.*
 quàm futurũ tempus significat. I ¶ A- ^k *Ex eadem*
 ctionis verbo non continetur exceptio. ^k *parte Dige-*
^k *storum.*

Perisse.

IX. VLPPIANVS libro quinto
ad Edictum.

MArcellus apud Iulianum notat, verbo
^a rapuisse. *Rectiores est Flor.*
PERISSE^a & scissum & fractum conti-
neri, & vi raptum.

Creditor.

X. IDEM libro sexto ad
Edictum.

Creditores^b accipiendos esse constat eos,
^b *Extit. qui satisfd. cog. Et extit. quibus ex causis in possessione eatur.*
quibus debetur ex quacunque actione,
vel persecutione, vel iure ciuili sine vlla ex-
ceptionis perpetuæ remotione, vel honora-
rio, vel ex ordinario^c, siue purè siue in diè, vel
sub conditione. quòd si natura debeatur, non
sunt loco creditorum. sed si non sit mutua
pecunia, sed contractus, creditores accipi-
untur.

^c vel extra-
ordinario,
al. vel ordi-
nario.

XI. GAIVS libro primo ad E-
dictum prouinciale.

Creditorum appellatione non hi tan-
tùm accipiuntur, qui pecuniam credi-
derunt: sed omnes quibus ex qualibet^d caus-
sa debetur.

^d aliqua.

I *Minus soluere.*

^e libro nono.

XII. VLPPIANVS libro sexto^e ad
Edictum.

[VT] si cui exempto, vel ex locato, vel ex
^f *vel ex alio cōtractu. al. vel alio cōtractu vilo.*
alio^f vilo debetur. sed & si ex delicto
debeatur, mihi videtur posse creditoris loco
accipi. quòd si ex populari causa, ante litis
contesta-

contesta-

contestationem rectè dicitur creditoris loco non esse ^a, postea esse. 1 ¶ Minus soluit, qui tardius soluit: nam & tempore minus soluitur.

Mulier. 1 *Abeffe, & desinere abeffe.*

XIII. IDEM ^b libro septimo ad Edictum.

Mulieris ^c appellatione etiam virgo viripotens continetur. 1 ¶ Res abeffe videntur, ut Sabinus ait, & Pedius probat, etiam hæ quarum corpus manet, ^d forma mutata est: & ideo si corruptæ redditæ sint vel transfiguratae, videri abeffe: quoniam ^e plerunque plus est in manus ^f pretio, quàm in re.

2 ¶ Desinere autem abeffe res tunc videtur, cum sic credit in potestatem, ne amittere [eius] possessione possimus. 3 ¶ Ob ^g hoc quòd furto pridem subtracta est, abest & ea res, quæ in rebus humanis non est.

I *Amittere.*

XIIII. PAVLVS libro septimo ^b ad Edictum.

Labeo & Sabinus existimant, si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit, veluti scyphi collisi, aut tabula rasa pictura, videri rem abeffe: quoniam ea-

^a nō esse potuisse, al. deest postea.

Restior est Flor.

^b Caius.

^c Coniungo l. cum cod. §. Et. de reg. iur.

^d & forma. al. sed forma.

^e Legendum esse quanquā monet doctissimus

Hotomanus hoc sensu, Quāuis ita rei forma

mutata sit, Et recēs forma pluris sit quā vel ipsius rei corpus,

tamen abest. l. Et. de usu & habitat.

^f Manus pro artificio. Solin. Ea ades

manus Dædali ostendebat. ^g ¶ Fl. ed. sic habet, possimus: ob hoc quòd furto pridem subtracta est Abest, &c. Huius autem loci sensum puto hunc esse: quòd surreptum est, deinde periit, ex eo dici abeffe, quòd surreptum est, non quòd perijt, quoniam antiquior causa consideratur. Pac. ^h lib. 8.

rum rerum pretium non in substantia, sed in arte sit positum. item si dominus rem, quæ furto sibi aberat, ignorans emerit: rectè dicitur res abesse, etiam si postea id ita esse scierit: quia videtur rese abesse, cui pretium abest. I ¶ Rem amisisse videtur, qui aduersus nullum eius perfequendæ actionem habet.

Publicum. Publicanus.

XV. VLP IANVS libro decimo
ad Edictum.

^a *Ex titul. quod curis- que vniuersit.*

Bona^a ciuitatis abusuè publica dicta sunt: sola enim ea^b publica sunt, quæ populi Romani sunt.

^b ea propriè publica dicenda sunt.
^c *Eod. tit.*

XVI. GAIVS libro tertio ad Edictum [prouinciale.]

EVm^c qui vectigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus: [nam] publica appellatio in complurib. causis ad populum Romanum respicit: ciuitates enim priuatorum loco habentur.

I *Publicum vectigal.*

XVII. VLP IANVS libro decimo
ad Edictum.

^d *Ex eod. tit.*

I Nter^d publica habemus non sacra, nec religiosa, nec quæ publicis vsibus destinata sunt: sed si qua sunt^e ciuitatum velut bona. sed^f peculia seruorum ciuitatum proculdubio publica habentur. I ¶ Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal

^e velut ciuitatū bona.
^f seu. al. sed &c.

fiscus

fiscus capit: quale est vectigal portus, vel venalium rerum, item salinarum, & metallorum, & picariarum^a.

^a & piscariarum.

Munus, Munificus, seu Munifex, Municeps.

XVIII. PAVLVS libro nono ad
Edictum.

MVnus^b tribus modis dicitur: vno donum, & inde munera dici dari mittive: altero onus, quod cum remittatur, vacationem militiae munerisque praestat. inde immunitatem appellari. tertio officium, vnde munera militaria, & quosdam milites munificos^c vocari. igitur municipes dici, quod munera ciuilia capiant.

^b *Ex eo d. i. i.*

^c *municipes*

Agere. Gerere. Contrahere.

XIX. VLPPIANVS libro vndecimo^d
[ad Edictum.]

^d libro vice-
fimo.

LAbeo^e libro I. Praetoris vrbani definit, quod quaedam agantur, quaedam gerantur, quaedam contrahantur. Et actum quidem generale verbum esse, siue verbis, siue re quid agatur: vt in stipulatione, vel^f numeratione. Contractum autem vltro citroque obligationem, quod^g Graeci ΣΥΝΑΛΛΑΞΙΜΑ vocant, veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, societatem. Gestum^h rem significare sine verbis factam.

^e *Ex titul. de minor. l. ait praetor.*

^f vel in numeratione.

^g quam.

^h Gestum autem.

XX. IDEM libro duodecimo [ad
Edictum.]

^a *Ex tit. de capitis minutione.*

VERBA ^a CONTRAXERVNT, GESSERVNT, non pertinent ad testandi ius.
Bona.

XXI. PAVLVVS libro vndecimo [ad Edictum.]

^b *Extractu restitutionum.*

PRINCEPS ^b bona concedendo videtur etiam obligationes concedere.
Restituere. Exhibere.

XXII. GAIVS libro quarto [ad Edictum prouinciale.]

PLUS est in restitutione, quàm in exhibitione. nam exhibere est præsentiam corporis præbere. restituere est etiam possessorem facere, fructusque reddere. pleraque ^c continentur. præterea restitutionis verbo continentur
Res.

XXIII. VLPIANVS libro quartodecimo [ad Edictum.]

REI appellatione & causæ & iura continentur.
Hæreditas.

^d *Ex titul. de per. har.*

^e *Similis definitio apud Ciceronem in Topicis, in loco à definitione.*

XXIII. GAIVS libro sexto ad Edictum prouinciale.

NILH ^d est aliud hæreditas, quàm successio in vniuersum ius quod defunctus habuit ^e.

Nostrum, & Meum. I Pars.

^f *Ex tit. de rei vind. & de vsufru. et u.*

^g cuius.

XXV. PAVLVVS libro vicesimo prim [ad Edictum.]

RECTÈ ^f dicimus eum fundum totum nostrum esse, etiam cum vsusfructus alienus est.

nus est: quia ususfructus non dominij pars, sed seruitutis sit: ut via, & iter. nec falsò dici^a, ^a dictum est. [totum] meum esse, cuius non potest vlla pars dici alterius esse. hoc & Iulianus, & est verius. ¶ Quintus^b Mucius ait, partis appellatione rem pro indiuiso significari. nam ^b quod Quintus. quod pro diuiso^c nostrum sit, id non partem, sed totum esse. Seruius non ineleganter partis appellatione vtrumque significari. ^c indiuiso.

XXVI. VLPPIANVS libro sextodecimo^d ^d libro sexto. [ad Edictum.]

Partum^e non esse partem rei furtiuae Scæuola libro vndecimo quaestionum, scribit. ^e *Extitit. de Publicia. in rem act. Cōiunge l. si aliena. de usur.*

Ager. ¶ Stipendium. Tributum.

XXVII. IDEM libro septimodecimo^f ^f libro sexto. [ad Edictum.]

Ager est locus, qui sine villa est. ¶ Stipendium à stipe appellatum est, quòd per stipes, id est, modica æra, colligatur. Idem hoc etiam tributum appellari Pomponius ait. & sanè appellatur ab intributione ^g contributione. tributum: vel ex eo quòd militibus tribuatur.

Alienatio. ¶ Oratio soluta.

XXVIII. PAVLVS libro vicesimo primo [ad Edictum.] ^h libro duodecimo.

Alienationisⁱ verbum etiam vsucapionem continet: vix est enim, ut non vi- ⁱ *Extitit. de rei vindic.*

^a Is. deatur alienare qui patitur vsucapi. Eum
^b dicimus. quoque alienare dicitur ^b, qui non vtendo
 amisit seruitutes. Qui occasione adquirendi
 non vtitur, non intelligitur alienare: veluti
 qui hereditatem omittit, aut optionem in-
 tra certum tempus datam non amplectitur.
 I ¶ Oratio quæ neque coniunctionem ne-
 que disiunctionem habet, ex mente pro-
 nuntiantis, vel disiuncta vel coniuncta ac-
 cipitur.

Coniunctio.

^c libro deci- XXIX. IDEM libro sexagesimo ^e se-
 mo septimo. xto [ad Edictum.]

^d Fortè ex ti.
 quod si aut
 clam.

CONIUNCTIONEM ^d enim nonnunquam
 pro disiunctione accipi Labeo ait: vt in
 illa stipulatione, MIHI HEREDIQVE MEO,
 TE HEREDEMQVE TVVM.

*Silua cadua. 1 Stipula illecta. 2 No-
 uale. 3 Terra integra. 4 Glans
 caduca. 5 Silua pascua.*

Paulus.

XXX. CAIVS libro ^e septimo ad
 Edictum [prouinciale.]

^f Extitit. de
 vsufr. l. ex
 silua.

SILVA ^f cadua est, vt quidam putant, quæ in
 hoc habetur, vt cæderetur. Seruius eam
 esse, quæ succisa, rursus ex stirpibus aut radi-
 cibus renascitur. I ¶ Stipula illecta ^g est spi-
 cæ in messe deiectæ. [nec dum lectæ:] quas
 rustici cùm vacauerint colligunt. 2 ¶ No-
 ualis est terra præcisa ^h, quæ anno cessauit,
 quam Græci NEAKIN ⁱ vocant. 3 ¶ Inte-
 gra autem est, in quam nondum dominus
 pascendi

^g illecta sunt.

^h profcissa,
ⁱ νεαρον. Alc.
 νεαρον lib. 2.
 Prætermis.

pascendi gratia pecus immisit. 4 ¶ Glans
caduca est, quæ ex arbore cecidit. 5 ¶ Pascua
silua est, quæ pastui^a pecudum destinata est. ^a pascuis.

Pratum.

XXXI. VLPPIANVS libro octauo de-
cimo^b ad Edictum.

^b libro octa-
uo.

PRatum^c est, in quo ad fructum percipi-
endum falce duntaxat opus est: ex eo di-
ctum, quòd paratum sit ad fructum capien-
dum.

^c *Ex tit. ad
leg. Aquil.*

Minus solutum.

XXXII. PAVLVVS libro vicensimo^d
quarto [ad Edictum.]

^d libro vice-
simo tertio.

MInus solutum intelligitur, etiam si ni-
hil esset solutum.

Palam.

XXXIII. VLPPIANVS libro vicensi-
mo^e primo ad Edictum.

libro vice-
simo quinto.

PAlam est coram pluribus.

Actio.

XXXIIII. PAVLVVS libro vicensimo
quarto [ad Edictum.]

Actionis verbo etiam persecutio conti-
netur.

Restituere.

XXXV. IDEM libro septimodecimo^f
[ad Edictum.]

^f libro deci-
mo quarto.

Restituere^g autem is intelligitur, qui si-
mul &^h causam actori reddit, quam is
habiturus esset, si statim iudicij accepti tem-
pore res ei reddita fuisset, id est & vsucapio-
nis causam, & fructuum.

^g *Coniunge
l. 6. de vi ar-
mata.*

^h & rem &
causam.

fructum.

Lis.

*libro viceffimo fecūdo.

XXXVI. VLPPIANVS libro vicenſimo tertio [ad Edictum.]

Litis nomen [omnem] actionem ſignificat, ſiue in rem ſiue in perſonam ſit.

Oportere.

XXXVII. PAVLVS libro vicenſimo ſexto [ad Edictum.]

Exit. de in lit. iur. Si de l. i. co. tit. c Quod in ſe rebatur for mulis actio num in per ſonam.

Verbum ^bOPORTERE ^c non ad facultatem iudicis pertinet, qui poteſt vel pluriſ vel minoris condemnare: ſed ad veritatem refertur.

Oſtentum, φάντασμα.

XXXVIII. VLPPIANVS libro vicenſimo quinto [ad Edictum.]

d Exit. de religio. vbi quaritur de ſepultura huiusmodi parus.

Oſtentum ^d Labeo definit omne contra naturam cuiuſq; rei genitum, factumque. duo genera [autem] ſunt oſtentorum: vnum, quotiens quid contra naturam naſcitur: tribus manibus fortè aut pedibus: aut qua alia parte corporis quæ naturæ contraria eſt. alterum, cūm quid prodigioſum videtur. quæ Græci ΦΑΝΤΑΣΜΑΤΑ ^e vocant.

φάντασμα. al. φάντασμα τερατωνδες. Alc. lib. 2. Prater.

Subſignare. 1 Bona. 2 Detestari. 3 Incertus poſſeſſor.

f libro quinquageſimo ſeptimo.

XXXIX. PAVLVS libro quinquageſimo tertio [ad Edictum.]

g Extracta tu de acquir. poſſ.

Subſignatum ^g dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt. nam veteres ſubſignationis verbo

verbo pro adscriptione ^avti solebāt. 1 ¶ Bo-^a subscriptio-
na intelliguntur cuiusque, quæ deducto ære ne.
alieno supersunt. 2 ¶ Detestari ^best absenti ^b Attestari.
denuntiare. 3 ¶ Incertus possessor est, quem
ignoramus.

Detestatio. 1 Serui. 2 Familia.

XL. VLPPIANVS libro quinquagesi-^c libro sexto.
mo ^csexto.

Detestatio ^dest denuntiatio facta cum te-^d *Extitul. Sibi*
statione. 1 ¶ Serui appellatio etiam ad *bonor. rapt.*
ancillam refertur. 2 ¶ Familiæ appellatio-
ne liberique continentur. Vnicus seruus
familiæ appellatione non continetur. ne
duo quidem familiam faciunt. ^e *Coniungel.*
Vlp. 195. h.
ist.

Arma.

XLI. GAIVS libro vicensimo primo
ad Edictum prouinciale.

Armorum ^fappellatio non ^gvtique scu-^f *Extitul. de*
ta, & gladios, & galeas significat: sed & *Sûcap. Sibi*
fustes, & lapides. *de possess. S.*
Si.

Probrum, Opprobrium.

XLII. VLPPIANVS libro quinquagen-^h *Extitul. de*
simo ^hseptimo ad Edictum. *iniur. Vide*
l. item apud
Labeonem.
cod. tit.

Probrum ⁱ& opprobrium id ^kest. probra
quædam natura turpia sunt, quædam ci-
uilitate, & quasi more ciuitatis. vt puta fur-
tum, adulterium, natura turpe est. enim uero
tutelæ damnari, hoc non natura probrum
est, sed more ciuitatis. nec enim natura pro-
brum est, quod potest etiam in hominē ido-
neum incidere. ^k *idem est.*

Victus.

XLIII. IDEM libro quinquagesimo octauo [ad Edictum.]

^a *Exititul. de re iud. sicut et capita sequentia. Vide l. s. victu. eod. titul.*

^b potui.
^c lib. septuagesimo secundo.

^d Cætera quoque. *al.*
Et cætera quoque.
^e si viuendi.

^f In strato.
^g quod Græci.
^h victu.
ⁱ stragulam.
^k in stratum. *al.* in stratū.

^l libro quinquagesimo quarto
^m idem dici potest.
ⁿ *Vide Cic. in Topic. in loc. à forma generis.*
^o viuit.

VERBO VICTVS ^a continentur quæ esui potuique ^b cultuique corporis, quæque ad viuendū homini necessaria sunt. vestem quoque victus habere vicem Labeo ait.

XLIII. CAIVS libro vicensimo ^c secundo [ad Edictū prouinciale.]

ET ^d cætera quibus tuendi ^e, curandive corporis nostri gratia vtimur, ea appellatio-
ne significantur.

Stratum. Stragulum. Victus.

XLV. VLPIANVS [libro quinquagesimo ^{*} octauo ^{*} ad Edictum.]

IN stratum ^f omne vestimentum contineri, quod inciatur Labeo ait. neque enim dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium $\text{\textcircled{P}}\text{\textcircled{E}}\text{\textcircled{P}}\text{\textcircled{I}}\text{\textcircled{S}}\text{\textcircled{T}}\text{\textcircled{P}}\text{\textcircled{O}}\text{\textcircled{M}}\text{\textcircled{A}}$. In victum ^h ergo vestem accipiemus, non stragula ⁱ: in stratum ^k omnem stragulam vestem.

Pronunciare. Statuere. I Materfamilias.

XLVI. IDEM ^l libro quinquagesimo [ad Edictum.]

PRONUNTIATUM & statutum idem ^m potest. promiscuè enim & pronunciaſſe & statuisse solemus dicere eos qui ius habent cognoscendi. **I** $\text{\textcircled{M}}$ atrem familia, ⁿ accipere debemus eam, quæ non inhonestè vi-
xit ^o: matrem enim familias à cæteris femi-
nismo-

nis mores discernunt, atque separant. proinde nihil intererit, nupta sit an vidua, ingenua sit an libertina. nam neque nuptiæ neq; natales faciunt matrem familias ^a, sed boni mores.

Liberatio.

XLVII. PAVLVS libro quinquagesimo sexto ad Edictum.

Liberationis ^b verbum eandem vim habet, quam solutionis.

Solutus.

XLVIII. GAIVS libro ad Edictum prætoris vrbanititulo, Qui neque ^c sequantur neque ducantur.

Solutum non intelligimus eum, qui licet vinculis leuatus sit, manibus tamen tenetur. ac ne eum quidem intelligimus solutum, qui in publico sine vinculis seruatur.

Bona.

XLIX. VLPPIANVS libro quinquagesimo ^d nono ad Edictum.

Bonorum appellatio aut naturalis aut ciuilis est. naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant, hoc est ^e beatos faciunt. beare est prodesse. In bonis autem nostris computari sciendum est non solum quæ dominij nostri sunt: sed & si bona fide à nobis possideantur, vel superficiaria sint. Æquè bonis adnumerabitur, etiam si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus, nam hæc omnia in bonis esse videntur.

^a matres familias.

^b *Ex titul. de re iud. l. i.*

Coniunze. l. solutionis.

π. de solutio.

^c *Id est, qui tamen si vo-*

cantem non sequantur,

in ius duci

non possunt:

Duar. lib. i.

Disput. ca. i.

^d libro quinquagesimo octauo.

^e *Beati didici,*

(ait Varro. lib. 4. de Ling.) quod

multa bona possident.

Vnde Plaut. in Pæn. Bo-

nã ego quã beatã primò

dici mazo-

lo. Civiliter bona dicun-

tur, quia õs

ἐπι τὸ πλεῖ-

στον res æsti-

mantur ac

denomi-

nantur.

Nurus.

• Paulus. L. IDEM ^alibro sexagesimo primo ad Edictum.

^b*Extitit. de reb. anth. ind. possid.* **N**Vrus ^bappellatio etiam ad pronurum, & ultra porrigenda est.

Parents.

• librorum tricesimo quarto L. GAIUS libro vicentesimo tertio ^cad Edictum provinciale.

^d*Extitit. de reb. anth. ind. possid.* **A**ppellatione ne ^dparentis non tantum pater, sed etiam avus, & proavus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater, & avia, & proavia.

Patronus.

• libro sexagesimo tertio. LII. VLPPIANVS libro sexagesimo ^e primo [ad Edictum.]

^f*Extitit. de reb. anth. ind. possid.* **P**atroni ^fappellatione & patrona continentur.

De coniunctis, & disiunctis seu separatim, & solutis.

LIII. PAVLVS libro quinquagesimo [nono] ad Edictum.

• vt &. **S**æpe ita comparatum est, vt & coniuncta pro disiunctis accipiantur, & disiuncta

^h*Gentiles qui dicantur, Cic. in Topic. in loco à definitione.* pro coniunctis, interdum soluta pro separatim. nam cum dicitur apud veteres ADGNATORVM ^hGENTILIVM QVE, ⁱpro separatione accipitur. at cum dicitur SVPER PECUNIAE ^kTVTELÆVE SVÆ, tutor separatim sine pecunia dari non potest. & cum

ⁱgentiliumque: que pro ^lpecunia tutelæve sua. dicimus, QVOD DEDI AVT DONAVI, vtraque continemus. cum verò dicimus,

QVOD

QVOD EVM DARE FACERE OPORTET, quoduis eorum sufficit pro Vare. cùm verò dicit prætor, SI DONVM, MVNVS, OPERAS REDEMERT, si omnia imposita sunt, certum est omnia^a redimenda esse. ex re ergo pro coniunctis habentur. si^b quædam imposita sunt, cætera non desiderabuntur.

^a omnia imposita.
^b & sit.

I ¶ Item dubitatum, illa [verba] OPE, CONSILIO, quemadmodum accipienda sunt: sententiæ^c coniungentiũ, aut separantium. sed verius est, quod & Labeo ait, separatim accipienda: quia aliud factum est eius qui ope, aliud eius qui consilio furtum facit. sic enim alij condici potest, alij non potest. [&] sanè post veterum auctoritatem eò peruentum est, vt nemo ope^d videatur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit: nec consilium habuisse noceat, nisi & factum secutum fuerit.

^c vtrum ex sententia.
Rektor est Flor. quod & Acc. vidit.

^d furtum videatur.

Conditionalis creditor.

LIIII. VLPPIANVS libro sexagesimo^e secundo [ad Edictum.]

^e libro duodecimo.

COnditionales^f creditores dicuntur & hi quibus nondum competit actio, est autem competitura. vel qui spem habent vt competat.

^f *Ex titul. de reb. auth. iud. possid.*

Creditor.

LV. PAVLVVS libro sextodecimo breuis Edicti.

^g *Ex titul. de reb. auth. iud. possid. vide l. qui in nane. eo.*

CReditor^g autem is est, qui exceptione perpetua summoueri non potest. qui

d

autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori.

Cognoscere instrumenta. Dispungere.

1 Liberi.

LVI. VLPPIANVS libro sexagesimo secundo [ad Edictum.]

Cognoscere^a instrumenta, est relegere & recognoscere. dispungere est conferre accepta & data. **I** ¶ Liberorum appellatione continentur nō tantum qui sunt in potestate: sed omnes qui sui iuris sunt, siue virilis, siue feminini sexus sunt, exve feminini^b sexus descendentes.

^a *Ex l. 15. de rebus auth. iud. possid.*
^b *femininis. al. feminino sexu.*

^c *libro quinquagesimo octavo.*

^d *Quibus.*

^e *Ex titul. de rebus auth. iud. possid.*

^f *ubi de magistris, qui adscribentur rebus vendendis.*

^g *Et ait Theoph. in Instit.*

^h *& ipsi.*

ⁱ *appellam.*

^k *lib. tricimo secundo.*

^l *Ex titul. de curat. bon. dan.*

^m *Alciat. lib. 3. Disp. cap. 4.*

Magister. Magistratus. 1 Persequi.

LVII. PAVLVS libro quinquagesimo nono [ad Edictum.]

Cvi^d præcipua^e cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & sollicitudinem rebus quibus præsumt debent, hi magistri appellantur. quinetiam si ipsi magistratus per derivationem à magistris cognominantur. vnde etiam cuiuslibet disciplinae præceptores Magistros appellari & à monendo, vel monstrando. **I** ¶ Persequi videtur & qui satis accepit.

Acta. Gesta. 1 Nostriliberti.

LVIII. GAIVS libro vicensimo quarto ad Edictum prouinciale.

Licetⁱ inter^k gesta & facta videtur quædam esse subtilis differentia: attamen

καταχρηστικῶς ^a† nihil inter factum & gestum ^a† id est, ab-
 interest. I ¶ Paternos libertos rectè vide- ^b businè.
 mur dicere nostros libertos. liberorum ^b li- ^b liberorum
 bertos non rectè nostros libertos dici- ^b verò nostro
 mus. rum.

Portus. Angiportum.

LIX. VLP IANVS libro sexagesimo ^c libro sexa-
 octauo [ad Edictum.] ^c gesimosexto

Portus ^d appellatus est conclusus locus, ^d *Ex tit. de*
 quo importantur merces, & inde expor- ^d *fluminibus.*
 tantur, eaque nihilo minus statio est con-
 clusa, atque munita. inde angiportum di-
 ctum est.

Locus. Fundus.

LX. IDEM libro sexagesimo nono
 [ad Edictum.]

Locus ^e est non fundus, sed portio aliqua ^e *Ex inter-*
 fundi. fundus autem, integrum aliquid ^e *dicto, Ne*
 est. & plerunque sine villa locum accipimus. ^e *quid in loco*
 ceterum adeò opinio nostra & constitutio ^e *publ. Vide l.*
 locum à fundo separat: ut & modicus possit ^e *2. eod. titul.*
 fundus dici, si fundi animò cum habuimus:
 non etiam ^f magnitudo locum à fundo se- ^f non enim.
 parat, sed nostra affectio, & quælibet portio ^g *Fundus*
 fundis poterit fundus dici, si iam hoc consti- ^g *duobus con-*
 tuerimus, nec non & fundus locus constitui ^g *stat, Agro*
 potest. nam si eum alij adiunxerimus fundo, ^g *& Villa, l.*
 locus fundi efficietur. I ¶ Loci appellatio- ^h *81. §. qui fū-*
 nem non solùm ad rustica, verùm ad urbana ^h *dū π. de leg.*
 quoque prædia pertinere Labeo scribit. ^h *l. 36. π. de*
^h *& suff. leg.*

2 ¶ Sed fundus quidem suos habet fines: locus vero latere potest, quatenus determinetur, & definiatur.

Satisfatio.

LXI. PAVLVS libro sexagesimo quinto
[ad Edictum.]

Extit. vti possidetis vbi fit satisfationis mētio
b libro vice-
moseptimo.
c In l. adeo. §. cum in suo de acq. rer. dom. eadem est interpretatio eiusdē auctoris.

Satisfationis^a appellatione interdum etiam repromissio continebitur, qua contentus fuit is, cui satisfatio debebatur.

Tignum.

LXII. GAIVS libro vicensimo^b sexto
ad Edictum prouinciale.

Tigni^c appellatione in lege duodecim tabularum omne genus materiæ, ex qua ædificia constant, significatur.

Penes. Apud.

LXIII. VLPPIANVS [libro septuagesimo primo ad Edictum.]

Hunc autē Caium opinor significari ab Vlpiano. l. gemma. supra ad exhib.

PENES^d TE, amplius est, quàm APVD TE. nam apud te est, quod qualiter qualiter à te teneatur: penes te est, quod quodam modo^e possidetur.

Intestatus.

LXIII. PAVLVS libro sexagesimo^f septimo ad Edictum.

Extitul. de lib. exhib.

e à te possidetur.

*f lib. septuagesimo se-
xto.*

Intestatus est non tantum qui testamentum non fecit: sed etiam cuius ex testamento hæreditas adita non est.

Heres.

LXV. VLPPIANVS libro septuagesimo^g secundo ad Edictum.

g libro tricesimo ad senatusconsultum.

Heredis

Heredis ^a appellatio non solum ad proximum heredem, sed & ad ulteriores refertur. nam & heredis heres, & deinceps, heredis appellatione continetur.

Merc.

LXVI. IDEM libro septuagesimo ^b quarto ad Edictum.

^b libro sexagesimo sexto.

Mercis appellatio ad res mobiles ^c tantum pertinet.

^c *Veluti Vinum oleum, frumentum. l. vlt. π. de condic. trit. vide. l. 207. h. titul.*

Alienatum. Venditum. i Donatio.

LXVII. IDEM libro septuagesimo ^d sexto ad Edictum.

Alienatum ^e non proprie dicitur, quod adhuc in domino venditoris manet, venditum tamen recte dicitur. i ¶ Donationis verbum simpliciter loquendo omnem donationem comprehendisse videtur, siue mortis causa, siue non mortis causa fuerit.

^d lib. septuagesimo septimo.

^e *Ex titul. de litigiosis.*

Arbitratu alicuius fieri.

LXVIII. IDEM libro septuagesimo septimo ad Edictum.

Illa ^f verba ARBITRATV LVCII TITII ^f FIERI, ius significant, & in seruum non cadunt.

^f *Ex titul. de prator. stip.*

De doli clausula.

LXIX. IDEM libro septuagesimo ^g octavo ad Edictum.

^g lib. septuagesimo tertio.

HÆc ^h verba, CUI REI DOLVS MALVS [AVERIT,] AFVERIT, generaliter comprehendunt omnem dolum, quicumque in hanc rem admissus est, de qua stipulatio est interposita.

^h *Ex titul. de prator. stipul.*

Heres. 1 Is ad quem ea res pertinet.

LXX. PAVLVS libro septuagesimo tertio ^a[ad Edictum.]

^a lib. septuagesimo septimo.

^b *Extitit. de prator. stip.*

^c nã in pau-

^d filio meo.

SCiendum ^b est heredem etiam per multas successiones accipi. nam ^c paucis speciebus heredis appellatio proximum continet: veluti in substitutione impuberis, QVIS QVIS MIHI HERES ERIT, IDEM FILIO HERES ESTO: vbi heredis heres nõ continetur, quia incertus est. item in lege Ælia Sentia filius heres proximus potest libertum paternum vt ingratum accusare, non etiam si heredi heres extiterit. idem dicitur in operarum exactione, vt filius heres exigere possit, non ex successione effectus. ¶ Verba hæc, IS AD QVEM EA RES pertinet, sic intelliguntur, vt qui in vniuersum dominium [vel iure ciuili] vel iure pratorio succedit, contineatur.

Capere. Accipere. Peruenisse. 1 His rebus rectè præstari.

LXXI. VLPIANVS libro septuagesimo nono ad Edictum.

^e *Extitit. de prator. stip.*

^f *cõiunge l. 1.*

^g *Si cui plus quam per legem Fal.*

^h non sic.

ⁱ est restitutus.

^k ne quod.

Aliud ^e est capere, aliud accipere. capere, cum effectu accipitur. accipere, & si quis non ^f accepit vt habeat. ideoq; nõ videtur quis capere quod erit & restitutus. sicut ^h peruenisse propriè illud dicitur quod est remansurum. ¶ Hæc verba HIS REBUS RECTE PRÆSTARI, hoc significant, ne quid

quid^a periculum vel damnum ex eare stipu-
latoresentiret, nequod.

Res.

LXXII. PAVLVVS libro septuagen-
simo^b sexto [ad Edictum.]

Appellatione^c rei pars etiam contine-
tur.

Rectè restitui.

LXXIII. VLPPIANVS^d libro octogen-
simo [ad Edictum.]

Hæc verba in stipulatione posita, EAM
REM RECTE RESTITVI, fructus
continent^e. RECTE enim verbum pro viri
boni arbitrio est.

Ornamentum.

LXXIIII. PAVLVVS libro secundo ad
Edictum Ædilium Curulium.

Signatorius^f anulus ornamenti appella-
tione non continetur.

Restituere.

LXXV. IDEM^g libro quinquagesimo
[ad Edictum.]

Restituere is videtur, qui id restituit, quod
habiturus esset actor, si controuersia ei
facta non esset.

Dare.

LXXVI. IDEM libro [quinquagesimo
primo ad Edictum.]

Dedisse^h intelligendus est etiam is qui
permutauit, vel compensauit.

Frugos. Frumentum.

^b lib. septua-
gesimoter-
tio.

^c *Ex tracta-
tu deprator.
stipul. Ex-
empla sunt
in cap. se-
quentibus,
& duob. su-
perioribus.*

^d Caius libro
tricefimo.
continet

^f *Exemplum
est petendū
ex l. Ædiles
aiunt. de Æ-
dil. edict.*

^g Idem libro
secundo ad
Edictū Ædi-
lium Curu-
lium.

^h *Ex titul. de
liber. caus.*

• Vlpianus. LXXVII. IDEM ^a[libro quadragesimo nono ad Edictum.]

^b*Ex titul. de aq. plu. arc.* **F**Rugem ^b pro reditu appellari, non solum ^c[quod] frumentis ^c, aut leguminibus: verum ^d& [quod ex vino ^e, siluis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. Iulianus scribit, fruges omnes esse quibus homo vescatur, fallum esse: non enim carnem ^f, aut aues, feræ, aut poma fruges dici. frumentum autem ^e id esse, quod arista se teneat, recte Gallum ^f definisse. lupinum verò & favam fruges potius dici: quia non arista, sed siliqua continentur, quæ Seruius apud Alfenum in frumento contineri putat.

^d verum & pro eo.
^e vel ex siluis.
^f carnes.
^g in se.

Possessio.

^hlib. quarto. LXXVIII. PAVLVS libro tertio ^h ad Plautium.

Interdum proprietatem quoque verbum possessionis significat, sicut in eo qui possessiones suas legasset, responsum est.

*De impensis necessarijs, 1 aut utilib.
2 aut voluptarijs.*

ⁱlibro tertio. LXXIX. IDEM libro sexto ⁱ ad Plautium.

^k*Ex l. 27. de iur. dot.* **I**mpensæ ^k necessariæ sunt, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit. **I** ^l Vtiles impensas esse Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, [non ^l] deteriorem esse non sinant: ex quibus reditus mulieri acquiratur. sicuti arbuti pastinatione ultra quâ **neceffe**

^l *Malè in a-
liis deest
hac negatio.*

necesse fuerat. item doctrinam puerorum. ^aVide Vlp...
^a quorum nomine onerari mulierem igno- *Institut. VI.*
 rantem vel inuitam non oportet: ne cogatur fundo, aut mancipijs carere. in his impē- *§ Caiū in*
 sis & pisstrinum & horreum insulæ dotali ad- *39. π. de pe-*
 iectum plerunque dicemus. 2 ¶ Voluptaria *tit. hered.*
 riæ sunt, quæ speciem duntaxat ornant, non
 etiam fructum augent. vt sunt viridia ^b, & a- ^b viridiaria,
 quæ salientes, incrustationes, loricationes, *al. viridaria.*
 picturæ ^c. ^c & picturæ.

De petitione legatorum.

LXXX. IDEM libro nono ad
 Plautium.

IN generali repetitione legatorum etiam
 datæ libertates continentur ex mente le-
 gis duodecim tabularum.

Restituere.

LXXXI. IDEM libro decimo
 ad Plautium.

CVM prætor dicat, vt opus factum resti-
 tuatur, etiam damnū datum actor con-
 sequi debet: nam verbo ^d restitutionis omnis
 vtilitas actoris continetur.

^d *Coniunge*
L. 22. § l. § l.
§. § l. h. tit.

Amplius. Minus.

LXXXII. IDEM libro quartodecimo
 ad Plautium.

VERBUM ^e AMPLIUS ad eum quoq; per-
 tinet, cui nihil debetur. sicuti ex contra-
 rio minus solutum videtur, etiam si nihil es-
 set exactum.

^e *Ex l. am-*
plius rem.
rat. hab.

Bona.

LXXXIII. IAVOLENVS libro quinto
ex Plautio.

Propriè bona dici non possunt, quæ plus
incommodi quàm commodi habent.

Filius.

^a libro tertio

LXXXIII. PAVLVS libro secundo^d
ad Vitellium.

Filij appellatione omnes liberos intelli-
mus.

^b Ex l. 9. de
serui. l. 6.

quemadmo-
dum seruit.
amitt. Hic
fundus dici
tur qualiter
se habens in
l. 12. eod. tit.

Duar.

^c Id est, qua-
litate. qui-
busdã affe-
cta. Et prædi-
ta. Ita quoque
locutus est l.

qui fundi,
quæ ad serui-
amitt. Malè
ergo repo-
sui Alcia-
tus æquali-
ter.

^d lib. quinto.

^e qua.

^f † al. conti-
nentia.

Collegium.

LXXXV. MARCELLVS libro primo
Digestorum.

Neratius Priscus tres facere existimat col-
legium, & hoc magis sequendum est.

Iura prædiorum.

LXXXVI. CELSVS libro quinto
Digestorum.

Quid^b aliud sunt iura prædiorum, quàm
prædia qualiter^c se habentia? vt boni-
tas, salubritas, amplitudo?

Vrbs. Roma.

LXXXVII. MARCELLVS libro duo-
decimo^d Digestorum.

VT Alfenus ait, vrbs est Roma, quæ mu-
ro cingeretur. Roma est etiam, qua
continenti^f † aedificia essent. Nam Romam
non muro tenus existimari, ex consuetudine
coTidiana posse intelligi, cùm diceremus
Romam nos ire, etiam si extra urbem habi-
taremus,

Pecunia.

Pecunia.

LXXXVIII. CELSVS libro octauodecimo Digestorum.

Tantum ^a quisque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis eius refici potest. sic ^b dicimus, centies aut eorum habere, qui tantum in prædiis cæterisq; similibus rebus habeat. non idem est in fundo alieno legato, quamquã ^c is hereditaria pecunia parari potest, neq; quisquam eum qui pecuniam numeratam habet, habere dicit quidquid ex ea parari ^d potest.

^a Propemodum tantum.
^b sic enim.

^c quanquam

^d comparari is fundus.

De bobus. 1 Dum nupta erit. 2 Ederationes. Reddere rationes.

LXXXIX. POMPONIVS libro sexto ad ^e Sabinum.

Boues magis armentorum quàm iumentorum generis ^f appellatur. 1 ¶ Hoc sermone, DVM NVPTA ERIT, primæ nuptiæ significantur. 2 ¶ Inter edere & reddi^g rationes, multum interest. nec is qui edere iussus sit, reliquum reddere debet. nam & argentarius edere rationem videtur ^h, etiam si quod reliquum sit apud eum non soluat.

ad senatusconsultum.

^f genere. *al.* nomine.

^g reddere.

^h iubetur.

Uti optima maximaq; sunt.

XC. VLPPIANVS libro vicensimo septimo ad Sabinum ⁱ.

Qui uti optima maximaque sunt, ædes tradit, non hoc dicit, seruitutem illis

ⁱ ad senatusconsultum.

^k *Cōiunge l. 6. commun. prad.*

^a *Coniunge*
l. 15. ad Tre-
bell.

^b * *Etiamsi*
solus sit, leg.
155. h. titul.
quauis pro
prie ex plu-
ribus disca-
tur l. 1. §. pro
ximus π. Vn-
de cog. l. 34.
π. de vulg.

Et pup.

^c lib. XXIII.

^d * *Mouen-
tia proprie*
discuntur
qua per se
mouentur.

nimirum a-
nimalia,

serui, &c. l.

1. π. de adil.

edict. *Mobi-*

lia & erò qua

animaca-

rent, et va-

sa: tamē ple-

runq; con-

funduntur.

l. 2. π. de sup.

leg.

^e quia per se

ipsa mouen-

tur.

^f *Coniunge l.*

cum quidā.

21. de leg. 2.

^g libro vice-

simo.

deberi: sed illud solùm, ipsas ædes liberar es-
se, hoc est nulli seruire.

Meum. Tuum.

XCI. PAVLVS libro secundo fidei-
commissorum.

MEorum^a & tuorū appellatione actio-
nes quoque contineri dicendum est.

Proximus. Supremus.

XCII. IDEM libro septimo

[*Questionum.*]

Proximus est, [quem nemo antecedit.
^b * supremus est, quem nemo sequitur.

Mouentia. Mobilia.

XCIII. GELSVS libro nonode-
cimo^c Digestorum.

Mouentium^d*, item mobilium appella-
tione idem significamus. si tamen ap-
paret, defunctum animalia dumtaxat, quia
se^e ipsa mouerent, mouentia vocasse. quod
verum est.

Reddere.

XCIIII. IDEM libro vicensimo
Digestorum.

Verbum^f reddendi quanquam significa-
tum habet retro dandi, recipit tamen &
per se dandi significationem.

Reliqui.

XCV. MARCELLVS libro quarto-
decimo Digestorum.

Potest reliquorum appellatio & vniuer-
sos significare.

Litus.

Litus. 1 Prædia aliquorum.

XCVI. CELSVS libro vicensimo
quinto Digestorum.

Litus^a est quousque maximus fluctus à mari peruenit. idque Marcum Tullium aiunt, cum arbiter esset, primum cōstituisse. ¶ Prædia dicimus aliquorum esse, non utique communiter habentium ea: sed [vel] alio aliud habente.

^a Cic. in Top. in loco à definitione, per translationem verbi.

Pecunia.

XCVII. IDEM libro trigensimo
secundo Digestorum.

CVM stipulamur, QUANTA PECVNIA EX HEREDITATE^b TITII AD TE PERVENERIT: res ipsas quæ peruenerunt, non pretia earum spectare videmur.

^b Lucij Titij.

De bissexto, & mense intercalari.

XCVIII. IDEM libro trigensimo^c
nono Digestorum.

^c libro vicensimo octauo

CVM^d bisextum^e Kalendis^f est, nihil refert [vtrùm] priore, an posteriore die quis natus sit, & deinceps sextum^g Kalendas eius natalis dies est. nam id Viduum pro vno die habetur, sed posterior dies intercalatur, non prior. ideo quo anno intercalatum non est, sexto Kalendas natus, cum bisextum Kalendis est, priorem diem natalem habet.

^d Coniunge l. 3. §. minorē de minor.

^e sup.

^f bi sexto.

^g kalendas.

^h sexto.

¶ Cato putat mensem intercalarem additiciū esse. omnesq; eius dies pro momento temporis obseruat, extremoq; diei mensis Februarij adtribuit Quintus Mucius.

2 ¶ Mensis autem intercalaris constat ex diebus viginti octo.

Notio. Continentes prouincia. 2 De instrumentis.

XCIX. VLP IANVS libro primo de officio consulis^a.

^a proconfu-
lis.

^b Cōiunge l.
oratione. de
feris.

^c debemus.

Notionem^b accipere possumus^c, & cognitionē & iurisdictionem. 1 ¶ Continentes prouincias accipere debemus eas, quæ Italiae iunctæ sunt: vtputa Galliam, sed & prouinciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto Italia diuiditur. 2 ¶ Instrumentorum appellatione quæ comprehendantur, per quam difficile erit separare. quæ enim propriè sint instrumenta, propter quæ dilatio danda sit, inde^d dignoscimus, si in præsentiam^e personæ quæ instruere possit, dilatio petatur. puta qui actum gessit, licet in feruitute, vel qui actor fuit constitutus: putent^f videri instrumentorum causa peti dilationem.

^d vnde dig-
noscemus.

^e in præsen-
tia.

^f putemus.

Speciosa persona.

C. IDEM libro secundo de officio consulis^g.

^g proconfu-
lis.

^h Clarissimi
dicebantur,
qui ordinis
Senatorij e-
rant. Diar.
2. disp. cap. 1.

Speciosas personas accipere debemus clarissimas^h personas vtriusque sexus. item eorum, qui ornamentis senatoriis vtuntur.

*Stuprum. Adulterium. 1 Diuortium. Re-
pudium. 2 Morbus. Vitium. 3 Seruus.*

CI. MODESTINVS libro nono^a
Differentiarum.

^a lib. octauo.

INter stuprum & adulterium hoc interesse quidam putant, quòd adulterium in nuptam, stuprum in viduam committitur, sed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vtitur. 1. ¶ Diuortium inter virum & vxorem fieri dicitur: repudium verò sponſæ remitti videtur. quod & in vxoris personam non absurdè cadit. 2. ¶ Verum est morbum esse temporalem corporis imbecillitatem: vitium verò perpetuū corporis impedimentum. veluti si talum excussit. nam^b & luscus^c itaq; vitiosus est. 3. ¶ Seruis^d legatis etiam ancillas deberi quidam putant: quasi commune nomen vtrunque sexum contineat.

^b ita &.

^c vtique.

^d Cōrunge l. seruis. 81. de leg. 3.

^e Hac inscriptio ostēdit sumptū esse hoc extratatu de Publ. iud.

Et de Panis, sicut l. 35. de adult. l. 6. de Si priuat. l. 23. de siccariis. l. 23. de panis. fortassis Et ex l. 9. de iur. patronat.

Derogare. Abrogare.

CII. IDEM libro septimo Regularum.

Derogatur legi, aut abrogatur. derogatur legi, cū pars detrahitur. abrogatur legi, quum prorsus tollitur.

Capitalis.

CIII. IDEM libro octauo Regularum.

Licet^e capitalis Latinè loquentibus omnis causa existimationis videatur, tamen appellatio capitalis, mortis vel amissionis ciuitatis intelligenda est.

Τέχνα.

CIIII. IDEM libro secundo Excusationum.

[**H**]^g ἢ^h τέχων ἀεσθησεία ἔστι τὸς ἐνό-
μοις ἐκτείνετα.

^f Alij, non tamen. alij, pœnæ tamē. Sequere Flor.

^g Alc. lib. 4. Diss. cap. 10.

^h Coniunge l. 2. de excus. tur.

id est, Natorum appellatio & ad nepotes extenditur.

Libertis libertabusq, meis.

^a libro duodecimo.

CV. IDEM libro vndecimo
Responforum.

^b *Ex titul. de alim. leg.*

MOdestinus^b respondit, his verbis **L**IBERTIS LIBERTABVSQVE MEIS, libertum libertæ testatoris non contineri.

Dimissoria litera seu apostoli.

^c lib. primo.

CVI. IDEM libro singulari^c de
Præscriptionibus.

^d quòd per eas causâ.

Dimissoria literæ dicuntur, quæ vOlgo apostoli dicuntur, dimissoria autem dictæ, quòd^d causâ ad eum qui appellatus est, dimittitur.

Assignare libertum.

CVII. IDEM libro tertio Pandectarum.

AAssignare libertum hoc est, testificari cuius ex liberis libertum eum esse voluit.

Debitor.

CVIII. IDEM libro quarto Pandectarum.

^e *Suprà l. 10. latiore hu-
ius Vocis si-
gnificatione
ostendit: hic
strictiorem:
Et qui sub
conditione
vel in diem
debeat, pro-
priè debitor
non sit.*

DEbitor^e intelligatur is, à quo invito exigi pecunia potest.

Bona fidei emptor.

CIX. IDEM libro quinto Pandectarum.

BOnæ fidei emptor esse videtur, qui ignoravit eam rem alienam esse: aut putavit eum

eum qui vendidit, ius vendendi habere, puta procuratorem aut tutorem esse.

Sequester.

CX. IDEM libro sexto Pandectarum.

Sequester ^a dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuersia est, deposuerunt: dictus ab eo, quòd occurrenti, aut quasi sequenti eos qui contendunt, committitur.

Censere. Censor.

CXI. IAVOLENVS libro sexto ex Cassio.

Censeri ^b est constituere, & præcipere. unde etiam dicere solemus, censeo hoc facias: & semet ^c aliquid censuisse. inde censoris nomen videtur esse tractum.

Publicum.

CXII. IDEM libro vndecimo ex Cassio.

Litus publicum est eatenus, quæ ^d maximè fluctus exæstuat. ^e idemque iuris est in lacu, nisi is totus priuatus est.

Morbus fonticus.

CXIII. IDEM libro quartodecimo ex Cassio.

Morbus fonticus est, qui cuique rei nocet ^f.

lib. de resur. carn. Hic sequester Dei & hominū appellatus ex Striusq; partis deposito commissio sibi. Idem lib. de patient. Adeò satis idoneus patientia sequester est Dem. si iniuria deposueris penes eū, & tior est. Vide Gellium lib. 20. c. 1.

^b Censere.

^c & senatum.

^d quatenus.

^e exæstuat.

& effluit.

^f Vel qui cuiusq; rei agēda impedi-

mēto est, ait Marcellus l.

6. x. de re

iud. Sontes

nocentes si-

gnificat. Na

uus Sonticā

esse oportet

causam

quam obrē

perdas mu-

lierem. Fest.

Soluendo esse.

EXIII. IDEM libro quintodecimo
[ex Cassio.]

Soluendo esse nemo intelligitur, nisi qui solidum potest soluere.

Fundus. Possessio. Ager. Prædium.

CXV. IDEM libro quarto Epistolarum.

QVæstio est, fundus à possessione vel agro vel prædio quid distet. Fundus est omne, quidquid solo tenetur ^a. ager est, [si] species fundi ^b ad vsum hominis comparatur. Possessio ab agro iuris proprietate distat. quidquid enim apprehendimus cuius proprietates ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus. possessio ergo vsus, ager proprietates loci est. Prædium vtriusque superscriptæ ^c generale nomen est. nam & ager & possessio huius appellationis species sunt.

^a continetur. *Fundus nomen iuris est. leg. cog. 16. §. queritur. π. ad Treb.*
^b qui ad vsum. *al. quæ ad vsum.*
^c Superscriptæ rei.

Filius. Filia.

CXVI. IDEM libro septimo Epistolarum.

QVIS QVIS MIHI ALIUS FILIÛ FILIÛSVE HERES SIT ^d, Labeo ait Labeo. non videri filiam contineri: Proculus contra. mihi Labeo videtur verborum figuram sequi, Proculus mentem testantis. respondit, non dubito quin Labeonis sententia vera non sit.

Minus

*Minus solvere.*CXVII. IDEM libro nono ^aEpistoliarum.^a libro octavo.

Non potest videri minus soluisse, is, in ^b quem amplioris summa actio nō com-
petit. ^b aduersus quem.

Hostes.

CXVIII. POMPONIVS libro secundo ad Quintum Mucium.

Hostes ^c hi sunt, qui nobis aut quibus nos publice bellum decreuimus: ceteri latrones, aut prædones sunt, ^c Ergo nō sūt ab hostibus capti, ita qui à latronibus detinentur statum mutāt: l. 13. π. qui re stat. fac. l. 19. §. à piratis. π. de ca. & postl.

Hereditas. Bonorum possessio.

CXIX. IDEM libro tertio [ad Quintum Mucium.]

Hereditatis appellatio sine dubio continet etiam damnosam hereditatem. iuris enim nomen est, sicut bonorū possessio.

Legare.

CXX. IDEM libro quinto ad [Quintum Mucium.]

Verbis legis duodecim tabularum his, ^d VTI ^d LEGASSIT SVÆ REI, ITA IVS ESTO, latissima potestas tributa videtur, & heredis ^e instituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque constituendi sed id ^f interpretatione coangustatum est vel legum, vel auctoritate iura constituentium. ^d vti quisque. ^e heredes. ^f sed id vel auctoritate legū coangustatū est, vel interpretatione iura constituentium.

De usuris.

CXXI. IDEM libro sexto [ad
Quintum Mucium,]

VSura pecuniæ, quam percipimus, in fructu non est: quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est, id est noua obligatione.

Filio. Filiis.

CXXII. IDEM libro octauo ad
Quintum Mucium.

^a *Coniunge* **S**eruius ^a ait, si ita scriptum sit, FILIO, FILIISQUE MEIS HOSCE TUTORES DO, masculis dumtaxat tutores datos: quoniam singulari casu hoc, filio, ad pluralem videtur transisse, continentem eundem sexum quem singularis prior positus habuisset. sed hoc facti, non iuris habet questionem: potest enim fieri, ut singulari casu de filio senserit, deinde plenius omnibus liberis prospexisse in tutore dando voluerit. quod magis rationabile esse videtur.

Est. Erit.

CXXIII. IDEM libro vicensimo sexto
ad Quintum Mucium.

Verbum ERIT interdum etiam præteritum, nec solum futurum tempus demonstrat. quod est nobis necessarium scire, & cum codicilli ita confirmati testamento fuerint, QVOD IN CODICILLIS SCRIPTVM ERIT, vtrumne futuri temporis demonstratio

stratio fiat, an etiam præteriti, si antè scriptos codicillos quis relinquat. quod quidem ex voluntate scribentis interpretandum est.

quemadmodum autem hoc verbum EST non solum præsens, sed & præteritum tempus significat: ita & hoc verbum ERIT non solum futurum, sed interdum etiam præteritum tempus demonstrat. nam cum dicimus, LVCIVS TITIVS SOLVTVS EST [AB] OBLIGATIONE: & præteritum, & præsens significamus: sicut hoc, LVCIVS TITIVS ALLIGATVS EST. & idem fit cum ita loquimur, TROIA CAPTA EST. non enim ad præsentis facti demonstrationem refertur is sermo, sed ad præteritum.

Disiunctivum. Subdisiunctivum.

CXXIII. PROCVLVS libro secundo^d Epistularum.

HÆC verba, ILLE AVT ILLE, non solum disiunctiva, sed etiam subdisiunctivæ^f orationis sunt. disiunctivum est, veluti cum dicimus, AVT DIES AVT NOX EST, quorum posito altero, necesse est tolli alterum. item sublato altero, poni alterum. ita simili figuratione verbum potest esse subdisiunctivum. Subdisiunctivi^g autem genera sunt duo: vnum, cum ex propositis finibus ita non potest vterque^h esse, ut possit neuterⁱ esse: veluti cum dicimus, AVT SEDET, AVT AMBVLAT.

^a *Articulus Est præsentis temporis in se demonstratorem tantum continere traditur. l. 34. π. de auro, arg. Planè hæc Verba Sit, Fiat, quibus in interditiis prætor utitur, & utrunq; tempus completuntur. l. 2. §. deinde. π. ne quid in loco publ. l. 1. π. de Fluminibus.*

^b hic.

^c obligatus.

^d lib. quinto.

^e disiunctivæ

^f subdisiunctivæ.

^g Subdisiunctivorum.

^h vtrunque.

ⁱ neutrum

nam vt nemo potest vtrumque simul face-
re, ita aliquis potest neutrum, veluti is qui
accumbit. Alterius generis est, cùm ex pro-
positis finibus ita non potest neuter esse, vt
possit vtrumque esse: veluti cùm dicimus,
OMNE ANIMAL AVT FACIT AVT PA-
TITVR. nullum est enim quod nec faciat,
nec patiat. at potest simul & facere &
pati.

Commodum. Possè.

^a libro pri-
mo.

CXXV. IDEM libro quinto ^e Epi-
stolarum.

NEpos Proculo suo salutem, ab eo qui ita
dotem promisit, CVM COMMODVM
ERIT, DOTIS FILIÆ MEÆ TIBI E-
RVNT AVREI CENTVM, putãne pro-
tinus nuptiis factis dotem peti posse? quid
si ita promississet, CVM POTVERO, DOTI
^b erunt tibi ERVNT ^b? quòd si aliquam vim habeat po-
centum? sterior obligatio, POSSIT verbum quo-
modo interpretaris? vtrum are alieno de-
ducto, an extante? Proculus: cum dotem
quis [ita] promisit, CVM POTVERO, DO-
^c doti erunt TI TIBI ERVNT ^c CENTVM: existimo
aurei centũ: ad id quod actum est, interpretationem re-
putãne pro- digendam esse. nam qui ambiguè loquitur,
tinus. id loquitur, quod ex his quæ significantur,
sensit. propius est tamen, vt hoc eum sen-
^d quod de- sisse existinem: deducto ^d are alieno pote-
ducto, ro. potest etiam illa accipi significatio, cum
salua dignitate mea potero. quæ interpre-
ratio

ratio eo magis accipienda est, si ita promissum est, CVM COMMODOVM ERIT, hoc est cum sine incommodo meo poterit.

De clausula, Uti optimus maximusque & clausula Ius fundi deterius factum non esse per dominum.

CXXVI. IDEM libro sexto Epistolarum.

SI CUM fundum tibi darem, legem ita dixi, VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE ESSET, & adieci, ius fundi deterius factum non esse per dominum: præstabitur. amplius eo præstabitur nihil: etiam si prior pars, qua scriptum est, VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE SIT, liberum esse significat, eoque si posterior pars adiecta non esset, liberum præstare deberem ^a. tamen inferiore parte ^a debere. satis me liberatum puto, quod ad iura attinet, ne quid aliud præstare debeam, quam ius fundi per dominum deterius factum non esse.

Vestis.

CXXVII. CALLISTRATVS ^b libro quarto de Cognitionibus.

^b Paulus libro secundo Manualiũ.

Vestis appellatione tam virilis quam muliebri, & scenica, etiam si tragica aut citharœdica sit, continetur.

Spado.

CXXVIII. VLPPIANVS [libro] primo ad legem Iuliam & Papiam.

Spadonū generalis appellatio est. quo nomine tam^a hi qui natura spadones sunt, item thlibiæ, thlauæ: sed & si quod aliud genus spadonum est, continentur.

^a tum hi.

De his qui mortui nascuntur.

^b libro secundo.

CXXIX. PAVLVVS libro primo^b ad legem Iuliam & Papiam.

Qui mortui nascuntur, neque nati neque procreati videntur: quia nunquam liberi appellari potuerunt.

Lege obuenire hereditatem.

CXXX. VLPPIANVS libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.

Lege obuenire hereditatem non impropiè quis dixerit & eam quæ ex testamento defertur: quia lege duodecim tabularum testamentariæ hereditates confirmantur.

Fraus. Pœna. Multa.

CXXXI. IDEM libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

Aliud fraus^c est, aliud pœna: fraus enim sine pœna esse potest: pœna sine fraude esse non potest. pœna est noxæ vindicta, fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio. ¶ Inter multam autem & pœnam multum interest: cum pœna generale sit nomen, omnium delictorum co-

^c *Fraudem genus constituit: pœnam vero speciè.*

ercitio

oratio^a: multa specialis peccati, cuius ani-
 maduersio hodie^b pecuniaria est. pœna au-
 tem non tantùm pecuniaria, verùm capitis
 & existimationis irrogari solet. & multa qui-
 dem ex arbitrio eius venit, qui multam dicit:
 pœna non irrogatur, nisi quæ quaque^c lege,
 vel quo alio iure specialiter huic delicto im-
 posita est. quinimo multa^dbi dicitur, vbi spe-
 cialis^d pœna non est imposita. Item multam
 is dicere potest, cui iudicatio^e data est: magi-
 stratus solos, & præsidēs prouinciarum posse
 multam dicere, mandatis permissum est: pœ-
 nam autem vnusquisque irrogare potest,
 cui huius criminis siue delicti executio
 competit.

*Anniculus. Ante diem decimum. Ka-
 lendar. Post diem decimum Ka-
 lendar. 1 Peperisse.*

CXXXII. PAVLVVS libro tertio ad le-
 gem Iuliam & Papiam.

ANniculus amittitur, qui extremo anni
 die moritur. & consuetudo loquendi
 id ita esse declarat. ANTE DIEM DECI-
 MVM KALENDARVM, POST DIEM DE-
 CIMVM KALENDARVM. neque^f vtro e-
 nim sermone vndecim^g dies significantur^h.
 1 ¶ Falsum est eam peperisse cui mortuæ fi-
 lius exsectus est.

a coëctio.
 b Cum ex le-
 ge 12. Tabul.
 pecunarsa es-
 set. Et ex Fe-
 sto in serbo,
 multa, &
 pecularum,
 intelligere
 est.
 c qua.
 d specialiter.
 e adiudicatio
 Anniculus
 infans dici-
 tur anni &
 nius, exem-
 plo Graci ser-
 monis in uo-
 catione: dici-
 turq; hoc no-
 mine, qui
 extremū an-
 ni attigit ta-
 met si inte-
 grum eū nō
 vixerit. A.
 Alc.

f neutro.
 g decimus.
 h significa-
 tur.

Intra diem.

^a libro tertio CXXXIII. VLPIANVS libro quarto ^c ad legem Iuliam & Papiam.

SI quis sic dixerit, vt intra diem mortis eius aliquid fiat: ipse quoque dies, quo quis mortuus est, numeratur.

Anniculus.

CXXXIII. PAVLVS libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.

^b trecentesimo.

^c monumēta
*Rectior est
Florent.*

ANniculus non statim vt natus est, sed trecentesimo ^b sexagesimo quinto die: dicitur incipiente planè nō exacto die. quia annum ciuilitè, non ad momenta ^c temporum, sed ad dies numeramus.

Departu portentoso, vel monstroso.

CXXXV. VLPIANVS libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

^d al. inæqualem, quem Græci ἀποικον appellāt, quasi sine vlla qualitate dicat.

QVeret aliquis, si portentosum, vel monstrosum, vel debile Mulier ediderit, vel qualem ^d visu vel vagitu nouum, non humanæ figuræ, sed alterius magis animalis, quàm hominis partum: an quia enixa est, prodesse ei debeat. & magis est, vt hæc quoque parentibus profint. nec enim est quod eis imputetur, quæ qualiter potuerunt, statutis obtemperauerunt, neque id quod fataliter accessit, matri damnum iniungere debet.

Gener.

CXXXVI. IDEM libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.

Generi

Generi appellatione & neptis, & proneptis tam ex filio, quàm ex filia editorū^a, caterarumque maritos contineri manifestum est.

Terenixa.

CXXXVII. PAVLVVS libro secundo ad legem Iuliam & Papiam.

Ter^b enixa videtur etiam, quæ trigeminos^c pepererit.

Hereditas.

CXXXVIII. IDEM libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

Hereditatis appellatione bonorum quoque possessio continetur^d.

Roma. 1. Perfecisse ædificium.

CXXXIX. VLPIANVS libro septimo ad legem Iuliam & Papiam.

AEdificia Romæ fieri etiam ea videntur, quæ in continentibus Romæ ædificiis fiunt. 1. ¶ Perfecisse ædificium is videtur, qui ita consummauit, vt iam in vsu esse possit.

Cepisse.

CXL. PAVLVVS libro sexto ad legem Iuliam & Papiam.

Cepisse^e quis intelligitur, quamuis alij adquisiit.

^a editorum.

^b Alciari o-

pinionem

quandã ad

hanc l. repre

hendit. Diu-

ar. 1. Diss.

cap. 40.

^c Tergemi-

nos peperit.

Trigemini

sunt tres &

no partu edi

ti, quales

fuere Hora-

tij, tempore

Tulli Hosti-

lij regis Rõ.

lib. 7. n. de

rebus dub. l.

3. n. si p. s

hered.

^d Hac namq;

etiã & inuer

sitatem sec-

cessionis in-

re Prætorio

demonstrat

B. B.

^e Cõiunge. l.

senatus, de

donatio.

caus. mor. l.

30. de liber.

leg.

Habere filium.

• hostibus
captus.
^b libro septi-
mo.

• *Coniunge
l. re cōiunct.
de leg. 3.*

^dconiunctos
intelligimus
*al. intelligi
potest.*

^e*Explic. gra
tia, Re con-
iuncti sunt
quibus sepa-
ratim res ea-
dē legatur,
Titio fundū
T. do lego:
eundē fun-
dum Manio
do lego. Ver-
bis cōiuncti
qui eadē o-
ratione par-
tibus defini-
tis coniun-
guntur, Et,
Titio & Seio
fundum a-
quis partib.
lego. Re &
verbis con-
iuncti sunt,
Titio & Seio
hunc fundū
lego.*

CXLI. ULPIANVS libro octauo ad
legem Iuliam & Papiam.

ETiam ea mulier cūm moreretur credi-
tur filium habere, quæ exciso vtero ede-
re possit. nec non etiam alio casu mulier po-
test habere filium, quem mortis tempore nō
habuit. vtputa eum, qui ab hostibus ^a re-
meauit.

De coniunctis.

CXLII. PAVLVS^b libro sexto^b ad legem
Iuliam & Papiam.

TRiplici^c modo coniunctio^d intelligitur:
aut enim^e re per se coniunctio contin-
git, aut re & verbis, aut verbis tantūm. nec
dubium est, quin coniuncti sint, quos & no-
minum & rei complexus iungit: veluti, *Ti-
tius & Manius ex parte dimidia heredes
sunt*: vel [ita] *Titius Maniusque heredes
sunt*: vel, *Titius cum Manio ex parte dimi-
dia heredes sunt*. videamus autem ne etiam
si hos articulos detrahas, & *que, eum*, inter-
dum tamen coniunctos accipi oporteat. vel-
uti, *Lucius Titius, Publius Manius, ex par-
te dimidia heredes sunt*: vel ita, *Publius Ma-
nius, Lucius Titius heredes sunt, Sempronius
ex parte dimidia heres esto*. vt Titius & Ma-
nius veniant in partem dimidiam, & re &
verbis coniuncti videantur. *Lucius Titius ex
parte dimidia heres esto, Seius ex parte, qua
Lucium Titium heredem institui, heres esto.*

Sempro-

Sempronius ex parte dimidia heres esto. Iulianus dubitari posse ait, tres semisses facti sint, an Titius in eundem semissem cum Gaio Seio institutus sit. sed eo quòd Sempronius quoque ex parte dimidia scriptus est, verisimilius esse^a in eundem semissem duos coactos, & coniunctim heredes scriptos esse.

Habere.

CXLIII. VLPPIANVS libro nono [ad legem Iuliam & Papiam.]

ID aquò se quis habere videtur, de quo habet actionem. habetur enim, quod peti potest.

Pellex. Παλλακή.

CXLIII. PAVLVVS libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.

Libro memorialium^b Massurius scribit, pellicem^c apud antiquos eam habitam, quæ cum vxor non esset, cum aliquo tamen viuebat: quam^d nunc vero nomine amicam paulo honestiore concubinam appellari. Granius^e Flaccus in libro de iure Papiriano scribit, pellicem nunc vulgo vocari, quæ cum eo, cui vxor sit, corpus misceat. quosdam eam, quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit, quàm ΠΑΛΛΑΚΗΝ Græci vocant.

Virilis.

CXLV. VLPPIANVS libro decimo [ad legem Iuliam & Papiam.]

^b immemorabilem.

^c Pellicem autem

Festus eam

antiqui proprie

nomine

nabant quæ

vxorem ha-

bent nube-

bat: cui gene-

ri mulierum

etiam pœna

constituta

est à Numa

Pompilio.

Vide Gell. l.

4. cap. 3.

^d eam, quæ

nunc.

^e Gravius.

^a *Extitul. de iur. patron. vbi disputatur de lege Papia.* **V**iril^a appellacione interdum etiam totam hereditatem contineri dicendum est.

Socer. Socrus.

CXLVI. TERENCEIVS CLEMENS

libro secundo [ad legem Iuliam & Papiam.]

SOceri, socrus appellacione auum quoque & auiam vxoris vel mariti contineri respondetur.

Roma.

^b *Herennius libro tertio ad Edictum.* CXLVII. IDEM ^b libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

^c *Cōtinentia pro suburbis accipiuntur l. 2. noctitul.* **Q**VI in continentibus ^c vrbis nati sunt, Romæ nati intelligantur.

Liberi.

CXLVIII. GAIVS libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.

^d *pro pluratiuo.* **N**ON est sine liberis, cui vel vnus filius, vnave filia est. hæc enim enuntiatio, HABET LIBEROS, [NON HABET LIBEROS,] semper ^d pluratiuo numero profertur: sicut & pugillares & codicilli.

CXLIX. IDEM libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.

NAm quem sine liberis esse, dicere non possumus: hunc necesse est dicamus liberos habere.

Quante

Quanto minus.

CL. IDEM libro nono^a ad legem
Iuliam & Papiam.

^alib. octauo.

Slita à testipulatus fuero, QUANTO MI-
NVS A TITIO CONSECVTVS FVERO,
TANTVM DARE SPONDES? non solet
dubitari, quin si nihil à Titio fuero consecu-
tus, totum debeas quod Titius debuerit.

Delata hereditas.

CLI. TARENTIVS CLEMENS libro quinto
ad legem Iuliam & Papiam.

Delata hereditas intelligitur, quam quis
possit adeundo consequi.

Homo.

CLII. CAIVS libro decimo ad legem
Iuliam & Papiam.

Hominis^b appellatione tam feminam,
quàm masculum contineri, non dubi-
tatur.

^b Fortè ex l.
13. de suis &
legit. her.

De eo, qui est in utero.

CLIII. TARENTIVS CLEMENS libro
vndecimo^c ad legem Iuliam
& Papiam.

^c libro duo-
decimo.

Intelligendus est mortis tempore fuisse,
qui in utero relictus est.

Mille passus.

CLIIII. MACER libro primo ad le-
gem vicensimam.

Mille passus non à miliario^d vrbis, sed^d muro.
à continentibus ædificiis munerandi
sunt.

Proximus.

CLV. LICINIUS RVFINVS libro
 *libro sexto. septimo^a Regularum.

Proximi appellatione etiam ille continetur, qui solus est.

Maior pars anni.

CLVI. IDEM libro decimo Regularum.

Maiore parte anni possedisse quis intelligitur, etiam si duobus mensibus possederit: si modò aduersarius eius aut paucioribus [diebus] aut nullis possederit.

Paries. Via.

CLVII. ÆLIUS GALLVS libro primo de verborum quæ ad ius pertinent significatione.

Paries est, siue murus siue maceria est.
 I ¶ Item via est, siue semita, siue iter est.

De numero unitatis & multitudinis.

^b lib. tricessimo quinto.

CLVIII. CELSYS libro vicentesimo^b quinto Digestorum.

^c cauere.

IN vsu iuris frequenter vti nos Cascellius ait singulari appellatione, cùm plura generis eiusdem significare vellemus: nam multum hominem venisse Romam, & piscem vilem esse dicimus. Item in stipulando satis habemus de herede^c cauere, *si ea res secundum me heredemve meum iudicata erit.* & rursus, *quod ob eã rem te heredemve tuum,* nempe æquè si plures heredes sint, cõtinentur stipulatione.

Æs.

Æs.

CLIX. **ULPIANVS** libro primo ad
Sabinum.

ETiam aureos nummos æs dicimus^a.

Ceteri. Reliqui.

CLX. **IDEM** libro secundo ad
Sabinum.

CEterorum^b & reliquorum appellatio-
ne etiam omnes continentur, vt Mar-
cellus dixit^c circa eum, cui optio serui legata
est, ceteri Sempronio, nam temptat, si non
optet, omnes ad Sempronium pertinere.

Pupillus.

CLXI. **IDEM** libro septimo ad
Sabinum.

Non est pupillus, qui in utero^d est.

Supremus. Proximus. i. Accidere.

CLXII. **POMPONIVS** libro secundo
ad Sabinum.

IN vulgari substitutione, qua ei, qui su-
premus morietur, heres substituitur, re-
ctè substitutus etiam vnico intelligitur: e-
xemplo duodecim tabularum, ex quib. pro-
ximus agnatus & solus habetur. i. ¶ Siquis
ita in testamento scripserit, *Si quid filio meo
acciderit, Damas meus seruus liber esto*: mor-
tuo filio Damas liber erit. licèt enim acci-
dant^e & viuis, sed^f vulgi sermone etiam mors
significatur.

^a Seneca de
Benefic. lib.
5. Æs alienū
habere dicitur
& qui
aureos de-
bet, & qui
corium for-
ma publica
percutsum:
quale apud
Lacedamo-
nios fuit,
&c.

^b Cōiunge. l.
1. de option.
leg.

^c Marcellus
ait.

^d Sed viscera
matris
quodā por-
tio est. Vide-
tur hic Vlp.
lata signifi-
catione pu-
pillum acci-
pere pro quo
cunque in-
fante.

^e accidat. ab.
aliqua acci-
dant.

^f sed tamen
vulgi.

*Optimus maximusq³. Supremus. 1 Puer.
Puerpera. Παιδίον.*

CLXIII. PAVLVS libro secundo ad
Sabinum.

Illa verba, OPTIMVS MAXIMVSQVE,
vel in eum cadere possunt, qui solus est.
sic & circa edictum prætoris supremæ tabu-
læ habentur & solæ. 1 ¶ Pueri appellatione
etiã puella significatur. nam & feminas pu-
erperas appellant recentes ex partu, & Græ-
cè Παιδίον^a communiter appellatur^b

*Filia. Posthuma. 1 Partitio. 2 Ha-
bere. Peruenire.*

CLXIII. VLPIANVS libro quinto-
decimo ad Sabinum^c.

Nomen^d filiarum & in posthumam ca-
dere, quæstionis non est. quamuis po-
sthumæ non^e cadere in eam, quæ iam in re-
bus humanis sit, certum sit. 1 ¶ Partitionis^f
nomen semper dimidium significat, sed pro-
ut est adiectum. potest enim iuberi^g aliquis
& maximam^h partiri posse. & vicensimam,
& tertiam, & prout libuerit. sed si non fuerit
portio adiecta, dimidia pars debetur.
2 ¶ Habere, sicut peruenire, cum effectu ac-
cipiendum est.

Venisse ad heredem.

CLXV. POMPONIVS libro quinto
[ad Sabinum.]

Venisse^k ad heredem nihil intelligitur ni-
si deducto ære alieno.

^a Παιδίας, al.
Παιδίας.

^b appellant,
al. appellit.

^c Senatuscō-
sultorum.

^d Cōiunge. l.
5. de testam.

^e Inst. l. 25. de
legat. 1. l. 5.

^f de ope. liber.
l. 3. de assig.
libert.

^g non bene
cadere.

^h Portionis.

*De hac autē
partitione*

vide. §. sed

*quia, de fi-
deicommiss.*

hered. inst.

ⁱ iubere.

^h partē par-
tiri.

ⁱ libro deci-
mo sexto.

^k Peruenisse.

Urbana, vel rustica familia. 1 Pernoctare.

CLXVI. IDEM libro sexto ad
Sabinum.

VRbana^a familia, & rustica non loco, sed genere distinguitur. potest enim aliquis dispensator non esse seruorum urbanorum numero veluti is, qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibique habitet, nō multū^b abest à vilico. Insularius^c autem urbanorum numero est. videndum tamen est, ipse dominus, quorum loco, quemque habuerit: quod ex numero^d familiae, & vicariis apparebit. **1** Pernoctare extra urbem intelligendus est, qui nulla parte noctis in vrbe est, **PER** enim totam noctem significat.

Carbo. Lignum. Titio. Lignum coctum. Sulphuratum. Ad faces paratum.

CLXVII. ULPIANVS libro vicensimo
quinto ad Sabinum.

Carbonum^e appellatione^f materiam non contineri. sed an lignorum: & fortassis quis dicet, nec lignorum: non enim lignorum gratia habuit. Sed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, vtrū ligno, an carboni, an suo generi adnumerabimus? & magis est, vt proprium genus habeatur^b. sulphurata^c quoque de ligno æque eandem

^a Cuiacius monuit ad titul. de seruit. Instir. hanc. l. esse conferendam cū l. seruit. Urbanis. 99. de leg. 3. & legendū esse vbiq; , pro ibiq; : & vicariis, pro vicariis. ^b Male quibusdam, tamen multū abest.

^c Insularius seruus insularit. separata domus custos, Pōp. l. 16. §. 1. de usu & habitat.

^d Numerus ordinē etiā significat: Serui ordinarij quibus dominus peculū concessit, negociarij sunt. l. si

seruus. π. de pecul. Vicarij sunt qui ordinarij vices gerebant, quasiq; substitutores. ^e Materiarei appellatione qua ex ea conficitur non venit. ^f Extitul. de pænulegata: nam hic erratū est. ^g ait Otilius materiam. ^h habeant. ⁱ sulphurata.

^a Alciat. lib.
2. Prater-
miss.

habebunt definitionem. ad faces quoq; parata non erunt lignorum appellatione comprehensa, nisi hæc fuit voluntas. idem^a & de nucleis oliuarum, sed & de balanis est, vel si qui alij nuclei. de pinu autem integri strobili ligni appellatione continebuntur.

Depalis & perticis.

CLXVIII. PAVLVVS libro quarto ad Sabinum.

^b Ex. l. 50. de leg. 3.

PAli^b & perticæ in numerum materiæ redigendi sunt: & ideo lignorum appellatione non continentur.

Optimus maximusque.

CLXIX. IDEM libro quinto ad Sabinum^c.

^c ad Senatusconsultum.

^d Cõiunge. l.

in tradendis.

cum præ. l. si

aqua du-

ctus. de con-

trah. empr. l.

si tibi libe-

rum. de a-

ctio. empr.

^e libro trice-

fimo ad Sen-

atusconsultum.

NON^d tantum in traditionibus, sed & in emptionibus, & stipulationibus & testamentis adiectio hæc, *vti optimus maximusque est*, hoc significat: vt liberum præsteretur prædium, nõ vt etiam seruitutes ei debeantur.

Heres.

CLXX. VLPPIANVS libro tricenisimo^e tertio ad Sabinum.

Heredis appellatione omnes significari successores credendum est, et si verbis non sint expressi.

Pervenisse.

CLXXI. POMPONIVS libro sextodecimo ad Sabinum.

Perue-

Peruenisse ad te rectè dicitur, quod per te ^aprouenerit. ad alium peruenerit ^a. vt in hereditate à ^b Cōiunge. l. liberto per patronum filium ^b familias patri 3. de legit. eius adoptiuo acquisita responsum est. hered.

Libertus.

CLXXII. VLP IANVS libro trigesimo octauo ad Sabinum.

Liberti appellatione etiam libertam contineri placuit.

Collega. Abesse.

CLXXIII. IDEM libro trigesimo ^c [nono] ad Sabinum.

Collegarum ^d appellatione hi continentur, qui sunt eiusdè potestatis. **I** **¶** Qui extra continentia vrbis est, abest. ceterum vsque ad continentia, non abesse videbitur.

Furem non esse. Furto noxaq³ solutam esse.

CLXXIII. IDEM libro quadragesimo [secundo ad Sabinum.]

Aliud ^e est promittere furem non esse, aliud furto noxaque solutum. qui enim dicit furem non esse, de hominis ^f proposito loquitur. qui furtis noxaque solutum, nemini esse furti obligatum promittit.

Facere.

CLXXV. POMPONIVS libro vicesimo secundo ^g [ad Sabinum.]

Faciendi verbo, reddendi etià caussa continetur.

^a Cōiunge. l. 3. de legit. hered. ^c libro tricesimo octauo.

^d Collegæ, ait Varro. l. 5. dicuntur qui vnà lecti sunt.

^e Quin & coheredes collega dicuntur. l. 101. π. de solut. ^f qui eadè legatione funguntur l. 2. C. de leg. lib. 10.

^g Cōiunge. l. nō impossibile de patris. cū aliis.

^h Id est de hominis moribus, & ideo hoc prestare debet quod nunquam furtū commiserit. leg. quod si nolit §. 1. π. de Ædil. ed.

ⁱ libro vicesimo.

Solutio.

CLXXVI. ULPIANVS libro quadragenfimo quinto ad Sabinum.

Solutionis verbo, fatisfactionem quoque omnem accipiendam placet. foluere dicimus eum, qui fecit quod facere promilit.

^a Alcist. lib.

². Praterm.

^b Coniunge

cap. 65 de
reg. iur.

^c Quidam

antiqui co-

dices hic 20-

είτην habēt

qua pro qua

cunq; frau-

de videtur

posse accipi,

alij σόφι-

σμα.

^d libro qua-

dragesimo

octauo.

^e Coniunge

l. 2. de hered.

vend.

^f De hac di-

ftione vide

Alexan. ab

Alexan lib.

4 cap 15.

^g verum etiā.

^h quæque.

ⁱ ambigat.

^k Actiones.

Canillatio. Σωείτης.

CLXXVII. IDEM libro quadragenfimo feptimo ad Sabinum.

Natura^a caBillationis^b, quam Græci σωείτην^c appellauerunt, hæc est, vt ab euidenter veris per breuiffimas mutationes difputatio ad ea, quæ euidenter falfa funt, perducatur.

Pecunia. 1 Hereditas. 2 Actio. Pe-
titio. Persecutio. 3 Debit.

CLXXVIII. IDEM libro quadragenfimo nono^d ad Sabinum.

PECUNIÆ^e, verbum^f non folùm numeratam pecuniam complectitur: verum^g omnem omnino pecuniã, hoc est omnia corpora. nam corpora quoque^b pecuniæ appellatione contineri, nemo est qui ambigetⁱ.

1 ¶ Hereditas iuris nomen est, quod & acceffionem & deceffionem in fe recipit. hereditas autem vel maximè fructibus auge-
tur. 2 ¶ Actionis^k, verbum & fpeciale est & generale: nam omnis actio dicitur, fiue in
personam, fiue in rem fit petitio. fed plerun-
que actiones personales folemus dicere, peti-
tionis

tionis autem verbo, in rem actionis significari videntur. persecutionis^a verbo extraordinarias persecutiones puto contineri: ut puta fideicommissorum, & si quæ aliæ sunt, quæ non habent iuris ordinarij executionem.

3 ¶ Hoc verbum, DEBIT, omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, siue civilis, siue honoraria, siue fideicommissi^b fuit persecutio.

^apersecutionis autem.

^bfideicommissaria.

Quantierit. Quanti esse pareat.

CLXXIX. IDEM libro quinquagesimo primo ad Sabinum^c

^cad Edictū.

INter^d hæc verba, *quanti ea res erit, vel quanti eam rem esse pareat*, nihil interest: in utraque enim clausula placet veram rei æstimationem fieri.

^dEx l. i. de in lit. iur.

Tugurium. Toga.

CLXXX. POMPONIVS libro trigentesimo ad Sabinum.

Tugurij appellatione omne ædificium, quod rusticæ^e magis custodiæ^f conuenit, quàm^g urbanis ædibus, significatur.

^erusticæ rei
^fcustodiendæ.
^gquàm quod
^hlibro vigesimo nono.

1 ¶ Ofilius ait tugurium à tecto, tanquam regularium, esse dictum, ut toga, quòd ea tegamur.

Pertinere.

CLXXXI. IDEM libro trigentesimo^h [quinto ad Sabinum.]

ⁱPertinere
Vel iure domini
Vel iure possessionis,
Vel qui alia iure res dicitur.

VERbum illud PERTINEREⁱ, latissimè patet, nam & eis rebus petendis aptum

est, quæ dominij nostri sint: & eis, quasi iure aliquo possideamus, quamuis non sint nostri dominij. pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sint, sed esse possint.

Peculium. Bona.

CLXXXII. VLPPIANVS libro vicensimo septimo ad Edictum.

^a Rectè itaq;
in Lexico La
tinogræc. pe
culium defi
nitur, ΚΤῆ
ριστοῦ ἐν ἄλ
λοτριᾷ ἐξ
σία ὄντος,

τοῦτέστιν ἡ
ἐξ ἄλλου Β.Β.
Ἐξ ἰτουλ. de
instito. act.

Et seq. c.

ex quib. ta
bernæ ne
gotiatoriâ

Et caupona
riam Et pur
purariâ ha
bemus.

^c In Noric.

nèpe ex eo.

^d claudatur.

^e libro vige
simo octa
uo.

^f Vnde.

^g accipimus.

^h parata.

[Paterfamilias] liber peculium ^a non potest habere, quemadmodum nec seruus bona.

Taberna.

CLXXXIII. IDEM libro vicensimo octauo ad Edictum.

Tabernæ ^b appellatio declarat omne utile ad habitandam ædificium. non ^c ex eo, quòd tabulis cluditur ^d.

Tabernacula. Contubernales.

CLXXXIII. PAULVS libro trigensimo ^e sexto [ad Edictum.]

[N]des ^f tabernacula & contubernales dicti sunt.

Taberna instructa.

CLXXXV. VLPPIANVS libro vicensimo octauo ad Edictum.

[I]nstructam autem tabernam sic accipimus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem paratis ^h constat.

Commendare.

CLXXXVI. IDEM [libro trigensimo ad Edictum.]

Commen-

Commendare^a nihil aliud est, quàm deponere. ^a*Ex titul. de deposito.*

Exigere.

CLXXXVII. IDEM libro trigensimo secundo [ad Edictum.]

Verbum^b, *exacta pecunia*, non solum ad solutionem referendum est: verum etiam ad delegationem. ^b*Ex titul. de her. vend.*

Habere. 1 Cautum.

CLXXXVIII. PAVLVS libro trigensimo tertio ad Edictum. ^aIdem libro vicesimo tertio.

Habere^d, duobus modis dicitur: altero, iure dominij; altero obtinere sine interpellatione, id, quod quis emerit. 1 ¶ Cautum intelligitur, siue personis siue rebus cautum sit. ^d*Ex titul. de eviction.*

Facere oportere.

CLXXXIX. IDEM libro trigensimo quarto [ad Edictum.]

Facere^f oportere & hanc significationem habet, vt abstineat quis ab eo facto quod contra conuentionem fieret: & curaret ne fiat. ^f libro vicesimo quarto. ^g *Malè in nonnullis,* non oportere.

Prouinciales.

LXC. VLPIANVS libro trigensimo quarto ad Edictum. ^z libro vicesimo sexto.

Prouinciales eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium [habent:] non eos, qui ex prouincia oriundi sunt.

Diuortium. Repudium.

CXCI. PAVVS libro trigensimo
quinto [ad Edictum.]

^a *Extitul. de
diuort.*

INter^a diuortium & repudium hoc inter-
est, quòd repudiari etiam futurum matri-
monium potest: non rectè autem sponsa
diuortisse dicitur, quod^b diuortium ex eo di-
ctum est, quod in diuersas eunt, qui disce-
dunt.

^b quando.

Plurisve.

^c libro trige-
simo octa-
uo.

CXCII. VLP IANVS libro trigensimo^c
septimo ad Edictum.

^d *Extitul. de
fur. Coniun-
ge. l. cū fur-
ri. de in li-
tem iur.*

HÆc^d adiectio, PLVRISVE, non infini-
tam pecuniam continet sed modicam:
vt taxatio^e hæc SOLIDOS^f DECEM PLV-
RISVE ad minutulam^g summam referatur.

^e dumtaxat
adiectio hæc

Quantiparet esse.

CXCIII. IDEM libro trigensimo
octauo ad Edictum.

^f solidorum.

^g minusculã

^h lib. primo.

ⁱ *Extitul. de*

fur.

^k patet.

HÆcⁱ verba, QUANTI EAM REM PA-
RET & ESSE, non ad quod interest, sed
ad rei æstimationem referuntur.

Donum. Munus.

CXCIII. VLP IANVS libro quadra-
gensimo tertio ad Edictum.

Alciat. li. 3.

Disp. ca. 15.

INter^l donum & munus hoc interest quod
inter genus & speciem. nam genus esse do-
num Labeo à donando dictum, munus spe-
ciem. nam munus esse donum cum causa,
vt puta natalicium, nuptaliciu^m.

^m nupta rur.

ⁿ nuptiarũ.

^o nataliũ.

De sexu

De sexu masculino & feminino.

I Familia.

CXCV. IDEM libro quadragesimo
sexto ad Edictum.

PRONUNTIATIO^a sermonis in sexu masculino ad utrumque sexum plerumque porrigitur. I **FAMILIÆ** appellatio qualiter accipiatur, videamus. & quidem varie accepta est: nam & in res & in personas diducitur. in res, ut puta in lege duodecim tabularum his verbis, **ADGNATVS PROXIMVS FAMILIAM^b HABETO.** ad personas autem refertur familiæ significatio ita, cum de patrone & liberto loquitur lex: **EX EA FAMILIA^c,** inquit, **IN EAM FAMILIAM^d.** & hinc de singularib. personis legem loqui constat. 2 **Familiæ** appellatio refertur & ad corporis cuiusdam significationem, quod aut iure proprio ipsorum, aut communi vniuersæ cognationis continetur. Iure proprio familiam dicimus, plures personas quæ sunt sub vnius potestate, aut natura, aut iure subiectæ, ut puta patrē familias, matrem familias, filium familias, filiam familias, qui que deinceps vicem eorum sequuntur, ut puta nepotes, & neptes, & deinceps. pater autem familiam turba, qui vetustissimus huius vocis significatus est. antiqui n. Famul. seruum & de familiaris à quo familia. 5. nec ad ius proprium, nec ad commune, neq. ad seruos refertur. sed ad originem & memoriam ut quæ dicimus, hic est ex Iulia familia, id est, originem à Iulio traxit. A. Alciat. ^e Familiæ & in ea familia.

^a Extit. & n. de legit.

^b Familia

quæ de per-

sonis intel-

ligitur quin

que modis

potest accipi

1. Et certas

personas pu-

ta libertum

contineat. 2.

Et corpus

quoddam, cu-

ius caput iu-

re proprio

membra sub-

iecta habet:

Et filiorum &

nepotum qui

in patris fa-

miliæ pote-

state sunt. 3.

corp^o in quo

nō præmi-

net alicuius

potestas, sed

communi om-

nes iure

utuntur, Et

agnati inter

se. 4. seruic^o.

lias appellatur, qui in domo dominium ha-
 bet. recteque hoc nomine appellatur, quam-
 uis filium non habeat. non enim solam per-
 sonam eius, sed & ius demonstramus. denique
 & pupillum patrem familias appellamus: &
 cum pater familias moritur, quotquot capi-
 ta ei subiecta fuerint, singulas familias inci-
 piunt habere. singuli enim patrum familia-
 rum nomen subeunt. idemque eueniet & in
 eo qui emancipatus est: nam & hic sui iuris
 effectus propriam familiam habet. Com-
 muni iure familiam dicimus omnium ad-
 gnatorum. nam etsi pater familias mortuo
 singuli singulas familias habent: tamen om-
 nes qui sub vnus potestate fuerunt, recte
 eiusdem familiae appellabuntur, qui ex ea-
 dem domo & gente prodi sunt. 3 ¶ Ser-
 uientium. ueritium quoque solemus appellare fami-
 lias, ut in edicto praetoris ostendimus sub ti-
 tulo de furtis, ubi praetor loquitur de familia
 publicanorum. sed ibi non omnes serui, sed
 corpus quoddam seruorum demonstratur
 huius rei causa paratum, hoc est vectigalis
 causa. alia autem parte edicti omnes serui
 continentur, ut de hominibus coactis, & vi
 bonorum raptorum. item redhibitoria, si
 deterior res reddatur emptoris opera, aut
 familiae eius. & interdicto unde vi familiae
 appellatio omnes seruos comprehendit. sed
 & filij continentur. 4 ¶ Item appellatur fa-
 milia plurium personarum quae ab eiusdem
 ultimi genitoris sanguine proficiscuntur.
 sicuti

ficuti dicimus familiam Iuliam, quasi à fonte ^a Caput. i. quodam memoriæ. mulier autem familiæ *principsum;* suæ & caput & finis est. *nam mulierum filij earum nomina nō seruant, sed patrum:*

CXCVI. GAIUS libro sextodecimo ad Edictum prouinciale.

FAMILIÆ ^b appellatione & ipse princeps familiæ continetur. ¹ ¶ Feminarum liberos in familia earum non esse, palàm est: quia qui nascuntur, patris [non matris] familiam sequuntur. *Unde in eis nulla origo familiae propagatur, sed cuius est: ingitur.*

Indicasse.

CXCVII. ULPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

INDICASSE ^c est detulisse, arguisse, accusasse ^d, & conuicisse. *Exist. Unde legit. Sic appellatio nemilitum, Imperator: appell. populi, Senatus cōtinebitur.*

Urbana prædia.

CXCVIII. IDEM libro secundo de omnibus tribunalibus.

URBANA prædia omnia ædificia accipimus, non solùm ea quæ sunt in oppidis, sed & si fortè stabula sunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis, vel ^e si ^f prætoria voluptati *plebs inst. de iur. nat. g. Exist. de Senatusc. Si laniano spe-*

cies est apud Accursium Al. legitur Indicasse reum. d Vulgo deest accusasse: & erratur in interpunctione. e & si. f Prætorium domus imperatoria est, quod quemcumq; militum imperatorem, antiqui prætorem dicebant, leg. officium, in fin. π. de re mil. hinc prætorij vox pro ornatiore domo accipi cæpit in qua paterfam. ruri habitat. Tripartitò enim Villa diuiditur. Prima, Urbana, quæ & prætorium dicitur Palladio, Tranq. & Iurisc. 2. Rustica, quam villici operaq; incolunt l. Videamus π. Locati. 3. Fruetuaria, in quam fructus deuehuntur; Unde & à Vehendo Villa dicta, Colum. A. Alc.

^a hortos. tantum deseruientia. quia urbanum praedium non locus facit, sed materia. proinde hortus^a quoque; si qui sunt in aedificiis constituti, dicendum sit urbanorum appellatione contineri. plane si plurimum horti in reditu sunt vinearum fortè, vel etiam olitorum, magis haec non sunt urbana.

Absens.

^b *Ex l. 6. de iur. Et cur.* CXCIX. IDEM libro octavo^b de omnibus tribunalibus.

^c in eo loco. ^d noxias. **A**bsentem^c accipere debemus eum qui non est^d eo loci, in quo loco petitur. non enim trans mare absentem desideramus. & si fortè extra continentia urbis sit, abest. ceterum usque ad continentia, non abesse videbitur, si non latitet. ¶ Abesse non videtur, qui ab hostibus captus est: sed qui a latronibus detinetur.

Noxa.

CC. IULIANVS libro secundo Digestorum.

^e libro. 31. **H**AEC stipulatio, NOXIS SOLVTVM PRÆSTARI? non existimatur ad eas noxas^e pertinere. quae publicam exercitio- nem, & coercionem capitalem habent.

Filius. Pater.

CCCI. IDEM libro octogesimo [primo] Digestorum.

Iusta interpretatione recipiendum est ut appellatione filij, sicuti filiam familias contineri

tineri sæpe respondebimus^a, ita & nepos vi-^a respondi-
deatur comprehendi: & patris nomine auus^a mus.
quoque demonstrari intelligatur.

De sumptu ex voluntate testatoris faciend.

CCII. ALFENVS VARVS libro secun-
do Digestorum.

CVM in testamento scriptum esset, vt he-
res^b in funere, aut in monumēto dum-^b heredes.
taxat aureos centum consumeret: non licet
minus consumere. si amplius vellet, licet: ne-
que ob eam rem contra testamentum face-
re videtur.

Domus. Usus suo.

CCIII. IDEM libro septimo^c Di-
gestorum.

IN^d lege censoria portus Siciliae ita scriptū
erat. *Servos quos domo^e quis ducet suo usū,*
pro his portorium ne dato. quærebatur, si quis
à Sicilia servos Romam mitteret fundi in-
struendi causa: vtrum pro his hominis^f por-
torium^g dare deberet, necne. respondit duas
esse in hac scriptura quæstiones: primam,
quid esset DOMVM ducere: alteram, quid es-
set SVO VSV ducere. Igitur quæri soleret^h,
vtrum vbi quisque habitaret, siue in provin-
cia, siue in Italia, an dumtaxat in sua cuius-
que patria domus esse rectè dicitur? sed de
ea re constitutum esse, eam domum vni-
cuique nostrum debere existimari, vbi quif-
que sedes & tabulas haberet, suarumque

^c lib. octavo.

^d Coniungo

lin. l. locati.

l. Casar. de

publica. &

vesti.

^e donum.

^f hominibus

al. omnibus

^g Portorium

vestigal est

quod pro his

mercib. qua

in portu

sunt, datur:

cuius exa-

ctor portitor

vocatur.

^h solere.

^a Cōiungel. rerum cōstitutionem fecisset. Quid ^e autem
 cum in te- esset vsv svo, magnam habuisse dubita-
 stamentum tionem. & magis placet ^b, quod victus ^c cui
 28. de auro causa paratum est, tantum contineri. Itemq;
 §. arg leg. de seruis eadem ratione quæri, qui eorum v-
^b placere. sus sui causa parati essent: vtrū dispensato-
^c sui. res, insularij, villici, atrienses, textores, ope-
 rarij quoque rustici, qui agrorum colendo-
 rum causa haberentur, ex quibus [agris] pa-
 terfamilias fructus caperet, quibus se tolera-
 ret: omnes denique seruos, quos quisque e-
 misset vt ipse haberet, [atque eis ad aliquam
 rem vteretur,] neque ideo emisset, vt vende-
 ret. Et sibi videri eos demum vsus sui causa
 patremfamilias habere, qui ad eius corpus
 tuendum, atque ipsius cultum præpositi de-
^d actores. stinatique essent. quo in genere iunctores ^d,
 cubicularij, coci, ministratores, atque alij qui
 ad eiusmodi vsum parati essent, numera-
 rentur.

Puer.

CCIII. PAVLVVS libro secundo Epi-
 tomatarum [Alfeni.]

^e appellatio- PVeri appellatio ^e tres significationes ha-
 nem. bet ^f: vnā cū omnes seruos pueros
^f habere. appellaremus: alteram, cū puerum cōtra-
^g dicimus. rio nomine puellæ diceremus: tertiam, cū
 ætatem puerilem demonstraremus.

Pomum.

CCV. IDEM libro quarto Epitoma-
 rum Alfeni.

Qui

Quia fundum^b vendidit, pomum rece-
pit. nuces, & ficos^c, & vbas dumtaxat duracinas, & purpureas, & quæ eius^d generis essent, quas nõ vini causa haberemus, quas Græci ΤΡΩΞΙΜΟΥΣ^e appellarent, recepta videri.

Vasa vinaria.

CCVI. IULIANVS libro sexto ex
Minicio.

Vinaria vasa propriè vasa torcularia esse placet: dolia autem & serias tamdiu in ea causa esse, quamdiu vinum haberent. cum sine vino esse desinerent, in eo numero non esse: quoniam ad alium usum transferri possent. veluti si frumentum in his addatur^f. eandem causam amphorarum esse: ut cum vinum habeant, tum in vasis vinariis: cum inanes sint, tum extra numerum vinariorum sint: quia aliud in his addi possit.

Mea. De mangonibus.

CCVII. AFRICANVS libro tertio^b
Quæstionum.

Mercisⁱ appellatione homines non contineri Mela ait: & ob eam rem mangones non mercatores, sed venaliciarios^k appellari ait, & rectè.

Bona.

CCVIII. IDEM libro quarto
Quæstionum.

^a Alciat. lib. 9. Par. ca. 2.
^b Cõiunge l. qui fũdum. de seruitut. rustic. prad.
^c ficus.
^d eiusdem.
^e id est, comestibiles.
^f al. τρωξιμῶς Al. lib. 2. Præterm.
^g ab datur. al. cõdatur.
^h abdi. al. condi.
ⁱ libro quarto.
^j Ex l. cum quis. de oblig. & act.
^k Qui à mercatorib. minutatim emunt & rursum vendunt, Venalitarij sunt: & mangones venales expositos ipsi emere præoccupant ut carius vendant. Sulgò reuenditores dicuntur.

^a Ex l.4. de
colla. bon.
iuncta l.2. §.1.

Bonorum ^a appellatio, sicut hereditatis, vniuersitatem quandam ac ius successio- nis & non singulares RES demonstrat.

Coram.

CCIX. FLORENTINVS libro decimo
Institutionum.

^bCoram. E-
picharmus
aiebat men-
tem eã esse
qua videat,
non autem
oculos: qui
igitur ani-
mo non ad-
est, abesse vi-
detur. Vnde
notarius si
simpliciter
scribat rem
coram illo
& illo gestã,
nisi intelle-
xerint, puni-
ri potest Bal.
l.1. C. deerc.
Cal.

^c Coniunge
l.65. de le-
gat. 3.
^d libro se-
ptimo.

Coram ^b Titio aliquid facere iussus, non videtur præsentem eo fecisse, nisi is intel- ligat. itaque si furiosus, aut infans sit, aut dor- miat, non videtur coram eo fecisse. Scire au- tem, non etiam velle is debet: nam & inuito eo rectè fit quod iussum est.

Urbanum mancipium.

CCX. MARCIANVS libro septimo
Institutionum.

IS ^c qui natus est ex mancipiis vrbis, & missus est in villam nutriendus, in vrbis feruis constituetur.

Fundus. Aedes. Villa. Area. Ager.

CCXI. FLORENTINVS libro octauo ^d
Institutionum.

FVndi appellatione omne ædificium & om- nis ager continetur. sed in vsu vrbana ædificia, aedes: rustica, villæ dicuntur. Locus verò sine ædificio, in vrbe area: rure autem, ager appellatur: idémque ager cum ædificio, fundus dicitur.

Prenaricatores.

CCXII. VLPPIANVS libro primo de
Adulteriis.

Præua.

PRÆuaticatores ^a eos appellamus, qui ^bcausam aduersariis suis donant, & ex parte actoris in partem rei cōcedunt. à varican- do enim præuaticatores dicti sunt.

Cedere diem. Venire diem. 1 Æs alienum vel suum. 2 Lata culpa.

CCXIII. IDEM libro primo Regularum.

CEDERE ^b diem significat incipere deberi pecuniam. VENIRE diem significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Vbi purè quis stipulatus fuerit, & cessit, & venit dies: vbi in diem, cessit dies, sed nondū venit: vbi sub conditione, neque cessit neque venit dies pendente adhuc conditione.

1 **Æs alienum** est, quod nos aliis debemus. **Æs suum** ^c est, quod alij nobis debent. **2** **Lata culpa** est nimia negligentia: id est non intelligere quod omnes ^d intelligunt.

Munus. Donum.

CCXIII. MARCIANVS libro primo Publicorum iudiciorum.

MVNUS ^e propriè est, quod necessariè obimus, lege, more, imperiove eius

1. 7. de iure delib. Venit dies quando **Æ** obligatio **Æ** actio verè **Æ** efficaciter orta est. ^c Rectius scriptum fuisset, æs nostrū, nisi ea verba ex aliqua lege desumpta credamus quàm hic iurisc. interpretatur: **Et ἀποφαινωσιν sic apposita sint, vel (Et Accurs. solet loqui) materialiter.** ^d In eo igitur quod soli excellentes intelligunt, erit leuis culpa: **vide mox. l. 223. eod. titul.** ^e Agitur de duplici muneris significatione: **1. oneris officijq;** quod necessario subimus **2. largitionum qua ex causa aliqua non tamen necessaria sunt.**

^aVarices nomine Venule sunt in cruribus qua propter atrabilem turgescunt. Græci Ictias vel cirfos vocant: qui eo morbo laborant, recte ire nequeunt.

^bCedit dies, quū incipit ea dies efficaciter adius alicuius accedere, licet suspendatur actionis exercitium & pro modico tempore humanitatis causa in dulto, & fin. Instit. de inutil. stip. aut arbitrariu iudicis. l.

^a iure.

^b officio.

^c Latius ac-

cepit nomē

muneris, &

dona cōpie-

Etatur &

munera,

quibus in ci-

uitate mori-

bis, aut le-

gibus, aut

magistra-

tus imperio

ciues fungū-

tur. Angu-

stius autem

accipitur in

l. inter do-

num. 104.

suprà. e.

Quod autē

attinet ad

verbal. Cin-

cia, censeo

munus &

donum ita

esse accipiē-

da & acci-

piuntur d. l.

inter: ut do-

num genera-

le sit, mu-

nus & rōspe-

cies, cum quod officij causa datur, quale patronorum fuerit.

Turneb. in locos Cic.

^d Quinque potestatis significaciones hic

enumerantur. ^e Exlege. ^f Gell. lib. 14. noct. Attic. cap. & l.

& lib. 17. cap. 7.

qui iubendi habet potestatem. Dona autem propriè sunt, quæ nulla necessitate iuris^a, officij,^b sed sponte præstantur, quæ si non præstentur, nulla reprehensio est. & si præstentur, plerunq; laus inest. sed in summa in hoc ventum est, ut non quodcunque munus, id & donum accipiatur. at quod donum fuerit, id munus^c rectè dicatur.

Potestas.

CCXV. PAVLVS libro singulari ad legem Fufiam Caniniam.

Potestatis verbo plura significantur. in persona magistratum, imperiū. in persona liberorum, patria potestas. in persona serui, dominium. at cum agimus de noxę deditioe cum eo qui seruum non defendit, præsentis corporis copiam facultatemq; significamus. In^d lege^e Atinia in potestatem domini rem furtiuam venisse videri, & si eius vindicandæ potestatem habuerit, Sabinus & Cassius aiunt.

Vinctus. Vincula.

CCXVI. VLPPIANVS libro primo ad legem Æliam Sentiam.

Verum est eum qui in carcere clusus est, non videri neque vinctum neq; in vin-

culis, cum quod officij causa datur, quale patronorum fuerit.

Turneb. in locos Cic. ^d Quinque potestatis significaciones hic

enumerantur. ^e Exlege. ^f Gell. lib. 14. noct. Attic. cap. & l.

& lib. 17. cap. 7.

culus

culis esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita.

Cum. Postquam. 1 In diebus.

CCXVII. IAVOLENVS libro primo ex Posterioribus
Labeonis.

INter illam conditionem, *Cum* fieri potuerit, & *Postquam* fieri potuerit, multum interest. [nam] posteriorem scripturam verbiorem esse constat: at *cum* fieri potuerit, artior: & id tantummodo tempus significari^a, quo primum fieri possit. 1 Item ita data^b conditione, *Illud facito in diebus*, si nihil præterea fuisset adiectum: in biduo^c conditionem impleri oportet.

Facere.

CCXVIII. PAPINIANVS libro vicenimo^d [septimo] Quaestionum.

Verbum FACERE omnem omnino faciendi causam complectitur dandi^e, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi^f.

De voluntate & verbis. Heres.

CCXIX. IDEM libro secundo Responsorum.

IN conuentionibus contrahentium voluntatem potius quam verba spectari pla-

^a significare.
^b datam conditionem.

^c Nam pluralis elocutio duorum numero contenta est, l. libertas. §. fin. x. de man. test.

^d libro 7.

^e donandi.
^f *Iter facere dicitur qui ambulat: & inde & stipulatio. Iter fieri. l. i. x. de his qui de. ec.*

Quaratione Vectigales agri cuius tatum locari solerent, docet Alciatus dispunct. lib. 3. cap. 10. ex Hyginio.

Sed & quibus casibus appellatio heredis ad singulares successores pertineat, vide eundem in l. heredis. sup. hoc. tit.

^b Coniunge leg. si dotali. solut. mat.

Nomen liberorum quum sit collectiuum plurium graduum, qui fratrem & eius liberos instituit, ordine successu suo vocasse videbitur: quod non est receptum si filios dixisset. l. Gallus. §. 1. π. de lib. & posth.

^c liberorum. ^d dicunt. ^e in cognitione. al. cognationum. ^f singularum. ^g nepotis pronepotis. ^h aliter se habeat.

cuit. Cum igitur ea lege fundum vectigalem ^a municipes locauerint, vt ad heredem eius qui suscepit, pertineret ius heredum ad legatarium quoque transferri potuit.

Liberi. Filij.

CCXX. CALLISTRATVS libro secundo Quaestionum.

Libertorum ^b appellatione nepotes, & pronepotes, ceteriq; qui ex his descendunt, continentur. hos enim omnes suorum ^c appellatione lex duodecim tabularum comprehendit. totiens enim leges necessarium ducunt ^d cognationem ^e singulorum ^f nominibus vti, veluti FILII, NEPOTES ^g, PRONEPOTES, ceterorumque qui ex his descendunt, quotiens non omnibus qui post eos sunt, praestitum voluerint: sed solis his succurrent, quos nominatim enumerent. At vbi non personis certis, non quibusdam gradibus praestatur, sed omnibus qui ex eodem genere orti sunt: liberorum appellatione comprehenduntur.

I Sed & Papius Fronto libro tertio respondentium ait, praedio cum vilico & contubernali eius & filiis legato, nepotem quoque ex filiis contineri: nisi voluntas testatoris aliter ^h habeat, filij enim appellatione saepe & nepotes accipi, multifariam placere.

2 ¶ Diuus quoque Marcus rescripsit, non videri sine liberis defunctum, qui nepotem suum heredem reliquit. 3 ¶ Præter hæc omnia natura nos quoq; docet parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt: filiorum appellatione omnes qui ex nobis descendunt, contineri. nec enim dulciore nomine possumus nepotes nostros, quam filij, appellare. etenim idcirco filios filiasve concepimus, atque edimus, vt ex prole eorum earumve diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.

Falsus tutor. Falsum testamentum.

Modius iniquus.

CCXXI. PAVLVS libro decimo

Responsorum.

PAulus respondit, falsum tutorem^a eum verè dici, qui tutor non est, siue habenti tutor datus est, siue non: sicut falsum testamentum, quod testamentum nō est: & modius iniquus, qui modius non est.

Pecunia.

CCXXII. HERMOGENIANVS libro

secundo Iuris epitomarum.

PEcuniæ^b nomine non solùm numerata pecunia: sed omnes res tam soli quàm mobiles, & tam corpora quàm iura continentur.

Lata culpa. I Amicus.

CCXXIII. PAVLVS libro secundo Sententiarum.

^a *Argumentum hinc potest accipi, tutorem inutiliter datū proprie tutorem non dici. l. 3. de test. tut. sic Et testamentum nullum, non est proprie testamentū leg. 2. §. 1. π. quemadmodum test. a. pe. A. A.*

^b *Augustinus in lib. de doct. Christ. Totum, inquit, quod homines in terra habent quorumque domini sunt pecunia dicitur, quia antiqui quod habebant in pecoribus habebant, quest. 3. cap. totum.*

^a *Amicitia prima non hic describitur, quam Græci expli- cant σφιλτα ἢ δῖο, φιλία δὲ μίκα,* sed ea qua honesta con-
L Atæ culpæ finis est, non intelligere id quod omnes intelligunt. ¶ *Amicos*^a appellare debemus, non leui notitia coniunctos: sed quibus fuerint iura cum patrefamilias, honestis familiaritatis quæ sita rationibus.

Vincula. Custodia.

CCXXIII. VENVLEIVS libro septimo^b Stipulationum.

V Inculorum^c appellatione vel priuata vel publica vincula significat^d. custodia^e verò, tantum publicam custodiam.

Fugitiuus. Erro. De affectu animi & actu delinquendi.

CCXXV. TRAPHONIVS libro primo Disputationum.

F Vgitiuus^e est: nō is qui solūm consilium fugiendi à domino suscepit. licet id se facturum iactauerit: sed qui ipso^f facto fugæ initium mente & deduxerit. nam & furem, adulterum, aleatorem, quanquam aliqua significatione ex animi propositione cuiusq; sola quis dicere posset, vt etiam^h is qui nō quam alienam rem inuito domino subtraxerit, nunquam alienam matremfamilias corruperit. si modò eius mentis sit, vt occasione data id commisiturus sit: tamen oportereⁱ eadem hæc crimina adsumpto actu in-

^c *Quicumq; vincit^o est, in vinculis esse dicitur, siue publicè à magistratu, siue priuatim & seruus à domino.*
^d significatur. *al. significari.* ^e *Ex titul. de fugit.* ^f *in ipsum factum.* ^g *mentis.* ^h *etiam hunc.* ⁱ *oportet.*

telligi,

telligi, & ideo fugitium quoque, & erro-
nem non secundum propositionem solam,
sed cum aliquo actu^a intelligi constat. • facto.

Culpa. Dolus.

CCXXVI. PAVLVS libro primo
Manualium.

Magna negligētia culpa est. magna cul-
pa dolus est.

Heres.

CCXXVII. IDEM libro secundo
Manualium.

EX illa parte edicti, *Tum^b quem ei here-*
dem esse oportet, heredis heredibus bo-
norum possessio non defertur. I *Item in*
substitutione in his verbis *QVISQVIS MI-*
HI HERES ERIT, proximus heres tantum
significatur. imò non tantum proximus he-
res: sed etiam scriptus.

^b Malè non-
nulli cum
quem hic le-
gunt.

Municipes.

CCXXVIII. IDEM libro singulari de
Cognitionibus.

Municipes intelligendi sunt & qui in eo-
dem municipio nati sunt.

Transacta. Finita.

CCXXIX. IDEM libro singulari de Ta-
citis fideicommissis.

Transacta finitaue intelligere debemus
non solum^c quibus controuersia fuit, • de quibus.
sed etiam quæ sine controuersia sint pos-
sessa.

CCXXX. IDEM libro singulari ad Senatusconsultum Orficianum.

^a Ex l. l. §
6. ad Tertul.

VT^a sunt iudicio terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita.

De eo qui est in utero.

CCXXXI. IDEM libro singulari ad Senatusconsultum Tertyllianum.

^b Coniunge
l. equissimū
ad Tertull.

^c natus sit.

QUod^b dicimus eum qui nasci speratur, pro superstitite esse, tūc verum est, cūm de ipsius iure quæritur. aliis autem non prodest nisi natus^c.

Pluris aureorum triginta.

CCXXXII. GAIVS libro primo de Verborum obligationibus.

^d Ex l. si à
110. de fidei-
commiss.

HÆc^d enuntiatio, *Quæ sunt pluris aureorum triginta*, simul & quantitatis & æstimationis significatiua est.

Calui. Calumniator. Cauillatio. 1 De tertio die post Kal. Ian. 2 Telum.

Βέλος, πῶζευμα.

CCXXXIII. IDEM libro primo ad legem duodecim tabularum.

^e Calumnietur. al. cauilletur. Re-
etior est
Flor. id est,
frustratur.
^f qui per.

SI CALVITVR^e ET MORETVR, ET FRVSTRETVR. inde & calumniatores appellati sunt, quia^f per fraudem & frustrationem alios vexarent litibus. inde & caBilatio dicta est. 1 ¶ Post Kalendas Ianuarias die tertio pro salute principis vota suscipiuntur. 2 ¶ Telum vOlgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur. sed nunc omne signifi-

significatur, quod mittitur manu. Ita sequitur, ut & lapis & lignum & ferrum hoc nomine contineatur. dictumque ab eo quod in longinquum mittitur. Græca voce [figuratum^a,] ἀπὸ τῆς πλῆ^b. & hanc significationem inuenire possumus & in Græco nomine: nã quod nos telum appellamus, illi ΒΕ' ΛΟ Σ appellant. eoque nomine vOlgo quidem id significatur, quod ab arcu mittitur: sed non minùs omne significatur, quod [cum] mittitur manu, [ἀπὸ τῆς βάλλεσθαι. Admonet nos Ξενοφῶν, nam ita scribit, καὶ τὰ βέλη ὁμοσε ἐφέρετο, λόγχοι, πῆξυματα, σφενδόναι, πλείστοι δὲ καὶ λίθοι]^d & id quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine ΤΟ' Ε' ΕΥ ΜΑ vocatur: apud nos autem communi nomine^e telum appellatur.

Hostes. Perduelles. 1 Locuples.

2 Viuere.

CCXXXIII. IDEM libro secundo ad legem duodecim tabularum.

QVos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes cum quibus bellum esset. 1 ¶ Locuples est, qui satis idoneè habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit. 2 ¶ Verbum viuere quidam putant ad cibum pertinere, sed Ofilius ad Atticum ait, his verbis & vestimenta & stramenta & contineri. sine his enim viuere neminem posse.

^a Alc. lib. 2.

Præterm.

^b τηλόθειν.

^c τῆς. Et tela simul ferebantur, hastæ, sagittæ, fundæ, tum plurimi lapides.

^d ut ἐκόντω, & id

^e & telum.

^f Locupletè, antiquè locorū, id est, agrorū plenū appellabant. Eū hic intelligimus qui satis idoneè habet, in rebus tamen immobilibus, pro magnitudine rei, in qua fideiussor adhibetur. A. Hoc nomine significatur omne quod solo in sternitur causa quiescendi, ut storea phormiones, paleæ & mattæ. A.

Ferri. Portari. Agi. 1 Fabri tignarij.

CCXXXV. IDEM libro tertio ad legem duodecim tabularum.

^a Videtur in specie Faber accipi, pro lignario seu materiario tantum, qualem Græci τέκτονα vocant: cuius Vocis meminit Papin. l.

penult. 4. π. de Via pub.

4. dum licitum esse re-

cton tradit,

trochos, id est,

rotas extra erga

sterium proponere.

^b tignarios.

^c ligna.

^d Vox hæc media est

unde Virgil. malum virus

dixit, ut ostēderet esse

quoque ali-

quod virus quod malum non sit. Ver-

sus Homeri hic citatus

est Odyss. 4.

et alibi dixit

Ferri propriè dicimus, quæ quis suo corpore Vai Olat. portari ea quæ quis iumento secum ducit. agi ea quæ animalia sunt.

I Fabros ^a lignarios ^b dicimus nõ eos duntaxat qui tigna ^c dolarent: sed omnes qui ædificarent.

Venenum. Φάρμακον. 1 Glans. Α'κρόδρυα.

CCXXXVI. IDEM libro quarto ad legem duodecim tabularum.

Qui venenū ^d dicit, adicere debet vtrum malum, an bonum. nam & medicamenta venena sunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam eius cui adhibitum esset, mutat cum id quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον ^e dicunt. apud illos quoque tam medicamenta, quàm quæ nocent, hoc nomine cõtinentur, unde adiectione alterius nomine ^f distinctio fit. admonet nos summus apud eos poëtarum Homerus. nam sic ait:

Φάρμακα πολλά μὲ ἐσθλά μεμηγμένα, πολλά δὲ λυγρά.

Venena multa quidem bona mixta, multa autem noxia.

^e Alc. lib. 2. Præterm. ^f nominis. ^g disjunctionem fieri.

¶ Glandis

I ¶ Glandis appellatione omnis fructus continetur, vt Iauolenus ait exemplo Græci sermonis^a, apud quos omnes arborum species αἰκρόδρυα^b appellantur.

De duobus verbis negatiuis.

CCXXXVII. IDEM libro quinto ad legem duodecim tabularum.

D Vobis negati^c verbis quasi permittit lex magis quàm prohibuit, idque etiam Seruius animaduertit.

*Plebs. 1 Detestatum. 2 Pignus.
3 Noxia.*

CCXXXVIII. IDEM libro sexto ad legem duodecim tabularum.

P Lebs^d est cæteri ciues sine senatoribus.
I ¶ Detestatum^e est testatione denunciatum. **2** ¶ Pignus appellatum à pugno: quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. vnde etiã videri potest verum esse, quidam^f putant, pignus propriè rei mobilis constitui. **3** ¶ Noxiã^g appellatione omne delictum continetur.

*Pupillus. 1 Seruus. 2 Incola. Πάροικος.
5 Decuriones. 6 Vrbs. Urbare.
Vrbani. 7 Opidum. 8 Ter-
ritorium. 9 Suum.*

CCXXXIX. POMPONIVS libro singulari^b Enchiridij.

P Vpillus est, qui cùm impubes est, desit in patris potestate esse aut morte aut eman-

^a δρυὸς. apud

^b ἂπὸ τῆ

δρυὸς. I. ἂ

quercu: ἔν-

de codè sen-

su ἔ δρυ-

καρπα ο-

mnes arbo-

rei fructus

dicuntur.

^c negantibus

Vide Valli

elegat. lib. 3.

^d Tribus or-

dinibus cõ-

stabat Pop.

Rom. plebe,

equite ἔ se

natu.

^e Detestari

in iure est

cum testa-

tionem denun-

tiare. i. sen-

tentia sua

aliquè per

denuntia-

tionem ad-

monere:

quod ἔ pro

testari dici-

mus.

^f quòd quidã

^g Noxã.

^b libro sin-

gulari de ta-

citis Fidei-

commisiss.

- cipatione. 1 ¶ Seruorum appellatio ex eo fluxit, quòd Imperatores [nostri] captiuos vendere, ac per hoc seruare, nec occidere solent. 2 ¶ Incola ^a est, qui aliqua ^b regione domicilium suum contulit quem Græci *πῶροικον* ^c appellant. nec tantùm hi qui in oppido morantur, incolæ sunt: sed etiam qui cuius oppidi finibus ita agrum habent, vt in ^d eum se quasi in aliquam sedem recipiant. 3 ¶ Munus publicum est officium priuati hominis, ex quo commodum ad singulos, vniuersosque ciues, remque eorum imperio magistratus extraordinarium ^e peruenit. 4 ¶ Aduena, quem Græci *ἀποικον* ^f appellant. 5 ¶ Decuriones quidam dictos aiunt ex eo, quòd initio cùm colonia deducerentur, decima pars eorum qui ducerentur ^g, consilij publici gratia conscribi solita sit. 6 ¶ Vrbs ab vrbo appellata est. vrbare est aratro definire. & Varus ait, vrbum appellari curuaturam aratri, quod in vrbe condenda adhiberi solet. 7 ¶ Oppidum ab ope dicitur, quòd eius rei causa mœnia sint constituta. 8 ¶ Territorium est vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis. quod ab eo quidam dictum aiunt, quòd magistratus eius loci intra eos fines terrendi, id est summouendi ius habet ^h. 9 ¶ Verbum *suum* ambiguum est, vtrum de toto, an de parte significet: & ideo qui iuret suum non esse, adlcere debet, neque sibi communem esse.

^a Alc. lib. 2. Parerg. cap. 7.

^b in aliquam regionem.

^c Alc. lib. 2. Præterm.

^d intra eum.

^e Extraordinariò. al. extra ordinẽ.

^f *ἔνοικον*. Imposuit Alciat. qui lib. 2. Præterm. dixit in Flo. legi *ἀνοικον*, quasi sine domicilio.

^g deducerentur.

^h habent.

Soluto matrimonio.

CCXL. PAVLVS ex libris sex libro primo Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum.

CVM quærebat, an verbum *soluto matrimonio*^a *dotem reddi*: non tantum diuortium, sed & mortem contineret, hoc est an de hoc quoque casu contrahentes sentiant: & multi putabant hoc sensisse, & quibusdam aliis cōtrā videbatur: secundum hoc motus Imperator pronuntiauit, id actum eo pacto, vt nullo casu remaneret dos apud maritum.

Ruta casa.

CCXLI. QVINTVS MCVIVS
SCÆVOLA libro singulari
ΟΡΩΝ^b.

IN rutis cæsis ea sunt, quæ terra non tenentur, quæq; opere structili, tectoriove non continentur.

Pars nauis. 1 *Proiectū. Immissum.* 2 *Pars adificij.* 3 *Vidua. Vecors. Vefanus.* 4 *Pars adium.*

CCXLII. IAVOLENVS libro secundo ex posterioribus.

Malum nauis esse partem, artemonem autem non esse, Labeo ait^c. quia ple-ræque naues sine malo inutiles essent. ideòq; pars nauis habetur. artemo^d autem magis adiectamēto^e, quàm pars nauis est. 1 ¶ Inter proiectum & immissum hoc interesse ait Labeo, quòd proiectum esset id quod ita proue-

Hac Verba solut. matr. generaliter accipi ex materia subiecta poterunt, siue retro solutum sit, siue in futurum soluetur: respectu futuri, conditio est, non autem respectu presentis præteritidi. A.

A. ὁρῶν. i. notationū, & certa de re aliqua sententiarū. al. ὁρῶν. i. horarum: & etiam annalium. A.

c Labeo ait, & verius est. d artemon. e additamento.

- heretur, vt nusquã requiesceret: qualia maniana & suggrunda^a essent. immissum autẽ, quod ita fieret, vt aliquo loco requiesceret: veluti tigna, traves quæ inmitterentur.
- ^a suggrunde. ^b pro tegulis. 2 ¶ Plumbum quod^b regulis poneretur, ædificij esse ait Labeo. sed id quod hypethri^e regendi causa^d poneretur, contrã esse.
- ^c Bud. ad l. ex sylua. de usufruct. al. ^d ὑπεθριον. 3 ¶ Viduam non solùm eam quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoq; mulierem quæ virum nõ habuisset, appellari ait Labeo. quia vidua sic dicta est, quasi vecors, vesanus, qui sine corde aut sanitate esset. similiter viduã dictam esse sine duitate. 4 ¶ Straturam^e factam, loci alicuius ex tabulis factis, quæ æstate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium esse ait Labeo: quoniam perpetui vsus^h partion. empt. ratae essent. neque ad rem pertinere, quod^h vsus causa. interim tollerentur.

Libertus.

CCXLIII. SCÆVOLA libro octauo decimo Digestorum.

- ⁱ Cöinige l. alimenta. ^{de aliment. leg.} ^k acceptum esse. ^l peteretur. **S**Cæuolaⁱ respondit: Semper acceptum est, vt libertorum appellatione etiam hi cõtineri intelligantur, qui eodem testamento vel posteriore loco manumitterentur: nisi manifestè is, à quo peterentur^l, contra de-^l functi voluntatem doceret peti.

Pœna. Multa.

CCXLIIII. LABEO libro quarto pithanon^a à^m Paulo epitomatorum.

- ^m ex Pauli epistola.

Si qua

SI qua pœna est, multa est. si qua multa est, pœna est. Paulus: vtrumq; eorum falsum est. namque harum rerum dissimilitudo ex hoc quoque apparet, quòd de pœna prouocatio non est: simul atque enim victus quis est eius maleficij, cuius pœna est. statuta, statim ea debetur. At multæ prouocatio est: nec antè debetur, quàm aut nō est prouocatum, aut prouocator victus est. nec aliter quàm si is dixit, cui dicere liceret. Ex hoc quoque earum rerum dissimilitudo apparere poterit, quia pœnæ certæ singulorum peccatorum sunt: multæ contrà, quia eius iudicis potestas est, quantam dicat. * nisi cum lege est constitutum, quantam dicat. *

Pars adium.

CCXLV. POMPONIVS libro decimo
Epistolarum.

STatuæ adfixæ basibus structilibus, aut tabulæ relEgatæ catenis, aut erga parietem adfixæ, aut si similiter cohærent lychni^a, nō ^a lychnis. sunt adium: ornatus enim adium caussa parantur, non quo ædes perficiantur. Idem^b La- ^b Item. beo ait, prothyrum quod in ædibus [iterum ^c Interdum. qui] fieri solet adium est.

Exhibere. 1 Restituere.

CCXLVI. IDEM libro sextodecimo^d ^d lib. sexto.
Epistolarum. ^e Alc. lib. 2.

APud^e Labeonem^f pithanon ita scriptum ^f Præterm. libris Pi-
est: Exhibet, qui præstat eius de quo agi-
chanon.

tur præsentiam: nam etiam qui sistit, præstat eius de quo agitur præsentiam, nec tamen [eum] exhibet. [&] qui ^a mutum aut furiosum aut infantem exhibet, non ^b potest videri eius præstare præsentiam: ^c nemo enim ex eo genere præsens satis aptè appellari potest.

^a In aliis exemplarib. longè aliter hic interpretatur.

^b non enim potest.

^c cum nemo

¶ Restituit non tantum qui solum corpus, sed etiam qui omnem rem, conditionemq; reddita causa præstet. & tota restitutio iuris est interpretatio.

DECLARATIO PER MODUM DISPOSITIONIS *superioris tituli De Verborum Signific. ex M. Wesem. V. C. scriptis.*

ALCIATVS lib. I. quem de verb. signific. inscripsit, Verba, inquit, quatuor modis accipiuntur, ex Proprietate, Impropro, Vsu, & Interpretatione.

Proprietas. *Proprietas* Verborum non tantum ad nomen, sed ad vim significandi referenda est: quare & appellatio per metaphoram aliamve figuram sumpta, propria nobis erit, dummodo nihil significantius dici possit.

Improperitas. *Improperium* est quod non suo nomine dicitur: ut vendere pro locare, *Bart. in l. Co-tem. §. qui maximos. D. de Publi. dari pro tradere. l. 94. hoc titul.* Aut per fictionem dicitur.

Ex

Ex *Vsu* communi loquendi verba significationem accipiunt: nam *vsus* etiã proprietati præscribit, *l. Cùm de lanionis. §. asinam, De fundo instruct.* vt meritò de illo dixerit Horatius: *Quem penes arbitrium est & vis & norma loquendi.* *Vsu.*

Per *interpretationem* vel extensionem, *Interpretatio.* quum de similibus ad similia proceditur, vt videre est in *l. i. hoc titul.* *sio.*

Verbi autem appellatio hîc tam nomina *Verba.* quàm verba aliãsq; orationis partes atque ipsam ad eò orationem comprehendit. de omnibus enim videmus hîc agi.

De *Nominibus* aut vim nominis habentibus, vt quum exponitur quid sit Dies. l. 2. & 3. h. t. iter diei. d. l. 3. h. t. Mille passus l. 154. h. t. Annus, Annus bissextilis, l. 98. h. t. Anniculus l. 132. Mensis l. 98. Quæ anni maior pars l. 156. Quid subsignatum l. 39. Probrum, opprobrium l. 42. & 224. Auxilium, consilium l. 53. Gestum ll. 19. & 20. & 58. Factum l. 59. Magister l. 7. Intestatus l. 64. Arbitratus l. 98. Dolus malus l. 69. Impensæ l. 79. Optimus Maximus ll. 92. & 155. Supremus l. 92. Reliqui ll. 95. & 160. Cæteri l. 160. Meū, tuum, ll. 25. & 91. & 205. Suum l. 239. Aliquorum l. 96. Terenixa l. 137. Pellex l. 144. Ille aut ille l. 224. Speciosus l. 100. Stuprum l. 101. Adulterium l. 101. Furtum ll. 229. & 230. Diuortium ll. 101. & 191. Repudium ll. 101. & 191. Morbus l. 101. Morbus fonticus l. 103. Vitium corporis l. 101. Hostes l. 118. Vsuræ l. *Nomina
hæc suis quin-
busque legi-
bus explicã-
tur.*

121. Fraus l. 131. Pœnal. l. 131. Multa ll. 131. & 244. Portio l. 164. Portio virilis l. 145. Coniunctio l. 142. Cauillatio ll. 177. & 233. Donum, munus ll. 18. & 194. & 214. Munus publicum l. 139. Absens l. 199. Mangones l. 207. Mercatores l. 207. Venalitarij l. 207. Pluris ll. 192. & 232. Dolus l. 226. Lata culpa ll. 213. & 223. & 226. Negligential. 226. Potestas l. 215. Vincula ll. 216. & 224. Carcer l. 216. Custodia 224. Nomina pluralis numeri l. 217. Falsum testamentum l. 221. Amici l. 223. Fugitiuus d. l. 125. Erro l. 225. Noxa l. 237. Transacta finita l. 229. & 230. Locuples l. 239. ruta cæsa l. 241.

Verba.

De *Verbis*, vt, Quid significet verbum Oportebit l. 8. Oportere l. 37. Rapuisse l. 9. Restituere l. 22. 35. Detestari l. 39 & 237. Solui vinculis l. 48. Persequi l. 57. Pertinere ll. 70. 181. Capere, l. 6. Accipere, Præstare l. 71. Dare l. 76. Cognoscere, recognoscere l. 56. Dispingere l. 56. Rationes edere: reddere ll. 8. 9. & 94. Derogare, abrogare l. 102. Assignare libertum l. 107. Censere l. 111. Debere l. 114. Soluere l. 176. Ligare l. 120. Est l. 123. Erit l. 123. Peperisse l. 132. & 171. Perficere l. 139. Capere l. 140. Habere l. 143. 164. & 188. Habere filium l. 141. Pernoctare l. 166. Abesse l. 178. & 199. Facere l. 175. & 218. Commendare l. 186. Exigere l. 187. Cauere l. 188. Iudicare reum. l. 297. Cedere diem l. 213. Calumniari, frustrari, morari l. 233. Viuere l. 234. Ferri, Portari l. 235. Exhibere l. final. h. t.

De

De *Præpositionibus* & consimilibus orationis partibus, vt, Quid significet Penes & *Præpositiones.*
 Apud l. 63. Antel. 132. Post l. 132. Cum l. 219.
 Coram l. 209. Palam l. 33. Rectè l. 2. Amplius
 l. 82. Dum l. 89. Minus l. 150. Dumtaxat l. 202.
 Postquam l. 219.

De *Oratione*, Quam vim habeat coniuncta, disiuncta, disiunctiua, subdisiunctiua separata ll. 28. 29. 52. Item hæc, Cùm erit commodum l. 125. Cùm poterò l. 125. Intra diem mortis l. 134. Furem esse aut furto noxaque solutum, l. 174. & 200. Quanti ea res erit, vel eam esse apparet l. 179. & 193. Solutò matrimonio l. 240. Quia in parte etiam obseruandum est singulare sæpe vsurpari pro plurali *Oratio.*
 l. 158. Et, duas negatiuas valere affirmatiuam l. 238. *Sing. pro plur. & usurpatum.*

Quòd ad *Res* attinet, tenendum est *Res* nomen esse vocabulum, vt dialectici appellant, Transcendens, quod omnia quæ in toto vniuerso existunt, vno significato comprehendit l. 5. Nec vllò prædicamentorum ordine aut gradu coercetur. Sed res omnes in doctrina iuris, ad tres ordines redigi solent: *Res.*
Ad personas, videlicet, *Res & Actiones*. nam *Personæ.*
 hæc sunt subiecta Iuris propria. Quare significationes earum dumtaxat rerum quæ ad *Actiones.*
 ea obiecta pertinent, hoc in titulo inuestigantur.

Ac quia triplex est personarum respectus, quorum vnus est ex iure naturæ, alter ex Iure gentium, tertius ex Iure ciuili desumitur:

Primò quo ad naturalem hominum respectum hîc queritur, Quis hominis appellatione contineatur l. 152. An monstra l. 135. An is qui in utero est ll. 152. & 162. & 231. Qui mortuus nascitur l. 129. Spado l. 128. An nomine virili veniat mulier ll. 1. & 101. in §. fi. & 191. Mulieris, virgo l. 13. Virgines, Viduæ l. 242. in §. viduam. Qui comprehendantur nomine Parentum l. 51. Liberos ll. 56. & 148. & 149. & 220. Filiorum ll. 84. & 121. & 122. Filiarum l. 164. Natorum l. 104. Posthumorum l. 64. Puerorum ll. 161. & 204. Fratrum l. 201. Soceri l. 146. Generi l. 136. Nurus l. 50. Neptis l. 136.

*Personarū
respectus.*

De respectu personarum iuxta ius gentium hæc exponuntur. Quinam sint Liberi: qui Seruill. 40. & 239. Et inter hos qui Urbani, Rustici, Villici, &c. l. 203. qui Patroni l. 12. Liberti ll. 59. & 105. & 172. & 284. Quis verè possessor l. 39. Locuples l. 134. Ruptor l. 110. Debitor l. 108. Creditor ll. 10. & 12. & 54. & 55. Hostes perduelles l. 234. &c.

*Respectus
iuris.*

Circa respectum Iuris Ciuilis hæc traduntur, Quid sit Cuius, Municeps l. 228. Incola l. 229. Paterfamilias 195. Materfamilias l. 46. Familia ll. 40. & 166. & 195. & 196. Testator, Intestatus l. 64. Heres ll. 65. & 70. & 170. & 227. Tutor l. 221. Pupillus l. 239. Sequester l. 109. Plebs l. 237. Collegium l. 65. Collegæ l. 172. Contubernales l. 184. Decuriones l. 239. Prouinciales l. 190. &c.

Res in genere.

De Rebus, primùm in genere queritur, Quid

Quid sit *Res* ll. 5. & 6. & 23. & 72. Opus l. 5. Totum l. 25. §. 1. Pars ll. 25. & 26. Deinde speciatim de rebus corporalibus & incorporalibus. *Corporalia* aut publica sunt aut priuata. In publicis ostenditur quid sit *Vrbs*. *Oppidū* l. 239. *Vrbs* *Roma* ll. 87. & 139. & 147. *Bona ciuitatis* seu *Reipub. publica* ll. 15. & 16. & 17. *Publica vectigalia* l. 17. *Ostentum* l. 38. De *Priuatis*. Quid sit *res mobilis* aut *foli* l. 93. Deinde in *Mobilibus*, Quid *merx* ll. 66. & 207. *Pecunia* ll. 4. & 97. & 178. & 222. *Æs* l. 159. *Æs alienum: Suum* l. 213. *Peculium* l. 182. *Stipula* l. 30. *Fruges, frumentū* l. 77. *Glans caduca* l. 39. & 236. *Pomum* l. 205. *Victus* ll. 43. 44. & 234. *Vestimenta, Vestis*, ll. 45. & 127. *Togal*. 180. *Instratum, stragula* l. 45. *Ornamēta* l. 74. *Boues* l. 89. *Carbones* l. 167. *Lign* ll. 167. & 168. *Vinaria vasa* l. 206. *Dolia, Serix, Amphoræ* l. 206. *Ruta cæsa* l. 243. *Telum* l. 233. *Arma* l. 41. *Venenum* l. 236. *Malum nauis, artemon* l. 242. *Tabernacula* l. 184.

De *rebus foli*, Quid *fundus* ll. 60. & 111. & 115. *Ager* ll. 27. & 111. & 115. *Sylua cædua* l. 30. *Terra noualis, Integra* l. 30. *Continens* l. 99. *Litus* ll. 96. & 112. *Pascua* l. 30. *Pratum* l. 31. *Portus* l. 59. *Locus* l. 60. *Area* l. 111. *Prædia vrhana rustical*. 198. *Ædificium* l. 242. & 245. *Ædes, domus* l. 203. *Tugurium* l. 180. *Taberna* l. 183. *Taberna instructa* l. 86. *Proiectum immissum* l. 242.

De *Incorporalibus*, Quid sit & contineat *hereditas* ll. 3. & 24. & 119. & 138. & 165. & 178. *Incorporalia.*

vid. l. 63. 1. titul. sequenti. Hereditas lege obueniens l. 130. Hereditas delata l. 15 1. Sponsio l. 7. Solutio perfecta, imperfecta ll. 12. & 132. & 82. & 117. & 176. Actus l. 19. Contractus ll. 19. & 20. Gestus ll. 19. & 20. Donatio l. 67. Bona ll. 21. & 39. & 83. & 88. & 182. 208. Et ea quotuplicial. 44. Restitutio ll. 22. & 35. & 37 & 75. & 81. & 246. Exhibitio l. 22. Possessio l. 7. Iura prædiorum l. 86. Fructus, vsusfructus ll. 25. & 26. Vfus l. 230. Vial. 157. Stipendium, tributum l. 27. Alienatio ll. 28. & 67. Detestatio l. 40. Liberatio l. 46. & 47. Substitutio l. 163.

Actiones De *Actionibus* seu *Judicijs*, Quid sit lis l. 36. Actio ll. 8. & 78. Persecutio ll. 34. & 18. Petitio l. 178. Causa capitalis l. 103. Notio l. 99. Præuaricatio l. 112. Satisfatio l. 61. Pronuntiatum, statutum l. 46. Transactum, finitum ll. 229. & 230.

FINIS LEGVM ET
explicationis Tituli de
Verb. signific.



Tit. Vlt. Pand.

DE DIVER- SIS REGVLIS •IVRIS ANTIQVI.

EX omnibus partibus iuris varia Sententia & Regula hoc titulo proponuntur, id est multarum rerū quæ eodem se habent modo comprehensiones breues: vel ex eo quod plerunq; sit rerum definitiones breues. Et ius antiquum* vocat quo iam diu populus usus est, minime abrogatum Constitutionibus Iustiniani: nec enim hic inuenias regulam illam antiquam. Actiones ab heredibus & contra heredes non incipere. Sed neque omnes regulas quæ manent adhuc: non illam, Noxam caput sequi, quæ dicitur regula iuris antiqui No. Maioriani quædam: non illam quæ veteris iuris definitio & regula in l. 1. Th. de fide inst. Petitori incumbere necessitatem probandi rem ad se pertinere: non quæ veterum regula l. 1. §. veteres. De adq. pos. Per seruum hereditarium non

Differt lex à regula, quæ illa dicitur quæ populus certo & cognito omnibus iure cōstituit: Regula verò, quæ iurisconsulti ex pluribus legum capitib. notatis, inter se quæ cōparatis elicerūt. vt nō omnino incommodè dicere possimus, Leges esse tanquā voces, & sonos singulos: Regulā verò esse tanquā harmoniam & concentū. Vide plura apud F. Hotom. li. Obser. 2. c. 4. * Ius antiquum.

posse adquiri quod sit eiusdem hereditatis. Possim recensere complures alias: sed neque debeo neque volo. Præterea* ius antiquum vocat non quod leges vel constitutiones induxerunt, sed antiquam prudentiam iuris Auctororum, ut est in lege 21. C. de fur. & consonam Iurisconsultorum definitionem, in l. ult. C. Th. de diu. res. qualis est regula Catoniana: & quæ certissima iuris regula. §. non autem. Institut. de perpet. & tempor. act. Ex delicto pœnalibus actionibus heredes non teneri: & quæ vetus in §. si verò Institut. de satisfdat. Neminem rei alienæ defensores idoneum esse sine satisfactione: & quæ veteribus Iurisc. adscribitur. l. veteribus de pac. In ambiguis contra venditorem interpretationem fieri. & cetera quæ habentur hoc titulo. Illud non omitam l. 28. & 62. & 65. & 101. & 191. ab hoc titulo alienissima videri: nam quod est in l. 28. Constitutio est D. Pij, non regula iuris: aut si ea constitutio est regula, & quælibet Constitutio igitur alia eadem causa Constitutionis relata l. 101. & responsi Neratij l. 191. Lex autem lxxij. definitio est hereditatis & lxxv. sorites, frustra repetita ex titulo superiore: aut si hereditatis & soritis definitio est regula, & quælibet igitur alia.

De Regula.

PAVLVS [libro sextodecimo ad
Plautium.]

REGVLA ^a est, quæ rem ^b quæ est, breuiter enarrat. non ^c ex regula ius sumatur: sed ex iure quod est, regula fiat. Per regulam igitur brevis rerum ^d narratio ^e traditur, & vt ait Sabinus, quasi causæ coniectio ^f est, quæ simul cùm in aliquo vitiata est, perdit officium suum.

De feminis. 1 De impubere.

II. VLPPIANVS [libro primo ad
Sabinum.]

FEMINÆ ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ sunt: & ideo nec iudices esse possunt, nec magistratū gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratores ^b existere. 1 Item impubes omnibus officiis ciuilibus debet abstinere.

Non nolle. Velle.

III. IDEM [libro tertio ad Sabinum.]

E IUS ⁱ est [non] nolle, qui potest velle,

IIII. IDEM [libro sexto ad
Sabinum.]

V ELLE ^k non creditur, qui obsequitur imperio patris ^l vel domini.

tim Indici exponere: Cic. ad Her. lib. 2. Gell. lib. 17. c. 5. & lib. 5. cap.

10. & Ascqnius praall. loco. Vt igitur coniectio, causæ summā continet: ita Regula earum rerū quæ iure constituta sunt, breuiaria atq; summas complectuntur. al. habent coniunctio. & Cōiungel.

10. de statu hominū. l. 7. de bon. poss. ^h curatores. al. procuratrices.

ⁱ Coniunge l. 4. de acq. har. ex qua potest cognosci vera hac lectio.

^k Ex leg. 6. de acq. har. ^l partis.

^a Alc. lib. 1. §.

Parerg. cap.

1. & Duar.

1. Diss. c. 46.

^b i. ius de reb.

constitutū.

^c non vt ex.

^d quæ iure

constitutæ

sunt.

^e Hac erat

breuis expli-

catio causæ

ac veluti

summa com-

prehensio

quam actor

in iudicio

faciebat,

antequā ad

aduocatos,

& ampliorē

disceptatio-

nem deue-

niretur.

^f 1. in breue

coactio. Asc.

Ped. 3. Verr.

Nā causam

conijcere, est

argumentū

rei breuiter

& summa-

De furioso, & pupillo.

V. PAVLVS [libro secundo ad Sabinum.]

^a *Coniunge l. 9. de acq. hered.*

IN^a negotiis contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum qui fieri possunt, quamuis actum rei non intelligerent. nam furiosus nullum negotium contrahere potest: pupillus omnia tutore auctore agere potest.

De eo qui ad alium vult transferre hereditatem.

VI. VLPPIANVS [libro septimo ad Sabinum.]

^b *al. Coniunge leg. fuit. quest. de acq. hered.*

NON^b vult heres esse, qui ad alium transferre voluit hereditatem.

De testato & intestato.

VII. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum.

^c *& testatū, & intestatū.*

IVS nostrum non patitur eundem in paganis & testato^c & intestato decessisse. earumque rerum naturaliter inter se pugna est, [Testatus, & intestatus.]

De iure sanguinis.

VIII. IDEM [libro quarto ad Sabinum.]

^d *Coniunge l. 4. de suis & legit.*

IVRA^d sanguinis nullo iure civili dirimi possunt.

De obscuris.

IX. VLPPIANVS libro [quintodecimo ad Sabinum.]

^e *Ex l. sita scriptu. 14. de legat. 1.*

SEMPER^e in obscuris quod minimum est sequimur.

De com-

De commodis, & incommodis.

X. PAVLVS libro [tertio ad Sabinum.]

SECUNDUM^a naturam est, commoda cuiusq; rei eum sequi^b quem sequentur incommoda.

^a Terent. in Hecyr. act. 5. scen. pen.

^b consequi.

De translatione dominij.

XI. POMPONIVS libro [quinto ad Sabinum.]

ID quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.

De interpretatione testamentorum.

XII. PAVLVS [libro tertio ad Sabinum.]

IN^c testamentis plenius voluntates testamentium interpretantur^d.

^c Coniunge l. fundi. de usu & hab.

^d interpretamur.

De effectu exceptionis.

XIII. VLPIANVS [libro nonodecimo ad Sabinum.]

NON videtur cepisse, qui per exceptionem [à petitione] remouetur.

De die obligationis.

XIII. POMPONIVS [libro quinto ad Sabinum.]

IN omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur^e, præsentis die debetur.

^e apponitur.

De effectu actionis.

XV. PAVLVS [libro quarto ad Sabinum.]

[IS] qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.

^f Coniunge l. eandem 72. de legat. 3.

De imaginaria venditione.

^a Idem.

XVI. VLPPIANVS^a [libro vicensimo primo ad Sabinum.]

IMaginaria veditio nō est pretio accedente.

De tempore.

XVII. IDEM [libro vicensimo tertio ad Sabinum.]

^b Coniunge
l. 10. § 13.
quando dies
legat. ced.

^c additur.

CVm^b tempus in testamento adicitur^c, credendum est pro herede adiectum, nisi alia mens fuerit testatoris. sicuti in stipulationib. promissoris gratia tempus adicitur.

De acquisitione.

XVIII. POMPONIVS [libro sexto ad Sabinum.]

^d Coniunge
l. 78. de ver-
bor. obl.

^e heredes
nostros.

QVæ^d legata mortuis nobis ad heredem^e nostrum transeunt, eorum commodum per nos his, quorum in potestate sumus, eodem casu adquirimus, aliter atque quod stipulati sumus. nam & sub conditione stipulantes, omnimodo eis adquirimus, etiā si libertatis^f nobis potestatis domini conditio existat.

^f libertate.
^g præstita à
dominis.

De conditione contrahentis vel legatarij.

1 De doli exceptione.

XIX. VLPPIANVS [libro vicensimo quarto ad Sabinum.]

QVi cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis eius. heredi^h autem hoc imputari non potest, cum non sponte cum legatariis contrahit.

^h heredi au-
tem eius.

I Non solet exceptio doli nocere his quibus voluntas testatoris non refragatur.

De

De fauore libertatis.

XX. POMPONIVS [libro septimo
ad Sabinum.]

Quotiens dubia interpretatio libertatis
est, secundum libertatē responden-
dum erit.

De eo quod est plus vel minus.

XXI. VLPPIANVS [libro vicensimo se-
ptimo ad Sabinum.]

Non^a debet, cui^b plus licet, quod minus
est, non licere.

*De seruis. 1 De conditione in arbitrium
domini vel procuratoris eius collata.*

XXII. IDEM [libro vicensimo octauo
ad Sabinum.]

In personā seruilem nulla cadit obligatio.

¹ ¶ Generaliter^c probandū est, vbiq; in bonæ fidei iudiciis confertur in arbitrium
domini vel procuratoris eius conditio, pro
boni viri arbitrio hoc habendum esse.

De dolo, culpa, diligentia & casu.

XXIII. IDEM libro vincensimo nono
ad Sabinum.

Contractus^d quidā dolum malum dum-
taxat recipiunt, quidam & dolum & cul-
pam. dolum tantū, depositum & precari-
um. dolum & culpam mandatū, commo-
datū, venditū, pignori acceptū, loca-
tū, itē dotis datio, tutelæ, negotia gesta, in
his quidem & diligentiam^e. societas^f & re-
rum communio & dolum & culpam recipit.

^a *Coniungo*
leg. si legato
et. de ma-
num. testa.
^b cui quod
plus.

^c *Coniungo*
l. 7. hac Gen-
ditio. de cō-
trab. empr.

^d *Cōiungel.*
II. depositi.

^e diligentia.
^f Sed & so-
cietas.

sed hæc ita, nisi si quid nominatim conuenit, vel plus vel minus, in singulis contractibus: nam hoc seruabitur, quod initio conuenit.

- ^a contractui. legem enim contractus ^a dedit: excepto eo quod Celsus putat, non valere si conuenierit ne dolus præstetur: hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium est ^b. & ita utimur. Animalium vero casus, mortes, quæque sine culpa accedunt, fugæ seruorum qui custodiri non solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præstantur.

De eo, quod interest.

XXIII. PAVLVS [libro quinto ad Sabinum.]

- ^c cuiusque. **Q**Vatenus cuius ^c intersit, in facto, non in iure consistit.

De cautione.

XXV. POMPONIVS [libro vndecimo ad Sabinum.]

- ^d in rem. **P**LUS cautionis in re ^d est, quàm in persona ^e.

^e in personam.

XXVI. VLPPIANVS [libro tricensimo ad Sabinum.]

- ^f inuitis ali-
quibus. **Q**VI potest inuitis ^f alienare, multo magis & ignorantibus & absentibus potest.

De pactis. De causis obligationum. De modo actionum.

XXVII. POMPONIVS [libro sextodecimo ad Sabinum.]

- N**EC ex prætorio nec ex solemnium iure, priuatorum conuentione quicquam immutandum

mutandum est, quamuis^a obligationū causæ pactio-^a Paulus.
ne possint immutari & ipso iure, & per pacti conuentionem: quia actio-
num modus vel lege vel per prætorem in-
troducitur priuatorum pactio-
nibus non infirmatur, nisi tunc cum inchoatur actio, in-
ter eos conuenit.

De his qui ex liberalitate conueniuntur.

XXVIII. VLPPIANVS [libro trigensimo
sexto ad Sabinum.]

Diuus^b Pius rescripsit, eos qui ex liberali-^b Sumpta est
tate conueniuntur, in id quod facere
possunt, condemnandos. *ex l. si extra-
neus de sur-
dot. & con-
iunge leg. si
quis credi-
derit. π. de*

De eo cuius initio vitiosum est.

XXIX. PAVLVVS libro octauo ad
Sabinum.

Quod^c initio vitiosum est, nõ potest tra-
ctu temporis conualescere. *pac. & leg.
maritum. π.
sol. matr.*

De nuptijs.

XXX. VLPPIANVS libro trigensimo
sexto ad Sabinum.

Nuptias^d non concubitus, sed consensus
facit. *c* Coniunge
*l. qui à quo-
bet. de con-
trah. emp. π.
& leg. 5. de
auth. tut. π.*

De factis. De eo quod est impossibile.

XXXI. IDEM [libro quadragensimo
secundo ad Sabinum.] *& l. penult.
huius titul.*

Verum^e est neque pacta, neque stipula-
tiones factum posse tollere. quod enim
impossibile est, neque pacto neque stipula-
tione potest comprehendi, vt vtilem actio-
nem aut factum^f efficere possit. *d* Coniunge
*l. 15. de cond.
& demonstr.
e* Coniunge
*l. 50. de pact.
cum alijs.*

^f pactum.

De seruis. De hominum æqualitate.

XXXII. IDEM [libro quadragesimo tertio ad Sabinum.]

Quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur, non tamen & iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales sunt.

De actore & reo.

XXXIII. POMPONIVS [libro vicentesimo secundo ad Sabinum.]

In eo, quod vel is qui petit, vel is à quo petitur, ^alucris causa facturus est, durior causa est petitoris.

De interpretatione contractuum.

XXXIII. VLPPIANVS [libro quadragesimo quinto ad Sabinum.]

Semper in stipulationibus & in cæteris contractibus id sequimur, quod actum est: aut ^b si non pareat quid actum est, erit consequens ut id sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur. Quid ergo si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id quod minimum est, redigenda summa est.

^b quod si non
apparet. *al.*
vnde si non
paret.

Quibus modis tollitur obligatio.

XXXV. IDEM [libro quadragesimo octauo ad Sabinum.]

Nihil ^c tam naturale est, quam eo genere quidquid dissoluere, quo colligatum est: ideo verborum obligatio verbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur.

^c *Ex l. an inutilis. de acceptilatio.*

De culpa.

XXXVI. POMPONIVS [libro vicenſimo ſeptimo ad Sabinum.]

Culpa eſt, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.

De condemnatione & abſolutione.

XXXVII. VLPPIANVS [libro quinquagenſimo primo ad Sabinum.]

Nemo^a qui condemnare poteſt, abſolvere non poteſt.

De herede.

XXXVIII. POMPONIVS [libro vicenſimo nono ad Sabinum.]

Sicuti^b pœna ex delicto defuncti heres teneri non debeat, ita nec lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eum perueniſſet.

De eo quod per alium fit quo minus fiat.

XXXIX. IDEM [libro trigenſimo ſecundo ad Sabinum.]

In omnibus cauſſis pro facto accipitur id, in quo per aliũ morã^c fit, quo minus fiat.

De furioſo & prodigo.

XL. IDEM libro trigenſimo quarto ad Sabinum.

Furioſi^d, vel eius cui bonis interdictum ſit, nulla voluntas eſt.

De actore & reo. 1 Dere obſcura.

XLI. VLPPIANVS libro vicenſimo ſexto ad Edictum.

Non debet actori licere, quod reo non permittitur.

^a Coniunge
l. eũ qui de
iuriſdictione
l. ſi locus
de iud. leg. ſi
iudex. de re
iud.

^b Coniunge
l. 12. de ob-
lig. & act.

^c mora ſit
al. perhor-
reſcit. Hac
ſola virioſa
eſt.

^d Coniunge
l. 20. de a-
qu. plu. arc.

I ¶ In re obscura melius est fabere repetitioni, quàm aduentitio lucro.

De ignorantia.

XLII. GAIUS [libro nono ad Edictum prouinciale.]

Qui in alterius locum succedunt, iustam habent causam ignorantia, an id quod peteretur, deberetur. Fideiussores quoque non minus quàm heredes iustam ignorantiam possunt allegare. Hæc ita de herede dicta sunt, si cum eo agetur^a: non etiam si agat. nam planè qui agit, certus esse debet, cum sit^b in potestate eius, quando^b velit, experiri: & antè debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

^a agitur.

^b quomodo.

De concurrentibus defensionibus.

I De actionibus.

XLIII. VLPIANVS [libro vicensimo octauo ad Edictum.]

Nemo ex his qui negant se debere, prohibetur etiam alia defensione uti, nisi lex impedit. I ¶ Quotiens concurrunt plures^c actiones eiusdem rei nomine, vna^c quis experiri debet.

^c vna tantū.

De herede.

XLIIII. IDEM [libro vicensimo nono ad Edictum.]

Totiens in heredem damus^d de eo quod ad eum peruenit, quotiens ex^e dolo defuncti conuenitur, non quotiens ex suo.

^d damus actionem.

^e de dolo.

De pigno-

Depignore, deposito, precario, emptione, locatione. 1 De conuentionibus.

XLV. IDEM libro trigensimo ad Edictū.

NEquē^a pignus, neq; depositum, neque ² *Ex tit. de* precarium, neq; emptio, neque locatio ^{pign.} rei suæ consistere potest. 1 ¶ Priuatorum conuentio iuri publico non derogat.

Depœna.

XLVI. GAIVS libro decimo ad Edictum prouinciale.

Quod^b à quoquo^c pœnæ nomine exactū ^b *Ex tit. de* est, id eidē restituere nemo cogitur. ^{pign.}

De consilio. 1 De sociis.

XLVII. VLP IANVS libro trigensimo ad Edictum.

Consilij^d non fraudulentæ nulla obligatio est. ceterum si dolus & calliditas intercessit, de dolo actio competit. 1 ¶ Socij ^d *Ex tit. de* mei socius, meus socius non est. ^{mand. Vide leg. 2.}

De calore iracundia. De diuortio.

XLVIII. PAVLVVS [libro trigensimo quinto ad Edictum.]

Quicquid^e [in] calore iracundiæ vel fit ^e *Ex tit. de* vel dicitur, nō prius ratum est, quàm ^{diuor.} si perseverantia^f apparuit iudicium animi ^f *perseuerantis.* fuisse. ideóque breui reuersa vxor nec diuertisse videtur.

De circumuentione.

XLIX. VLP IANVS § [libro trigensimo quinto ad Edictum.]

^e Gaius.

^a *Extracta-
tu de tutel.*

Alterius^a circumuentio alij non præbet actionem.

^b Vlpianus.

L. PAVLVS ^b libro trigenfimo nono ad Edictum.

^c *Extitul.de
noxal.*

Culpa^c caret qui fcit, fed prohibere non potest.

Capere.

LII. GAIVS [libro quintodecimo ad Edictum prouinciale.]

^d *Extitul.de
bon.poff.*

Non^d videtur quisquam id capere, quod ei neceffe est alij restituere.

Non defendere.

LIII. VLPIANVS [libro quadragenfimo quarto ad Edictum.]

Non defendere videtur non tantum qui latitat, fed & is qui præfens negat fe defendere, aut non vult fufcipere actionem.

De folutione indebiti.

LIII. PAVLVS [libro quadragenfimo fecundo ad Edictum.]

^e *Extitul.fi
quid in
fraud.pat.*

Cuius^e per errorem dati repetitio est, eius confulto dati donatio est.

De iuris translatione.

^f *Extit. & n.
de legit.*

LIIII. VLPIANVS [libro quadragenfimo sexto ad Edictum.]

^g Idem libro tertio de legatis ad Edictum vrbicum.

Nemo^f plus iuris ad alium transferre potest, quam ipse haberet.

De eo qui fuo iure vititur.

^h *Extitul.fi
quis omiff.
cauffa refa
ment.*

LV. GAIVS ^g libro fecundo de testamentis ad Edictum vrbicum.

Nullus^h videtur dolo facere, qui fuo iure vititur. *De*

De dubiis.

LVI. IDEM ^a libro tertio de legatis ad
Edictum vrbicum.

^a Gaius lib.
secundo de
testamentis
ad Edictum
vrbicum.

Semper in dubiis Venigniora præferenda
sunt.

Ne bis exigatur.

LVII. IDEM [libro octauodecimo ad
Edictum prouinciale.]

Bona fides non patitur, vt bis idem exi-
gatur.

De peculio.

LVIII. VLPIANVS [libro secundo
Disputationum.]

EX ^b pœnalibus caussis non solet in pa-
trem de peculio actio dari.

^b Extitul. de
pecul.

De herede.

LIX. IDEM [libro tertio Disputationum.]

Heredem eiusdem potestatis iurisq; esse,
cuius fuit defunctus constat.

Mandati.

LX. IDEM [libro decimo Disputationum.]

Semper qui non prohibet pro se interue-
nire, mandare creditur. sed & si quis ra-
tum habuerit quod gestum est, obstringitur
mandati actione.

De refectione domus.

LXI. IDEM libro tertio Opinionum.

Domum ^c suam reficere vnicuique licet,
dum non officiat inuito alteri, in quo
ius non habet.

^c Coniunge
l. 2. de ope.
publ.

De hereditate.

LXII. IULIANVS libro sexto Digestorū.

^a *Extitul. de
petit. hered.
Coniunge l.
ei qui. cod.
tit. § l. 24.
de verb.
sign.*

^b habuerit
tempore
mortis.

Hereditas^a nihil aliud est, quā successio in
vniuersum ius quod defunctus habuerit^b

Demora.

LXIII. IDEM libro septimo decimo
Digestorum.

Qui sine dolo malo ad iudicium prouo-
cat, non videtur moram facere.

De his quæ rarò accidunt.

LXIII. IDEM libro vicensimo nono
Digestorum.

EA quæ rarò accidunt, non temerè [in] a-
gendis negotiis computantur.

De cauillatione seu sorte.

LXV. IDEM libro quinquagesimo
quarto Digestorum.

EA est natura caBillationis, quam Græci
^c σοφιστικὴν. ^c στωείτην^c appellant, vt ab euidenter veris
per breuissimas mutationes disputatio ad ea
quæ euidenter falsa sunt, perducatur^d.

^d produca-
tur.

De exceptione.

LXVI. IDEM libro sexagesimo Digistorū.

^e -Marcellus
ait. *al. Mar-
cellus notat.*

Marcellus^e: Desinit debitor esse is, qui
nancus est exceptionem iustam, nec
ab æquitate naturali abhorrentem.

De sermone ambiguo.

LXVII. IDEM libro octagesimo se-
ptimo Digestorum.

^f accipietur.

Quotiens idem sermo duas sententias
exprimit, ea potissimum excipietur^f,
quæ rei gerendæ aptior est.

Debe-

De beneficiis.

LXVIII. PAVLVS ^a libro singulari de
dotis repetitione.

^a Paulus de
assignatione
libertorum.

IN omnibus caussis id obseruatur, vt vbi
personæ conditio locum facit beneficio,
ibi deficiente ea beneficium quoque defi-
ciat: vbi verò genus actionis id desiderat, ibi
ad quemuis persecutio eius deuenerit, non
deficiat ratio auxiliij.

LXIX. IDEM [libro singulari] de assi-
gnatione libertorum.

INuito beneficium non datur.

De potestate gladij, vel alterius coercionis.

LXX. VLPIANVS libro primo de of-
ficio Proconsulis.

Nemo ^b potest gladij potestatem sibi da-
tam, vel cuius alterius coercionis ad
alium transferre.

^b Coniunge
l. solet. de
offic. Prat.

Quæ per libellum expediri non possunt.

LXXI. IDEM libro secundo de officio
Proconsulis.

OMnia ^c quæcunq; causæ cognitionē de-
siderāt, per libellū expediri nō possunt.

^c Coniunge
leg. ne quic-
quam. §. de
off. Procons.

De iure pignorandi.

LXXII. IAVOLENVS libro tertio ex
posterioribus Labeonis.

FRuctus ^d rei est vel pignori dare licere.

^d Coniunge
leg. & l. de
Suis.

De tutela & hereditate. 2 De vi & clam.

3 De his quæ in testamento intelligi non

possunt. 4 Extraneo caueri

non posse.

LXXIII. QUINTVS MCVIVS Scauola
libro singulari OPON.

^a eo &.

QUò tutela redivit, eò hereditas peruenit,
nisi cùm feminæ heredes intercedunt.
1 ¶ Nemo potest tutorem dare cuiquam,
nisi ei, quem in suis heredibus cùm moritur
habuit, habiturúve esset si vixisset. 2 ¶ Vi
factum id videtur esse, qua de re quis, cùm
prohibetur, fecit. clàm, quod quisque cùm
controuersiam haberet, habiturúmve se pu-
taret, fecit. 3 ¶ Quæ in testamento ita sunt
scripta, vt intelligi non possint, perinde sunt,
ac si scripta non essent. 4 ¶ Nec paciscendo,
nec legem dicendo, nec stipulando quisquam
alteri cauere potest.

Nec cui per alterum iniqua conditio inferatur.

^b Pomponi-
us.

LXXIII. P APINIANVS ^b libro primo
Quæstionum.

NON debet alteri per alterum iniqua cõ-
ditio inferri.

De mutatione consilij.

LXXV. IDEM libro tertio Quæstionum.

^c Coniunge
leg. nõnun-
quam de
collat. bon.

NEMO potest mutare consilium suum
in alterius iniuriam.

De his quæ animi destinatione agenda sunt.

LXXVI. IDEM libro vicensimo quarto
Quæstionum.

IN totum omnia quæ animi destinatione
agenda sunt, non nisi vera & certa scientia
perfici possunt.

De actione legitima. De tacito & expresso.

LXXVII.

LXXVII. IDEM libro vicensimo
oçtauo Quaestionum.

Actus^a legitimi^b qui^c recipiunt diem vel^a *Coniurges*
conditionem, veluti mancipatio^d, acce- *l. 8. de tut.*
ptilatio, hereditatis aditio, serui optio, datio *Grat. di-*
tutoris: in totum vitiantur per temporis vel *strab.*
conditionis adiectionē. nonnunquam tamē *Alc. lib. 3.*
actus suprà scripti tacitè recipiunt, quæ apertè *Parerg. cap.*
comprehensa vitium adferunt, nam si acce- *4. § 5.*
ptū feratur ei qui sub cōditiōe promisit, ita *c non reci-*
demum egisse aliquid acceptilatio intelligi- *piunt.*
tur, si obligationis conditio extiterit. quæ^e si *d emancipa-*
verbis nominatim acceptilationis compre- *tio.*
hendatur, nullius momenti faciet actum. *o quod si.*

De fraude.

LXXVIII. IDEM libro tricensimo [pri-
mo] Quaestionum.

Generaliter cūm de fraude disputatur:
non quid habeat actor, sed quid per ad-
uersarium habere non potuerit consideran-
dum est.

LXXIX. IDEM libro tricensimo secun-
do Quaestionum.

Fraudis interpretatio semper in iure ci-
uili non ex euentu dumtaxat, sed ex con-
silio quoque desideratur.

Degenerare & specie.

LXXX. IDEM libro tricensimo tertio
Quaestionum.

In toto iure generE per speciem deroga-
tur: & illud potissimum habetur quod ad
speciem directum^b est.

*Exemplum
est l. feruus.
de leg. 3.*

*Idē Cic. lib.
2. de Inuēt.
Rhetorica,
dum de con-
trariis legi-
gibus disse-
rit.*

h directum.

*De his quæ dubitationis tollendæ caus-
sa contractibus inferuntur.*

^aPapinianus LXXXI. IDEM ^alibro tertio Responsorum

^b *Coniunge
l. 66. n. m. a.
dati.*

QVæ^b dubitationis tollendæ caus-
sa contractibus inferuntur, ius commune
non lædunt.

De donatione.

LXXXII. IDEM libro nono Responsorum.

Donari videtur, quod nullo iure cogente
conceditur.

De amissione.

LXXXIII. IDEM libro secundo Definitionū.

^c Non vide-
tur.

^d cuius.

Non videntur^c rem amittere, quibus^d
propria non fuit.

Si amplius solutum sit quàm debebatur.

1 De natura obligationum.

LXXXIII. PAVLVVS libro tertio Quæstionū.

^e debeatur.

^f *Coniunge
l. Julianus.
de condict.
indeb.*

Cum amplius solutum est quàm debe-
batur^e, cuius pars nō inuenitur quæ re-
peti possit, totum esse indebitum intelligitur
manente pristina obligatione. **I** **¶** ^f **I**s na-
tura debet, quem iure gentium dare oportet,
cuius fidem secuti sumus.

*De dote. 1 De his quæ ad eum casum perue-
nerunt, à quo non possunt initium capere.*

*2 Si equitate desiderij naturalis
ratio aut dubitatio iuris*

moretur.

^g *Coniunge
l. in ambi-
guis. de iur.
dot. l. Cuius
sol. matr.*

LXXXV. IDEM libro sexto Quæstionum.

In^g ambiguis pro dotibus respondere me-
lius est. **I** **¶** Non est nouum, vt quæ semel
utiliter

utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus exstiterit, à quo initium capere non potuerunt. 2 ¶ Quotiens æquitate^a desiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis restemperanda est.

Delitis contestatione.

LXXXVI. IDEM libro septimo Quæstionum.

Non solet deterior conditio fieri eorum qui litem contestati sunt, quàm ^bsi non: ^cnon essent. sed plerunque melior.

LXXXVII. IDEM libro tertiodecimo Quæstionum.

Nemo enim in persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit. denique post litem^c contestatã heredi quoq; prospiceretur^d, & heres tenetur ex omnib. causis.

Demora.

LXXXVIII. SCÆVOLA libro quinto Quæstionum.

Nulla^e intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est.

De successione ex testamento, vel ab intestato.

LXXXIX. PAVLVVS libro decimo Quæstionum.

Quandiu possit valere testamentũ, tamdiu legitimus^f non admittitur.

De æquitate.

XC. IDEM libro quintodecimo Quæstionũ.

In omnibus quidem, maximè tamen in iure, æquitas spectanda sit.

^a æquitate.

^c post litem contestationem.
^d prospicitur.

^e Ex l. si pupillus. de verb. oblig.

^f legitimus heres.

De successione.

XCI. IDEM libro septimodecimo
Questionum.

Quotiens duplici iure defertur alicui successio, repudiato nouo iure, quod antè defertur, supererit vetus.

De errore librarij in transcribendo.

XCVII. SCÆVOLA libro quinto Responsorū.

^a Fortè ex l. 54. de manum. testament. nam hic erratum esse videtur. ^b tenerentur.

SI ^a librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset, nihil nocere, quo minus & reus & fideiussor tenetur ^b.

De possessione rei peculiaris.

XCVIII. MÆCIANVS libro primo Fideicommissorum.

^c Coniunge l. 18. de cast. pec. ^d adipisci.

Filius familias ^c neque retinere, [neque recipere,] neque apisci ^d possessionem rei peculiaris videtur.

De his quæ abundant.

XCVIII. VLPPIANVS libro secundo Fideicommissorum.

Non solent quæ abundant, vitiare scripturas.

De eo qui defenditur.

XCV. IDEM libro sexto Fideicommissorum.

Nemo dubitat, soluendo videri eum qui defenditur.

De ambiguis orationibus.

XCVI. MÆCIANVS libro duodecimo Fideicommissorum.

IN ambiguis orationibus maximè sententia spectanda [est] eius qui eas protulisset.

De bonis deportati.

XCVII. HERMOGENIANVS libro tertio iuris Epitomarum.

EA sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perueniunt.

De lucro.

XCVIII. IDEM libro quarto de Iuris epitomarum.

QVotiens^a vtriusq; causa lucratio vertitur, is preferendus est, cuius in lucrū^b in lucro. causa tempore præcedit.

De eo qui ignorat quantum solvere debeat.

XCIX. VENULEIVS libro duodecimo Stipulationum.

Non potest improbus videri, qui ignorat quantum solvere debeat.

Quib. modis contractus vel obligatio tollitur.

C. GAIVS libro primo Regularum.

OMnia quæ iure contrahuntur, contrario iure^c pereunt.

^c iudicio.

De duobus mensibus.

CI. PAVLVS libro singulari de Cognitionib.

Vbi lex duorum mensum^d fecit mentionem, & qui sexagesimo & primo die venerit, audiendus est: ita enim & Imperator Antoninus cum Diuo patre^e suo rescripsit.

^e fratre.

Qui aduersus edictum facere dicatur.

1. De actione deneganda.

CII. VLPPIANVS libro primo ad Edictum.

Qui vetante Prætoris fecit, hic aduersus
Edictū fecisse propriè dicitur. **I** Eius
est actionem denegare, qui possit & dare.

Neminem de domo sua extrahi.

CIII. PAVLVS libro primo ad

Edictum.

^a *Extitul. de
in ius vocã.*

Nemo^a de domo sua extrahi debet.

De iudiciis famosis, & pecuniariis.

CIII. VLPPIANVS libro secundo ad

Edictum.

^b *æquipa-
rantur.*
^c *disparem.*
^d *paribus ta-
men.*

SI in duabus actionibus alibi summa ma-
ior, alibi infamia est: præponenda est caus-
sa ex estimatione, vbi autè æquiparant^b fa-
mosa iudicia, et si summam imparem^c habet,
pro paribus^d accipienda sunt.

De causa cognitione.

CV. PAVLVS libro primo ad Edictum.

^e *Ex prima
parte, & ibi de
iurisdictione
& pote-
state magi-
stratum.*

Vbiunque^e causæ cognitio est, ibi prætor
desideratur.

De libertate.

CVI. IDEM libro secundo ad Edictum.

Libertas inæstimabilis res est.

De seruo.

CVII. CAIVS libro primo ad Edictum

prouinciale.

^f *Extract. de
iurisdictione.*

Cum^f seruos nulla actio est.

De iudiciis pœnalibus.

^g *seruis.*

^h *Extitul. de
in ius Voc.*

CVIII. PAVLVS libro quarto ad

Edictum.

ⁱ *Extitul. ne
quis eñ qui
in ius Voc.*

Ferè^h in omnibus pœnalibus iudiciis & æ-
tati & imprudentiæ succurritur.

Deco

De eo qui non prohibet.

CIX. IDEM libro quinto ad Edictum.

N Vllum^a crimen patitur is qui non prohibet, cum prohibere (non) potest. ^a *Extitul. de iis qui not. infam. Vide l. liberorū, & seq. eod. tituli.*

De eo quod est plus vel minus. 1 De expromissore alienæ rei. 2 De pupillo. 3 De verbis non coniunctis. 4 De mulieribus.

CX. IDEM libro sexto ad Edictum.

I N eo quod plus sit, semper inest & minus.

1 ¶ Nemo alienæ rei ex promissor idoneus videtur, nisi cū satisfactione. 2 ¶ Pupillus pati non posse intelligitur. 3 ¶ Vbi verba coniuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum. 4 ¶ Mulieribus tunc succurrendū est cū defendantur^b, non vt facilius calumniantur. ^b defraudantur.

De pupillo. 1 De herede. De actionibus pœnalibus.

CXI. GAIVS^c libro secundo ad Edictum ^c Paulus. prouinciale.

P Vpillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse & furandi, & iniuriæ faciendæ^d. 1 ¶ In heredem non solent actiones^d faciendæ transire, quæ pœnales sunt ex maleficio: vel constat. uti furti, damni iniuriæ, vi bonorum raptorum, iniuriarum.

De actione non competente, & de exceptione.

CXII. PAVLVVS libro octauo ad Edictum.

Nihil interest, ipso iure quis actionē non habeat, an per exceptionē infirmetur.

Dototo & parte.

CXIII. GAIUS libro tertio ad Edictum
prouinciale.

IN toto & pars continetur.

De obscuris.

CXIII. PAVLVS libro nono ad Edictum.

^a solet.

IN obscuris inspici solere^a quod verisimi-
lius est, aut quod plerunque fieri solet.

Qui videntur cepisse seu accepisse.

CXV. IDEM libro decimo ad Edictum.

^b *Extitul. de calumnia-
tor. Coniun-
ge l. 2. eod.
tit. qua idē
penē princi-
pium habet.*

SI^b quis obligatione liberatus sit, potest vi-
deri cepisse^c. 1 ¶ Non potest videri ac-
cepisse, qui stipulatus potest exceptione sum-
moueri.

*De consensu, vi, metu. 1 De eo qui ius publi-
cum sequitur. 2 De consensu, & errore.*

CXVI. VLPPIANVS libro vndecimo
ad Edictum.

^d *Extitul. de
iis qua &
metu &
caus.*

^e consensu.

NIhil^d consensu tam contrarium est, qui
ac bonæ fidei iudicia sustinet, quam vis
atque metus: quem comprobare, contra bo-
nos mores est. 1 ¶ Non capitur, qui ius pu-
blicum sequitur. 2 ¶ Non videntur qui er-
rant consentire.

De bonorum possessore.

CXVII. PAVLVS libro vndecimo ad
Edictum.

PRætor bonorum possessorem heredis
loco in omni causa habet.

De usucapione. De possessione.

CXVIII. VLPPIANVS libro duodecimo
ad Edictum.

Qui

QVi ^a in seruitute est, vsucapere non potest: nam cum possideatur, possidere non videtur.

De alienatione.

CXIX. IDEM [libro tertiodecimo ad Edictum.]

Non ^b alienat, qui dumtaxat omittit possessionem.

De herede.

CXX. PAVLVS [libro duodecimo ad Edictum.]

Nemo ^c plus commodi heredi suo relinquit, quam ipse habuit.

De eo qui non facit quod facere debet: vel facit quod facere non debet.

CXXI. IDEM libro tertiodecimo ad Edictum.

Qui non facit quod facere debet, videtur facere aduersus ea, quia ^d non facit. & ^e qui facit quod facere non debet, non videtur facere id quod facere iussus est.

De libertate.

CXXII. GAIVS [libro quinto ad Edictum prouinciale.]

Libertas omnibus rebus fauorabilior est.

An quis pro alio lege agere possit. 1 De temporaria permutatione.

CXXIII. VLPIANVS [libro quartodecimo ad Edictum.]

Nemo alieno nomine lege agere potest.

ⁱ ¶ Temporaria permutatio ius prouinciae non innouat.

^a *Ex titul. quibus ex caus. maio. Sbi de vsucapione multa.*

^b *Ex titul. de alienat. iudic. mur. causa facta l. 4. §. 1. cod. titul.*

^c *Ex tract. restitutionum.*

^d *quæ non.*
^e *atqui.*

De muto, surdo. 1 Furioso.

^a Idem.

CXXIIII. PAVLVS ^a libro sextodecimo ad Edictum.

VBi non voce, sed præsentia opus est mutus si intellectum habet, potest videri respondere. idem in surdo. hic quidem [*&*] ^bresponderi. respondere ^b potest. 1 ¶ Furiosus absentis loco est, & ita Pomponius libro primo epistolarum scribit.

De actore & reo.

CXXV. GAIVS libro quinto ad Edictum prouinciale.

^cIdem Arist. **F**Auorabiliores rei potius quàm actores habentur ^c.

in Probl. sectione particula. 12. de his quæ ad ius Civile pertinent.

De eo qui pretium numerauit. 1 De acquisitione liberti. 2 De petitore & possessore.

CXXVI. VLPPIANVS libro quintodecimo ad Edictum.

^dEx titul. de pet. her. leg. etiam.
^e liberum.

Nemo ^d prædo est, qui pretium numerauit. 1 ¶ LocOpletior nõ est factus, qui libertum ^e adquisierit. 2 ¶ Cùm de lucro duorũ quærat, melior est causa possidētis.

De herede conuento in id quod ad eum peruenit.

CXXVII. PAVLVS libro vicensimo ad Edictum.

^fEx titul. de pet. her.

CVm ^f prætor in heredem dat actionem quatenus ad eum peruenit, sufficit, si vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.

De pe-

De petitore & possessore. 1 De successore.

CXXVIII. IDEM libro nonodecimo
ad Edictum.

IN^a pari causa possessor potior haberi de-
bet. 1 ¶ Hi qui in vniuersum ius succedunt
heredis loco habentur. ²*Ex titul. de
Publicana.
in rem act.*

*De eo qui suum recipit. 1 De principa-
li, & accessorio.*

CXXIX. IDEM libro vicensimo primo
ad Edictum.

Nihil dolo creditor facit, qui suum reci-
pit. 1 ¶ Cùm^b principalis causa non
consistit^c: ne ea quidem quæ sequuntur, lo-
cum habent. ^b*Coniunge
l. 178. infra
cod. titul.
c* plerunque
nec ea.

De concurrentibus actionibus.

LXXX. VLP IANVS libro octauode-
cimo ad Edictum.]

Nunquam^d actiones, præsertim pœna-
les, de eadem re cõcurrentes, alia aliam
consumit. ^d*Ex titul. ad
leg. Aquil.*

De eo, qui dolo desit possidere.

XXXXI. PAVLVS libro vicensimo se-
cundo ad Edictum.

Qui^e dolo desierit possidere, pro possi-
dente^f damnatur: quia pro possessione
dolus est. ^e*Ex titul. de
noxal. actio.
f* possessore.

De imperitia.

CXXXII. GAIVS libro septimo ad Edi-
ctum prouinciale.

Imperitia^g culpæ adnumeratur.

^g*Ex titul. ad
leg. Aquil.*

De seruis.

CXXXIII. IDEM libro octauo ad Edictum prouinciale.

MElior conditio nostra per seruos fieri potest: deterior fieri non potest.

Quomodo creditores fraudantur.

I De delicto.

CXXXIII. VLP IANVS libro vicensimo primo ad Edictum.

Non fraudantur creditores, cum quid non adquiretur à debitore: sed cum quid de bonis deminuitur. ¶ Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.

De his que dari non possunt, vel in rerum natura non sunt.

CXXXV. IDEM libro vicensimo tertio ad Edictum.

EA quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur.

De bona fide possidentis, & de veritate.

CXXXVI. PAVLVS libro octauodecimo ad Edictum.

^aEx titul. de pet. her. aut de rei vend.

Bona^a fides tantundem possidenti præstat, quantum veritas, quotiens lex impedimento non est.

CXXXVII. VLP IANVS libro vicensimo [quinto] ad Edictum.

^bEx titul. de religiosis. l. at si quis. §. sed si adita.

Qui^b auctore iudice comparuit, bonæ fidei possessor est.

De adi-

De aditione cum tempore mortis continuanda. 1 De estimatione delicti.

CXXXVIII. PAVLVS libro vicensimo septimo ad Edictum.

OMnis hereditas, quamvis postea adaeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. 1 ¶ Nunquam crescit ex postfacto prateriti delicti aestimatio.

De actionibus perpetuandis. 1 De eo, quod auferri potest.

CXXXIX. GAIVS libro ad Edictum Pratoris vrbani.

OMnes actiones quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusæ iudicio saluæ permanent. 1 ¶ Non videtur perfectè cuiusque id esse, quod ex casu auferri potest.

De absentia reip. caussa.

CXL. VLPPIANVS libro quinquagesimo sexto ad Edictum.

Absentia eius qui reipublicæ caussa abest, neque ei neq; alij damnosa esse debet.

De iure singulari. 1 De heredis.

CXLI. PAVLVS libro quinquagesimo quarto ad Edictum.

Quod contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentia. 1 ¶ Vni duo pro solido heredes esse non possunt.

*Ex tract. de
Suscip. Vi-
de etiam l.
quod sero.
de legibus.*

De eo qui tacet.

CXLII. IDEM libro quinquagesimo sexto ad Edictum.

^a *Ex titul. de
confessis.*

^b *Vnde Cic.
in Catil.*

Quid expectas, inquit, loquentium auctoritate, quorum voluntas: est tacitorum per spicis?

^c *Ex titul. de
rebus auth.
iud. poss.*

^d *Coniunge
l. s. filius fam.
militas 68. de
verb. oblig.*

^e *Ex tit. qua
in fraud.
cred.*

Qui tacet, non utique fatetur^b: sed tamen verum est eum non negare.

De contrahentibus & eorum successoribus.

CXLIII. VLPPIANVS libro sexagesimo secundo ad Edictum.

Quod ipsis qui contraxerunt, obstat, & successoribus eorum obstat.

De licito & honesto. 1 De tempore in stipulationibus spectando.

CXLIIII. PAULVS libro sexagesimo secundo ad Edictum.

Non^c omne quod licet, honestum est. **I**n stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.

An quis fraudari dicatur.

CXLV. VLPPIANVS libro sexagesimo sexto ad Edictum.

Nemo^d videtur fraudare eos qui sciunt: & consentiunt.

De eo, quod quis egit ante libertatem.

CXLVI. PAULVS libro sexagesimo secundo ad Edictum.

Quod quis dum seruus est, egit, proficere libero facto non potest.

De generalibus & specialibus.

CXLVII. GAIVS libro vicentesimo quarto ad Edictum prouinciale.

Semper specialia generalibus insunt.

De eo, cuius effectus omnibus prodest.

CXLVIII. PAULVS libro sextodecimo breuis Edicti.

CVius^a effectus omnibus prodest, eius & partes ad omnes^b pertinent.

^a *Ex titul. de rebus aush. iud. poss.*

^b vniuersos.

De lucro ex persona alterius.

CXLIX. VLPPIANVS libro sexagesimo septimo ad Edictum.

EX qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet.

De eo, qui possidet vel habet, aut dolo desit possidere vel habere.

CL. IDEM libro sexagesimo octauo ad Edictum.

Parem^c esse conditionem oportet eius, qui quid possideat vel habeat: atque eius, cuius dolo malo factum sit, quo minùs consideret vel haberet.

^c *Ex tractat. interdictorum.*

De damno.

CLI. PAVLVS libro sexagesimo quarto ad Edictum.

Nemo^d damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere ius non habet.

^d *Ex titul. ne quis in loco publ. sibi mentio damni sit.*

De vi. 1 De mandato. 2 De ratihabitione. 3 De herede.

CLII. VLPPIANVS libro sexagesimo nono ad Edictum.

HOc^e iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut [in vis] priuatæ crimen incidat. 1 ¶ Delicit & qui mandat. 2 ¶ In maleficio ratihabitione mandato comparatur. 3 ¶ In contractibus quibus doli præstatio vel bona fides inest, heres in solidum tenetur.

^e *Ex titul. de vi arma.*

De obligatione, & liberatione. De acquisitione, & amissione. De possessione.

CLIII. PAVLVS libro sexagesimo quinto ad Edictum.

² *Coniunge
I. quem ad-
modum. de
acquir. poss.
^b vt.*

Ferè ^a quibuscunque modis obligamur, hisdem in contrarium actis liberamur. cum ^b quibus modis adquirimus, hisdem in contrarium actis amittimus. vt igitur nulla possessio adquiri nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua vtrunque in contrarium actum.

De petitore & possessore. De dolo.

1 Depœna.

CLIIII. VLPPIANVS libro sexagesimo ad Edictum.

^o *Ex tractat.
interdicto-
rum.*

Cum ^e par delictum est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa: sicut fit cum de dolo excipitur petitoris. neq; enim datur talis replicatio petitori, **VT SI REI QVOQVE IN EA RE DOLO ACTVM SIT.** **I**lli debet permitti pœnâ petere, qui in ipsam non incidit.

^d *aut si non.*

*Cui factum nocet. 1 De eo qui iure suo
vitur. 2 De causis pœnalibus.*

CLV. PAVLVS libro sexagesimo quinto ad Edictum.

^o *Ex tractat.
interdicto-
rum.*

Factum ^e cuiq; suum, non aduersario nocere debet. **I** Non videtur vim facere, qui iure suo vitur, & ordinaria actione experitur. **2** In pœnalibus causis benignius interpretandum est.

Inuitum

Inuitum nõ defendere. 1 De actione, & exceptione. 2 De eo qui in alterius locum successit. 3 De auctore, & emptore. 4 De inuito.

CLVI. VLP IANVS libro septuagenfimo ad Edictum.

INuitus^a nemo [rem] cogitur defendere. ^a *Extractat. interdictorum.*
 1 ¶ Cui^b damus actiones, eidem & exceptionem competere multò magis quis dixerit. ^b *Coniunge l. 1. de superficibus.*
 2 ¶ Cùm^c quis in alij^d locum successerit, non est æquum ei nocere hoc, quod aduersus eum nocuit, in cuius locum successit. ^c *Coniunge l. 3. de iust. alt. priu.*
 3 ¶ Plerunque emptoris eadem caussa esse debet circa petendum ac defendendum, quæ fuit auctoris. ^d *alicuius.*
 4 ¶ Quod cuiq; [pro eo] præstatum, inuito non tribuitur.

De seruis. 1 De eo qui dolo fecit, quo minus haberet. 2 De successoribus.

CLVII. IDEM libro septuagenfimo [primo] ad Edictum.

AD^e ea quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris^f, ignoscitur seruis, si vel dominis, vel his qui vice dominorũ sunt, veluti tutoribus & curatoribus obtemperauerint. 1 ¶ Semper qui dolo fecit, quo minus haberet, pro eo habendus est, ac si haberet. ^e *Extractatu interdicatorum l. 1. is qui impuereur. §. si tutoris. quod si aut clam. in his ignoscitur.*
 2 ¶ In contractibus successores ex dolo eorum (quibus) successerunt, non tantùm in id quod peruenit, verum etiam in solidum tenentur, hoc est vnusquisque pro ea parte qua heres est^g.

^g heres est partiatum.

Depignore.

CLVIII. GAIUS libro vicensimo sexto ad Edictum prouinciale.

^a *Ex titul. de migrando.*

Creditor^a qui permittit rem venire, pignus dEmittit.

Differentia obligationis & dominij.

CLIX. PAVLVS libro septuagesimo ad Edictum.

^b *Coniunge l. & an eadē §. actionis. de except. rei iud.*

Non vt^b ex pluribus caussis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus caussis idem possit^c nostrum esse.

Differentia inter vendere, & vendenti consentire. 1 De eo quod fit per maiorem partem. 2 De iure legatarij.

CLX. VLPIANVS libro septuagesimo sexto ad Edictum.

^d *Ex titul. de litigiosis.*

Aliud^d est vendere, aliud vendenti consentire. 1 ¶ Refertur ad vniuersos q̄ publicè fit per maiorem partem. 2 ¶ Absurdum est, plus iuris habere [eum] cui legatus sit fundus, quàm heredem, aut ipsum testatorem si viueret.

De eo per quem factum est quo minùs editio impleatur.

CLXI. IDEM libro septuagesimo septimo ad Edictum.

^e *Extracta- tu prator. stip.*

IN^e iure ciuili receptum est, quotiens per eum, cuius interest conditionem non impleri, fiat quo minùs impleatur: perinde haberi, ac si impleta conditio fuisset. quod ad libertatem & legata & ad heredum institutiones per-

nés perducitur, quibus exemplis stipulationes quoque committuntur, cum per promissorem factum esset, quo minùs stipulator conditioni pareret.

Dereceptis propter necessitatem.

CLXII. PAVLVVS libro septuagesimo ad Edictum.

QVæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi.

De donatione, venditione, concessione.

CLXIII. VLPPIANVS libro quinquagesimo quinto ad Edictum.

CVius^a est donandi, eidem & vendendi, ^a*Extitul.de libe. caussa.* & concedendi ius est.

De heredibus & iudiciis pœnalibus.

CLXIII. PAVLVVS libro quinquagesimo primo ad Edictum.

POEnalia^b iudicia semel accepta, in heredes transmitti possunt. ^b*Extitul.de liberali caussa. l. & tique.*

De eo qui alienat, vel alienanti consentit.

CLXV. VLPPIANVS libro quinquagesimo tertio ad Edictum.

CVM quis possit alienare, poterit cōsentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis caussa cōsenserit, ratam eius voluntatem habendam.

De defensore rei alienæ.

CLXVI. PAVLVVS libro quadragesimo octavo ad Edictum.

QVI^c rem alienam defendit, nunquam ^c*Extitul.de damn. inf.* locuples habetur.

*De his quæ accipientis non fiunt. 1 De
iussu iudicis.*

CLXVII. IDEM libro quadragensimo
nono ad Ediçtum.

*Extitul. de
dq. plu. arc.* **N**ON ^a videntur data quæ eo tempore
quo dentur accipientis non fiunt.
1 ¶ Qui iussu iudicis aliquid facit, non vide-
^b quia. tur dolo malo facere, qui ^b parere necesse
habet.

De obscuris.

CLXVIII. IDEM libro primo ad Plautium.

^c capienda. **R**Apienda ^c occasio est, quæ præbet be-
nignius responsum. **1** ¶ Quod factum
est, cum in obscuro sit, ex adfectione cuiusq;
capit interpretationem.

De damno. 1 De eo quod pendet.

CLXIX. IDEM libro secundo ad Plautium.

^d damnum. **I**S damnum dat qui iubet dare ^d. eius verò
nulla culpa est, cui parere necesse sit.
1 ¶ Quod pendet, non est pro eo quasi sit.

De facto à iudice.

CLXX. IDEM libro tertio ad Plautium.

FActum à iudice quod ad officium eius nõ
pertinet, ratum non est.

De obligatione.

CLXXI. IDEM libro quarto ad Plautium.

Nemo ideo obligatur, quia recepturus
est ab alio quod præstiterit.

De ambiguis.

CLXXII. IDEM libro quinto ad Plautium.

IN contrahenda venditione ambiguum pactum cōtra venditorem interpretandum est. ambigua autem intentio ita accipienda est, vt res salua aētori sit.

De his qua condemnantur in id quod facere possunt. 1 De restitutione. 2 De mora.

3 De eo qui petit, quod redditurus est.

CLXXIII. IDEM libro sexto ad Plautium.

IN^a condemnatione personarum quæ in id quod facere possunt damnantur^b, non totum quod habent, extorquendum est: sed & ipsarū ratio habēda est, ne egeant. 1 ¶ Cū^c verbum RESTITVAS lege^d inuenitur, et si non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi. 2 ¶ Vnicuique^e sua mora nocet. quod & in duobus reis promittendi obseruatur. 3 ¶ Dolo^f facit, qui petit quod redditurus est.

Posse. 1 Derepudiatione.

CLXXIII. IDEM [libro octauo ad Plautiū.]

Quis potest facere vt possit conditioni parere, iam posse videtur. 1 ¶ Quod quis si velit habere non potest, id repudiare non potest.

De seruis. 1 De eo, qui in ius alterius succedit.

CLXXV. IDEM [libro vndecimo ad Plautiū.]

IN his^b quæ officium per liberas fieri personas leges desiderant, seruus interuenire non potest. 1 ¶ Non debeo melioris conditionis esse, quàm auctor meus, à quo ius in me transit.

^a *Extitit. de re iud.*

^b *condemnantur.*

^c *Coniunge l. Vidcamus*

de & sur.

^d *in lege.*

^e *Coniunge*

l. mora. de

verb. oblig.

^f *Coniunge*

l. dolo. 8. de

doli except.

^g *Coniunge*

l. 3. de bon.

poss.

^h *in omni-*

bus officiis.

Ne singulis concedatur, quod per magistratum publicè fieri potest. 1 De libertate, & necessitudine.

CLXXVI. IDEM libro tertiodécimo ad Plautium.

^a *Extitul. de in iur. vide l. 13. & 14. eod. titul.*

NON^a est singulis concedendū, quod per magistratū publicè possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi. 1 ¶ Infinita æstimatio est libertatis, & necessitudinis.

De eo, qui in ius alterius succedit.

De ignorantia.

CLXXVII. IDEM libro quartodécimo ad Plautium.

^b *Extitul. de hered. & ed.*

^c *dolo facere. al. in dolo esse.*

QVI^b in ius, dominium vel alterius succedit, iure eius uti debet. 1 ¶ Nemo videtur dolo^c exsequi qui ignorat causam cur non debeat petere.

De principali, & accessorio.

CLXXVIII. IDEM libro quintodécimo ad Plautium.

^d *Coniunge l. 128. sup. eod.*

CVM^d principalis causa non consistat, plerunque ne ea quidem quæ sequuntur, locum habent.

De obscura voluntate manumittentis.

CLXXIX. IDEM libro sextodécimo ad Plautium.

^e *Coniunge l. si speculib. de statulib.*

IN^e obscura voluntate manumittentis faciendum est libertati.

De eo, qui in iussu alterius solvit.

CLXXX. IDEM libro septimodécimo ad Plautium.

Quod

Quod^a iussu alterius soluitur, pro eo est, ^a *Coniunge*
 quasi ipsi solutum esset. *l. si donaturus de con-*

Sinemo adierit ex testamento.

CLXXXI. IDEM libro primo ad
 Vitellium.

*dict. causa
 dat.*

Si nemo subiit hereditatem, omnis^b v^b testame-^b omneius.
 ntamenti soluitur.

De eo, quod nullius esse potest.

CLXXXII. IDEM libro tertio ad
 Vitellium.

Quod nullius esse potest, id vt alicuius
 fieret, nulla obligatio valet efficere.

De solemnibus non facile mutandis.

De aequitate.

CLXXXIII. MARCELLVS libro tertio
 Digestorum.

Et si^c nihil facile mutandum est ex sole-^c *Ex titul. de*
 mnibus, tamen vbi æquitas euidentis po-^c *in int. resti-*
 scit, subueniendum est. *tut. leg. Di-*

De vanotimore.

CLXXXIII. CELSVS libro septimo
 Digestorum.

nus.

Vani^d timoris iusta excusatio non est.
De impossibilibus.

CLXXXV. IDEM libro octauo
 Digestorum.

^d *Coniunge
 leg. si quis ab
 alio de re
 iud.*

Impossibile nulla obligatio est.
Quando peti potest.

CLXXXVI. IDEM libro duodecimo
 Digestorum.

^a solui. **N**ihil peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam perfolui^a possit. & cum soluendi tempus obligationi additur, nisi eo ^b eo tēpore. ^b praterito peti non potest.

De eo qui uxorem pręnantem reliquit.

CLXXXVII. IDEM libro sextodecimo Digestorum.

Si quis pręnantem uxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse.

Si testator pugnancia iusserit. 1 De impossibilibus.

CLXXXVIII. IDEM libro septimodecimo Digestorum.

^c repugnancia.

Vbi pugnancia^c inter se in testamento iuberentur, neutrum ratum est. 1 ¶ Quę rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt.

De pupillo & auctoritate tutoris.

CLXXXIX. IDEM libro tertiodecimo Digestorum.

Pvillus nec velle nec nolle in ea ætate, nisi adposita tutoris auctoritate creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est.

De euictione.

CXC. IDEM [libro vicesimo quarto Digestorum.]

Quod euincitur, in bonis non est.

De beneficio principis.

CXCI. IDEM libro trigensimo tertio Digestorum.

Neratius consultus, An quod beneficium dare se quasi viuenti Cæsar rescripserat, iam defuncto dedisse existimaretur: respondit: non videri sibi principem, quod ei, quem viBere existimabat, concessisset, defuncto concessisse. quem tamen modum esse beneficij sui vellet, ipsius æstimationem esse.

De heredibus, & obligatione indiuidua.

I *Dere dubia.*

CXCII. MARCELLVS libro vicensimo nono Digestorum.

EA^a quæ in partes diuidi non possunt, solida à singulis heredibus debentur. ¶ In re dubia Venigniore interpretationem sequi, non minus iustus est, quàm tutius.

^a Coniungo
l. 3. de seruit.
leg.

De aditione cum tempore mortis continuanda.

CXCIII. CELSVS libro trigensimo octauo Digestorum.

OMnia ferè iura heredū perinde habentur, ac si continuò sub tempore^b mortis heredes exitissent.

^b sub tempore.

De heredibus heredum.

CXCIII. MODESTINVS libro sexto Differentiarum.

Qui per successionem^c quamuis longissimam defuncto heredes cōstituerunt^d, non minus heredes intelliguntur, quàm qui principaliter heredes existunt.

^c cessionem.
^d al. existunt.

De expressis, & tacitis.

CXCV. IDEM libro septimo Differentiarum.

^a *Ex l. nonnunquã. de cond. & demost.*

EXpressa^a nocent, non expressa non nocent.

De priuilegiis.

CXCVI. IDEM [libro Octauo Regularum.]

^b *Ex titul. de iure immunit.*

Priuilegia^b quãdam causã sunt, quãdam personã. & ideo quãdam ad heredem transmittuntur, quã causã sunt: quã personã sunt, ad heredem non transeunt.

De coniunctionibus, licito, & honesto.

CXCVII. IDEM libro singulari. De ritu nuptiarum.

^c *Coniunge l. 42. de rit. nep.*

Semper^c in coniunctionibus^d non solum quid^e liceat, considerandum est: sed & quid honestum sit.

^d conuentionibus.

De dolo tutoris.

^e quod licet.
^f & quod.

CXCVIII. IAVOLENVS libro tertio decimo ex Cassio.

Nequè in interdicto, neq; in ceteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, siue soluendo est, siue non est.

De eo qui imperio magistratus non paruit.

CXCIX. IDEM libro sexto Epistolarum.

^g nõ obtemperat.

Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non paruit^g.

De minori iniquitate eligenda.

CC. IDEM libro septimo Epistolarum.

Quotiens nihil sine captione inuestigari potest, eligendum est quod minimum habeat iniquitatis.

De his

De his, quæ ex testamento proficiscuntur.

CCI. IDEM libro decimo Epistolarum.

OMnia quæ ex testamento proficiscuntur, ita statū euentus capiunt, si initium quoque^a sine vitio ceperint. ^a quidem.

Definitiones esse periculosas.

CCII. IDEM libro vndecimo Epistolarum.

OMnis definitio in iure ciuili, periculosa est.^b parū enim vt nō subuerti posset. ^b rarum.

De damno & culpa.

CCIII. POMPONIVS libro octauo ad Quintum Mucium.

Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur^c damnum sentire. ^c sibi imputare debet.

De actione.

CCIII. IDEM libro vicensimo octauo ad Quintum Mucium.

Minus est actionem habere, quàm rem. *De his quæ à nobis abire possunt.*

De obligatis fisco.

CCV. IDEM [libro trigesimo nono ad Quintum Mucium.]

Plerunque fit, vt etiam ea quæ^d nobis a-^d quæ à nobis
vire possint, proinde^e in eo statu, sint at-^{bis}.
que si non essent eius conditionis, vt abire^e Perinde.
possent. & ideo quod fisco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & seruitutem [in] prædio imponere possumus.

Ne quis lucretur cum iactura alterius.

CCVI. IDEM [libro nono ex variis
lectionibus.]

Iure naturæ æquum est, neminem cum al-
terius detrimento & iniuria fieri locuple-
torem.

Dere iudicata.

CCVII. VLPPIANVS libro primo ad le-
gem Iuliam & Papiam.

*Coniunge
Lingenuum
de stat. ho-
minū cum
alijs.*

Res ^a iudicata pro veritate accipitur.
Desinere habere.

CCVIII. PAVLVVS libro tertio ad legem
Iuliam & Papiam.

Non potest videri desuisse habere, qui
nunquam habuit.

De seruitute.

CCIX. VLPPIANVS libro quarto ad le-
gem Iuliam & Papiam.

Seruitutem mortalitati ferè compara-
mus.

De institutione.

CCX. LICINIVS RVFINVS libro se-
cundo Regularum.

*b tractu
temporis.*

Qvæ ab initio inutilis fuit institutio, ex
postfacto ^b conualescere non potest.

*De seruo & de absentia reip.
caussa.*

CCXI. PAVLVVS libro sexagesimo ad
Edictum.

Seruus reipublicæ causa abesse non po-
test.

D E C L A.

DECLARATIO
 PER MODVM OECONOMIAE seu dispositionis tituli
 De Diuersis Regulis
 iuris antiqui.

REGVLÆ quæ iusti atq; iniusti scientiam *Regula.*
 breuiter comprehendunt, circa generalia Iuris præcepta versantur. Et concipi solent. Aut sub vniuersali signo *l. omnes l. in omnibus, l. omnia, l. nullum, cum similib. hoc tit.* Aut indefinito *l. 2. & 3. cum similibus hoc tit.* quod vniuersali æquipollet, *l. si ex pluribus. π. de legat. 2.* Aut aliis dictionibus: quæ si non omnia, tamen multa comprehendunt: vt *Ferè l. ferè 100. & 190. h. t.* Plerunque *l. plerunque h. t.* Frequenter *l. ea quæ 65. cum similibus h. t.*

Sed Cum in toto iure generi per speciem derogetur *l. in toto h. t.* fit vt regularum quæ res generatim comprehendunt definitio existat periculosa *l. omnes 20 3. h. t.* vt non temere eis sit fidendum. nec enim rarò subuertuntur ostensa lege ratione, aut distinctione aliqua propter quam in præsentī specie locum habere non debeant. Quod cum fit, amittunt suum officium quasi exclusa exceptione. *Periculosa definitio- nes.*

Vt autem omne ius, ita & Regulæ quæ inde sumuntur, ad personas, res & actiones

Ad personas.

pertinent. Ad *Personas* hæ, quibus definitur Quæ in parte feminæ sint maribus deteriori iure l. 2. & 111. Quo utantur iure furiosi, l. 5. & 41. & 167. Muti, surdi l. 167. Liberi l. 148. Filiifamilias l. 4. & 94.

Deinde quæ sint iura libertatis & liberorum l. 21. & 107. & 137. & 140. & 195. Seruitutis & seruatorum l. 33. & 108. 136. 161. 176. 189. & 212. Possessorum l. 199. tam bonæ fidei l. 180. quàm malæ fid. l. 169. Item eorum qui dolo deserūt possidere l. 174. 193. & 200. Emptoris & venditoris l. 199. Fideiussoris l. 44. & 111. Socij l. 48. Debitoris l. 67. & 96. & c.

Heredes.

Postremo quæ sint iura testamentium & intestatorum l. 7. & 142. Heredum l. 6. & 39. 44. 45. 60. 90. 112. 153. 154. 155. 163. 171. 184. 192. 195. 199. & 200. Bonorum possessoris l. 118. & 171. & Successoris l. 138. Authoris l. 138. Tutoris l. 74. Pupilli l. 2. 5. 111. 112. & 150.

Bonorum possessores.

Ad Res.

Ad *Res* pertinent eæ Regulæ quæ ostendunt, quid iuris sit in toto & parte l. 114. 111. & 191. Quanta in rebus cautio l. 261. Quid obtineat in rebus quæ nullius censentur in bonis l. 143. Quid in rebus quæ sunt in alicuius: tam corporalibus, vt est domus quæ dicitur tutissimum cuiusque refugium l. 62. & 104. quàm incorporalibus. cuiusmodi sunt iura sanguinis l. 8. Testamentorum l. 12. 20. 90. 202. & 211. Legatorum l. 18. Hereditatum l. 39. 63. 74. 92. & 181. Repudiationis l. 35. Potestatis

testatis l. 18. & 19. Nuptiarum l. 31. & 158. Actuum legitimorum l. 78. Contractuum l. 18. 19. 20. 28. 32. & 46. Obligationum l. 131. 145. & 196. Alienationis l. 163. & 206. Translacionis iurium l. 55. 121. 163. & 186. Iustus, mandati l. 61. 130. 140. & 200. Rati habitio- nis l. 61. & 195. Venditionis l. 61. 121. & 131. Donationis l. 54. 70. 83. 124. 126. & 199. Dotis l. 86. Stipulationis l. 187. Aliorumque facto- rum l. 32. 90. & 198. Quid seruetur in iis quæ contractibus accedunt, vt sunt Res de quibus contrahitur l. 46. & 145. Possibiles aut im- possibiles l. 91. 120. 178. & 149. Item in iis quæ contractus aut firmant l. 30. 86. & 211. vt ius Pignoris l. 119. aut representant, vt tempus l. 14. 17. & 30. aut tollunt l. 36. & 102. Item de circumuentione l. 50. & dolo ac culpa: quis videlicet intelligatur esse in culpa l. 37. 51. 130. 175. & 204. Dolo l. 56. 64. 79. 80. 110. 116. 117. 128. 134. 138. 160. & 171. Moral. 64. 89. & 139. aut alio delicto l. 177. 195. & 198. Quid præster bona fides l. 58. & 179. Possessio l. 196. Fructus rei l. 72. Euictio l. 151.

*Que firmant
& que re-
presentant.*

Sed in primis & præcipuæ Regulæ tradun- tur de interpretatione Nominum, Verborū & Clausularum, quæ actionibus hominum explicandis adhibentur: vt quam vim habe- ant, & quomodo interpretanda sint Obscu- ral. 9. 42. 140. & 129. Dubial. 21. 57. & 153. Am- bigual. 68. 86. & 97. Repugnantial. 149. Ca- uillationibus obnoxia l. 201. Rarò vel fre- quenter accidental. 65. & 115. Singularia l.

*Nomina.
Verba.
Clausula.*

184. Quae in parte in genere præcipitur iustis decretis rem temperandam esse l. 86. In omnibus, maximè tamè in iure, id est, Iudicio spectandam esse æquitatem l. 91.

In contractibus qua cōsideranda. In contractibus primò inspiciendum quid actum, etiam si verba non consonent l. 93. & 95. Tum Consuetudinem. postremò id quod est Minimum l. 35. & tempus contractus l. 19. & 30.

Actiones. Ad actiones & iudicia ex Regulæ spectāt quibus definitur quid sit Ius gladij l. 71. Quæ potestas Magistratus l. 103. Iudicis l. 132. & 137. Quid sit arbitrium l. 23. Quæ vis Cognitionis & iudicij l. 28. 7 3. & 106. Item de iure petitionis l. 34. Actoris l. 42. & 43. & 89. Procuratoris l. 166. Reil. 42. & 168. Defensionis l. 53. 199. & 127. An proponi possint plures Actiones, An plures Exceptiones. l. 44. Quæ Actio alia momentosior l. 105. De petitionibus ante tempus l. 147. Transitoriis in heredem l. 170. Pœnalibus l. 173. Quis Actionem dare possit l. 103. De effectu Exceptionis l. 113. Et litis contestatæ l. 87. 88. 99. 125. & 182. Quis condemnare possit l. 38. & quatenus l. 39. Item in Condemnationibus spectandam *ὀμείκεια* & æquitatem l. 91. præsertim in pœnalibus l. 198. Adhæc ætatem & imprudentiam l. 119. Effectum autem rei iudicatæ esse, ut pro veritate habeatur l. 208. Atque alia id genus.

REGVLÆ ET PRÆ-
CEPTA NON NVLLA
EX CORPORE IVRIS
ſparſim deſumpta ordine
Alphabeticō.

ABSVRDVM intellectum ab omni diſpoſitione reiiciendum l. nam abſurdum de bon. libertor. l. 1. §. unde quaeritur. de publica.

Ab omni vi atque iniuria penitus abſtinentium l. 1. §. 1. quod vi aut clam.

Actum dubium in meliorem partem accipiendum l. cum creditor. de furtis.

Ad impoſſibile neminem obligari. l. ſi quis in graui. ad Syllan.

Alterius factum, alteri non obeſſe. l. de pupillo. §. ſi plurimum. de oper. no. nun.

Alieno odio neminem prægrauari. l. ſi quis in ſuo. §. legis C. de inoff. teſt.

Aliis non nocere quod inter alios actum eſt. l. quia non debet. de iure iur.

Arte non concedi quod naturaliter denegatur. l. ubi repugnantia. §. 1. de reg. iur.

Authoritatem maiorum etiam in illicitis excuſare. c. dixit XIII. q. v.

Authoritate propria neminem ius ſibi dicere poſſe. l. 1. §. 1. quo legato. l. uni. C. ne quis in ſu. cau. iud.

Beneficium propter aliquem conſeſſum, in eundem minimè retorquendum. l. ſi iudex. in ſi. de minor.

Bonam voluntatem plerumq; pro facta reputari l. si quis in testamento. § l. vter in fin. de condition. instit. l. cum heres. vers. seruire. de statu lib.

C *Cauendum ne respectu nocentis innocens patiatur. l. si. in fi. C. de his qui latro. l. pregnantis. 7. de pœn.*

Certa pro incertis relinquenda non esse. l. cogi. §. idem querit. cum gloss. ad Trebel.

Contra ius aut bonos mores conuentiones hominum non valere. l. pacta qua contra. C. de pact.

Contra vim atque iniuriam licitam esse defensionem. l. vt vim de iust. § iur. l. scientiam. §. qui cum. ad l. Aquil.

Contra proprium factum neminem venire permitti. l. post mortem. de adopt.

Cum alterius detrimento nemini consulendum. l. nec auus. C. de emancip. liber. c. primum xxii. q. ii.

Cum alterius iactura neminem locupletari debere. l. nam hoc natura. de condit. indebit.

D *Deceptis, non decipientibus subueniendum. l. § primo. §. verba. ad Velleian.*

Dolis ac fraudibus modis omnibus occurrendum. l. i. de dolo. c. sedes de rescript.

Discordiarum occasiones penitus remouendas. l. equissimum. de usufruct. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2.

De minimis considerationem non habendam. l. scio de in integ. restit.

E *Eadem vel simili ratione suadente idem*

ius

ius statuendum. l. illud. ad l. Aquil.

Effectus in consequentiam prodeuntes non attendi. l. 1. de autor. tutor.

Errantes & ignorantes consentire non videri l. si per errorem. de iurisd. omn. iud.

Æquitatem rigori præferendam. l. placuit. C. de iud.

Ex causa nonnunquam à communibus regulis recedendū. l. ita vulneratus. ad l. Aquil. l. utilitatem. de confirm. tutor. & l. si domum. §. qui confitetur. de leg. 1.

Executionem non faciendam iuris ordine prætermisso. l. si cum nulla. de re iud. l. 1. C. de execut. rei iud.

Factum procuratum non prodesse. l. si seruus. §. de leg. 1.

Facilius tolli ius speciale quàm commune l. eius. §. 1. de milit. test.

Facilius omitti ius quarendum quàm questum. l. si. C. de acq. poss.

Facilius dari exceptionem quàm actionē. l. 1. §. cui damus. de superfic.

Facilius remitti sperata quàm possessa. l. cū hi. de transact. l. unum. §. si rem. de leg. 2.

Fidem violanti, fidem non seruandā. l. cum proponas. C. de transact.

Finalem causam diligenter inspiciendam. l. verum de furt.

Generalibus semper specialia derogare. l. in G toto. de re. iur.

Gravius in committendo quàm in omitendo delinqui. l. Metrodorum. de pæn.

H *Honorem lucro inò etiam vita preferendum. l. isti quidem. quod met. caussa.*

Honestatis ius ab omni debito excipiendum. l. quod ex libera. C. de oper. libert.

I *In alienis rebus gerendis bonam fidem desiderari. l. 1. de solut.*

In alieno facto ignorantiam facile tolerari. l. fin. π. pro suo.

In dubio à verborum proprietate non recedendum. l. non aliter. de leg. 3.

Inducta ad unum finem contrarium effectum nō operari. l. legata inutiliter. de adimen. legat.

In malis quod minus est spectandum. c. iuravit. §. c. non solum. xxiii. q. iii.

In necessitatibus leges non seruari. l. ut gradatim. §. 1. de mun. §. honor.

In obscuris secundum magis verisimilia iudicandum. l. in obscuris. de reg. iur.

In pari caussa damno magis quam lucro cōsulendum. l. fin. §. licentia. C. de iur. de lib. l. at si quis. §. sed et si. de relig.

In re dubia benigniorem semper fieri interpretationē. l. proximē de his quæ in test. de len.

In uno grauatum, in alio releuandum. l. eī qui. π. de iure iur.

Iusta petenti facile assentiendū. l. 2. de his qui sunt sui. l. §. Attilicinus. de seruit. rust. præd.

Ius speciale in consequentiam non trahendum. l. quod verò contra. de legib.

L *Leges non verbis, sed rebus impositas esse. l. 2. C. commu. de legib.*

Leges

Leges non ex verbis, sed ex mente intelligendas. l. scire leges. de legib.

Leges ignorare nemini permissum. l. leges. C. de legib.

Legibus non exemplis indicandum. l. nemo. C. de sententiis.

Legitimè factò pœnam non deberi. l. Gracchus. C. de adult.

Legis imperio voluntatem non factum coerceri. l. 1. C. ad l. Cornel. de sicar.

Licitiprætextu illicitum non permitti. l. 2. de extraord. crimin.

Licitum coarctari ut illicitum emittetur. l. tutor. §. 1. de suspect. tutor.

Maiorum præcepta iusta, vel iniusta non M contemnenda. l. 1. de oper. no. nuncia.

Maioribus periculis diligentius occurrendum. l. 1. §. sed & si quis. de Carbo. edict.

Maleficiis minimè indulgendum. l. in fundo de rei vend.

Mediam viam in perplexitatibus eligendam. l. si pater familias. de her. instit. l. antiqui si pars hered. pet.

Multa ex postfacto tolerari quæ ab initio prohibentur. l. patre. de his qui sunt su. vel alien. in. l. circa. de inoff. test. l. 1. §. biduum: quando appellan. sit.

Multa in consequentiã permitti, quæ principaliter denegantur. l. 1. de autor. tut.

Neminem ex suo dolo, vel calliditate, rele- N nari. l. rerum. §. tempus. pro socio.

Neminem multiplici onere prægravandã.

l. nauis §. cùm autem. ad l. Rhod. de iac.

Neminem ex suo benefacto in periculum trahi. l. ne ex liberalitate. de re indic.

Nemini officium suum damno verti debere. l. sed & si quis quem ad. test. aperian. l. si seruus. §. quod verò. de furt.

Nemini iniuriã facere, qui iure suo utatur. l. Proculus. & l. fluminũ. in fi. de damn. infect.

Nemini casum, sed culpam imputari. l. si ex plagis. §. fi. ad l. Aquil.

Non factum, sed faciendi causam inspiciendam. l. verum. de furt.

Non cupiditatibus, sed iustis affectionibus indulgendum. l. illud. de manumis. vindic.

Non negligentibus, sed impotentibus succurrendum. l. non enim ex quibus caus. maior.

Nobiliores presumptiones semper in dubiis eligendas. l. mer. to. pro socio.

Nullum violentum perpetuò tolerandum. l. 2. de his qui sunt sui.

○ *Odia restringi, fauores ampliari debere. l. cùm quidam. de lib. & posth.*

Omnem actum ab agentis intentione indicandum. l. 1. C. ad l. Corn. de sicar.

Omne commodum cum suo onere pertransire. l. cum fisco. ad Syllan.

Omne incommodũ aliquo commodo compensandum. l. 1. §. fi. de aqua plu.

P *Paria delicta mutuò compensari. l. viro. in fi. solut. matr.*

Plura specialia ad idem minimè cumulanda. l. 1. C. de dot. promis.

Prodesse

Prodesse alteri neminem cogi, sed tantum obesse vetari. l. in summa. §. uem Varus. de aqua plu. arcen. l. fi. §. diuus quoque Marcus. de public.

Publicam utilitatem priuatorum commodis preferendam Authent. res. qua. C. cōmun. de legat.

Qua ab initio sunt voluntatis, ex post facto esse necessitatis. l. sicut. C. de action. §. oblig.

Quod nemini nocet & alicui prodest, facile concedendum. l. 2. §. 1. de aqua plu. arcen. l. rescripta. C. de preci. impe. offe.

Quod quis in se approbat, in alio reprobare posse. l. in arenam. C. de inoff. iest.

Quod quisq. iuris in alium statuerit, ipsum quoq. eodem uti debere. l. quod quisq. ius.

Rationes naturales pro legibus amplectendas. l. cum ratio. de bon. damn.

Res magis intuendas quam verba. l. promittendo. de iur. dot.

Satis esse si quis vel in modico amici opera consulatur. l. tutori. C. de neg. gest.

Satius esse nocente absolui, quam infontem damnari. l. absentem. de pœn.

Sine culpa pœnam non infligi. l. sancimus. C. de pœn.

Tristes euentus non facile considerandos. l. T inter. §. sacram. de stipul.

Turpia vel contraria allegantes merito repelli. l. 1. C. de furt. l. transactione. C. de transact.

Ubique equitas suadet, subueniendum. l. diuus. de in integ. restit.

Volent neque vim neque iniuriam fieri. l. cum donationes. C. de transanc. l. i. vers. filij. π. de iniu.

Voluntate sublata omnem actum parem esse. l. fœdissimam. C. de adult.

Ultima prioribus derogare. l. pacta nonissima. C. de pact.

F I N I S.

* *
*

** §. his igitur
instit. de
iust. & iur.*

OMNIS ^a igitur disciplinæ progressus, à generalibus præceptis rectè deducitur, quæ veluti cuiusq; artis fundamenta ad omnium specierum, atq; indiuiduorum cognitionem ita necessaria sunt vt neque ignorari, neque in dubium reuocari debeant. Planè ignorari vniuersalia non possunt, sine quibus ad particularium notitiam minimè peruenitur. Reuocari in dubium non debent, cùm vel ipsa sint luce clariora, vel notius supra se habeant nihil.

S E R I-



SERIES AC

DISPOSITIO OMNIUM TRACTA- TIVUM AC TITULORUM

qui ordine in libris Pandectarum ex-
plicantur. Ex D. WESEMB. & D.

CVIACII scriptis.



ANDECTARVM diuisio quã *Vniuersalis Pandectarũ*
hodie vulgò fieri videmus, *partitio seu*
qua tribus earum partibus *distributio.*
constituit prior *Digestum*
vetus, altera *Infortiatũ*, tertia
Novum appellatur: neq; sanè vetus est, nec
admodum concinna. Est enim perpetuus Di-
gestorum ordo ac contextus quinquaginta
omnino libris absolutus, quos in septẽ par- **L. LIBRI**
tes principales Iustinianus distribuit: quarũ
prima huius artis, *Judiciorum* & *usus forensis*
principia atq; elementa cõtinet: vnde π ω ϵ θ - I.
 π nominantur. Secunda, *Judicia realia*, & II.
his confimilia. Tertia. *Res creditas*. Quarta, III. IIII.
Pignora, Iura dotium, coniugiorum, tutela-
rum, Quinta, *Vltimas voluntates*. Sexta, *Pos-* V. VI.
sessiones bonorum, interdicta, exceptiones & *a-*
ctiones. Septima, *Stipulationes, iudicia crimi-* VII.

*Particula-
ris partitio.*
π π.

*nalia, appellationes, iudicia fiscalia, alia quædã
extraordinaria: & deniq; epilogum, quo ex-
positis Verborũ significationibus, & Rerum
omnium regulis, vno quasi fasciculo omnia
comprehenduntur & colliguntur. Hac sum-
matim vniuersali partitione ac disputatione
Pandectarum dicta, particularem attinga-
mus.*

LIBRI I.
TIT. 22.

A Iustitia, quam Iuris authores colunt, &
à iure quod profitentur exordiũ sumit-
tur. 1 *De iustitia & iure:* deinde traduntur
prima artis principia aliãque significationes
iuris, 2 *De origine Iuris:* deinde partes &
species, 3 *De legibus & Senatusc. & longa
consuetudine j. tacito populi consensu pluri-
morum annorum obseruatione inueterato.*
Quarta inde pars Iuris sequitur, 4 *De con-
stitutionibus Principum:* cuius Augusto pri-
uilegio eadem est potestas quæ populi fuit.
Quibus iuris partibus expositis 5 *De statu
hominum:* seu iure cuiusque agit: 6 *De his
scilicet qui sui,* vt patres familias, qui scilicet in
domo sua dominium obtinent, *vel alieni iu-
ris sunt:* vt filii familias aut serui: & qui ex lege
per adoptionem fiunt, 7 *De adoptionibus,*
quoad scilicet emancipentur.

*Magistra-
tuum multi-
plex diuisio.*

Differentia & qualitate hominum expo-
sita 8 *De diuisione rerum* agit: quam
multiplex diuisio Magistratum, apud quos
disceptant de suis rebus homines, sequitur:
9 *De senatoribus* qui à Censoribus in Sena-
tum lecti erant cõsilij publici causa. 10 *De
officio*

officio Consulis, qui conuocando Senatu & summæ rei præsit. 11 *De officio præfecti prætorio*, qui disciplinæ aulicæ: 12 *De officio præfecti vrbi*, qui disciplinæ vrbana: 13 *De officio Quæstoris*, qui pecuniæ publicæ conquirendæ & conseruandæ curam gerit. 14 *De officio Prætorum*, Vrbaninempè & Peregrini, qui ius dicebant inter ciues & peregrinos: 15 *De officio præfecti vigilum*, cui commissæ sunt vrbis excubiæ & vigilum cohortes. §. Et hi quidem in Vrbe: sequentes tituli de his qui in prouincia ius dicunt: Magistratus prouinciales mittebantur vel in prouincias Consulares Senatus populiq; nomine cum generali summoq; (vt in libera Repub. vñtatam antea fuerat) imperio tit. 16 *De officio Proconsulis*, quem cum imperio consulari mittebat Senatus: & *legati*, cui scilicet mandarent iurisdictionem suam. nec enim legatos suo sibi iudicio delegebat: Vel in Cæsareas prouincias mittebantur cum imperio non æquè libero, sed ad Principis diploma restricto. tit. 17 *De officio præfecti Augustalis*, qui in Ægypti prouinciam mittebatur proconsulari potestate, ex equitibus, non ex Senatoribus. 18 *De officio præsidis*, quem mittebat princeps in prouin. 19 *De officio procuratoris Cæsaris*, qui scilicet in prouin. iudicat inter fiscum & priuatos, vel iudiciũ dat, licet de crimine non cognoscat. 20 *De officio iuridici*: Alexandrinos namq; vno iudice fuisse contentos quem Cæsar dedisset, scribit Spartia-

nus. 21 Quibus omnibus delegati iudices, *De officio eius cui mandata est iurisdictio: & Adfellores, confiliarij & comites administra-* bant. 22 *De officio adfessorum.*

LIBRI II.
TIT. 15.

PRæcognitis his Magistratuuum officiis aptè exquiritur in genere. 1 *De Iurisdictione*, quæ propriè notio est quæ iure magistratus competit. Hanc sequitur edictum. 2 *Quod quisq; iuris in alterum statuerit ut ipse eodem utatur*, aduersus eos qui in magistratu ius dixerunt iniuriosè. Item aliud. 3 *Si quis ius dicenti non obtèperauerit, &c.* vt sua constet iudiciis & decretis authoritas. Ita ordinata & munita iudiciorum & actionū impetratione, videndum est quo ordine agatur apud magistratum: Tit. 4 *De inius vocando* initium agendi præbet. 5 *Si quis in ius vocatus non ierit, &c.* multatur. 6 *In ius vocati ut eant, aut satis vel cautum dent.* 7 Prohibitio fit pœnali edicto: *Ne quis eum qui in ius vocabitur, vi eximat.* Quia verò dictum est tit. 6. vt satis vel cautum dent, necesse est explicare. 8 *Qui satis dare cogatur, vel fideiussore dato, vel iuratavel nudapromissione.* 9 Aut vadibus, *Si ex noxali causa, &c.* 10 In eum verò, *Per quē factū erit*, dolo malo quo minus qui cauerat iudicio sisti, &c. datur actio in id quod interest, quæ pro pœnali habetur. 11 *Cautiones iudicio sistēdi causa factas*, deferens incidit in pœnam stipulatione comprehensam. Excusant tamē non nunquā 12 *Feria. j.* quieti dies à ciuilibus iudiciis: aut

Dila-

Dilationes petitæ per defensores. Actor. 1 3. *Edendo* actionē & instrumēta litis, ius omne suū quo vsurus est explicat. 14 Quo introspēcto perpensoq; reus nonnunquā *Pactis*, 15 aut *Transactionibus* litem componit.

EXPLICITIS tractatibus de in ius vocando & LIBRI III.
de cautione iudicio fisti rectè datur tit. TIT. 6.

1 *Depostulando*. 2 Subsequitur enumeratio eorū. *Qui notatur infamia*, quiq; pro aliis postulare. j. pro tribunali petere, pro se vel pro alio non possunt. 3 *De procuratoribus* agitur qui pro actore rē in iudiciū deducunt, & *defensoribus* qui pro reo. l. si mater. §. hoc iure de execut. rei iud. 4. Quibus similis est Procurator seu syndicus *Cuiusq; uniuersitatis nomine* agens: 5 & *Negotiorum gestor* seu voluntarius procurator. 6 Et generatim *Calumniatores* qui scientes prudentesq; per fraudem litem faciunt alteri.

SI ne sic quidem exceptionib, lis coëat aut LIBRI III.
seuasio procedat, tentat reus eā à sua per- TIT. 9.
sona æquitate suæ causæ impetrare, nō quidē inficians quin stricto iure teneatur. 1 Sed ostendens æquū esse, *In integrū restitutione*, à seueritate iudicij absolui. 2 *Vt metus causa*, Aut 3 *Dolo malo* inductus. 4 Aut vt *Minor xxv. annis* circumuentus, Aut 5 *Capitis minutione* in fraudē adductus. 6 Per absentia, alia sive iustas occasiones *Ex quib. causis maiores*, &c. 6 Aut sexto, si quis re alienata dolo malo molestū aduersarium pro se subiecerit *alienatione mutandi iudicij causa facta*. 8:

Fit etiam vt excipiat reus de facto compromisso *ex receptis arbitris*, petatque rem à iudicib. compromissariis componi. Quam exceptionem iudex admittit minuendarum litem causa, cogitq; arbitrum sententiam dicere quasi obligatum ex recepto: 9 Eorum exemplo, qui eo ipso quo quid recipiunt, ex causa recepti obligantur, sub tit. *Nauta campanes stab.* Et hæc quidē τὰ δεῖται sunt & principia iudiciorum in quibus exponendis prima Pandectarū pars insumitur. De his enim omnibus antè quæri & excipi potest & etiam solet, quam reus *iudicium* suscipere, & sua responsione litem contestari compellatur.

PAND. PARS SECVNDA.

LIBRI V.
TIT. 6.

A COMPROMISSARIIS transit ad iudices ordinarios, j. qui ex ordine dantur à Magistratibus & 1. *De iudiciis* agit, & *ubi quisq; agere vel conueniri debeat.* Iudicia aut sunt ciuilia, aut criminalia, aut fiscalia seu extraordinaria. Ciuilia aut merè ciuilia aut prætoria: illa rursus aut realia, aut personalia, aut ex his permixta. Reales actiones aut vniuersales sunt quibus vniuersitas rerum petitur. 2 vt *De inefficioso testamento* quærela. 3 aut *De petitione heredit.* siue pro toto: 4 siue pro parte, *Si pars hered. petat.* 5 Siue ab herede, siue bonorum possessore, *De possessoria hereditatis petitione.* 6 Siue etiam à fideicommissariis quibus ex SC. Trebelliano restituta est hereditas: nam & hi heredes imitantur, *De fideicom. hered. petit.*

Eiusmodi

Eiusmodi autem res sunt aut corporales LIBRI VI.
 aut incorporales. Ad corporaliū rerum TIT. 3.
 persecutionem competunt. 1 *Rei vindica-*
tio, quę est proprietatis assertio. 2 *Publicia-*
na in rem actio tam directa, 3 quàm utilis si a-
ger vectigalis, id est, *emphyteuticiarius* petatur.

Res incorporales quę vindicantur sunt LIBRI VII.
 seruitutes, quarum alię personales sunt, TIT. 9.
 alię prædiorū. Seruitutes Personarum, id est,
 quib. prædia personis seruiunt: vt 1 *De usu-*
fructu, & *quę ad. quis ut a. fr.* 2. Qui variis mo-
 dis acquiritur tit. *de usufr. ad cresc.* 3 Et ex-
 tinguitur *quādo dies usufruct. leg. ced.* 4 A-
 mittiturq; variis modis. *quib. modis*, & c. 5 Vt
 nec vno modo constituitur, *usufruct. earum*
rerum quę usu consum. 6 Actio autem, *Si*
usufructus petetur, vel ad alium pertinere ne-
getur, duplex est, Confessoria qua actor asse-
 rit sibi usufruct. deberi. alia Negatoria quę
 domino qui negat rem suam alij per usufr.
 seruire, competit. 7 In personalibus serui-
 tutibus sunt etiā *Opera seruorum*: 8 Itemq;
Vsus & habitatio. 9 Quarum omnium ser-
 uitutū nomine *Vsufructuarius quem ad. ca-*
net, se vsurum boni viri arbitrato.

A Personalibus ad reales transit tit. 1. *De* LIBRI VIII.
seruit. quarum alię sunt. 2 *Urbanorū* TIT. 6.
prædiorum. 3 alię *Rusticorū præd.* Quę etsi
 docendi causa sic distinguuntur, tamē multa
 habent inter se 4 *communia præd.* Vt verò
 de usufructu ita & de iure prædiorū duę sunt
 actiones, Confessoria. 5 *Si seruitus vindi-*

ctur. & Negatoriaque seruitutē negat, libertatemq; adlerit. At non etiam quibus modis Vfusfructus interit, & 6 *Seruitutes amittuntur.* nam confusione tantum intereunt. j. acquisitione dominij vtriusq; prædij, & non vtedo, siue vsucapione libertatis, aut cessione.

LIBRI IX.

TIT. 4.

Magnam autem cum iudiciis istis realib. & vindicationibus affinitatem habent Actiones noxales, quæ nõ ex contractu aut verò aliquo delicto vt Actiones personales, sed ex facto aut quasi delicto oriuntur. 1 Aut occasione rei quæ possidetur, competunt: vt *Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.* quõ de damno sine iniuria dato agitur. 2 Aut damno iniuria dato, vt per hominem, tit. *ad legem Aquiliam.* 3 Aut quum causa damno præbita est, *De his qui deiecerint vel effud.* Quibus actionibus noxalibus de pauperie & damno, datur generalis tit. 4 *Denoxalibus actionibus,* quarum hæc est vis ne multetur dominus vltra deditioem noxæ, si dedere malit quàm damnum sarcire.

LIBRI X.

TIT. 4.

His iusto ordine annectuntur & mixtæ actiones, quarum pleraq; reales verè sunt, quamuis præstationes personales habeant, vt 1 *Finium regundorum:* quæ inter confines redditur. 2 *Familia erciscunda.* j. diuidundæ, vt familiæ nomine significetur res vel pecunia hereditaria, non hereditas quæ diuidi nõ potest. l. 8. de rei vind. 3 Et *communi diuidundo,* quã act. τὸ εἰς δατητῶν ἀίρεσις Græci rhetores vocant. 4 Quibus mixtis act. adiungitur

TUR

tur actio *Ad exhibendum*, quæ præparatoria quum sit vindicationis, nõ notat personã, sed in rem exhibendam generaliter concipitur.

Item quæ ex responso datur actio. 1 *Interrogatoria actio* dicitur intencionis actoris formandæ & instruendæ causã. 2 Et quæstio, *De quibus rebus ad eundem indicem eatur*, si conditio personarum actiones variauerit. 3 Quædam porrò actiones quidem sũnt, non tamen ex contractu, sed ex facto oriuntur, & in rem, hoc est, ad recuperationem damni diriguntur, vt actio *De seruo corrupto*. Cuius corrumpendi duæ species notantur, 4 si quis ei suaserit fugere, *de ser. fugit*. 5 aut alea ludere, *de aleator*. 6 In finibus. a. regundis, *Si mensor falsum modum dixerit*. 7 Quin & de rebus religiosis huiusmodi nonnullæ actiones extant, *de relig.* & *sump. fun.* qui videlicet in alienum locũ mortuum intulit, & qui aliquẽ suis sumptibus funerauerit. 8 Et *de mortuo inferendo*, quæ in factum ei datur qui prohibitus mortuum inferre quò ius erat, alio inferre coactus est.

PAND. PARS TERTIA.

POST explicatas reales act. aut his consi- LIBRI XI.
miles, de personalibus recto ordine tra- TIT. 8.
ctatus sequitur: quæ oriuntur aut ex *actionibus inter viuos*: aut ex *ultimis voluntatibus*. Actionum inter viuos præcipuè sunt tria genera, contractus, coniugia, tutelæ. Contractus aut re potissimùm nititur, aut consensu. Re cõtractus fit vel cùm dominium rei cre-

LIBRI XII. dicitur, & transfertur in aliū, vel cū vsus rei,
TIT. 7. vel cū custodia tantū creditur. 1 *Dominium* transfertur in mutuo, vnde *condictio* ex mutuo, de qua præcipuè hoc tit. *de rebus cred. si certum pet.* nam & creditum propriè est mutuum. Quauis autem omnis formula qua intendimus dari oportere, *condictio* sit, ea tamen qua ex mutui causâ intendimus dari oportere, hoc proprio signata est nomine: *Inst. de oblig. §. item is cui.* 2 Quia verò in rebus creditis alienâ fidem sequimur, frequenter res, *Iureiurando siue voluntario seu necess. siue iudiciali* definiiri solet. 3. Ac *de in lit. m iur.* à iudice defertur actori eius rei quæ in iudicium deducta est æstimandæ causâ. § Est autem Mutuo consimile quum ob rem aut causâ honestâ aliquid creditur, quòd rei vel causâ propter quam datū est implemento non secuto, repeti æquum sit. Quare & hinc conditiones variæ existunt, tam speciales quam generales. Speciales quæ vel ex contractu ortum habent, 4 Vt *Condictio causa data causa non secuta:* 5 Et *Condictio ob turpem causam:* Vel ex quasi contractu, 6 vt *Condictio indebiti:* Vel ex contractu nullo & inualido, 7 vt *Condictio sine causa.*

LIBRI XIII. VEl etiam ex maleficio, 1 *Condictio furtiua.* Vel generales, 2 *Condictio ex lege,*
TIT. 7. 3 Et *Condictio triticaria,* per quam petuntur omnes res certæ vel incertæ, quæ æstimationem recipiunt habita ratione loci & temporis, vt in tritico. §. *Conditiones autè et si sua*
 natura

natura stricti iuris & præcisi id quod datum est, condicunt: efficiuntur tamen nonnunquam Arbitrariæ, & bonæ fidei iudiciorum naturam induunt. 4 *Vel De eo quod certo loco dari oportet, quanti intersit eo die vel loco datum.* 5 *Vel quòd res debita in obligationem prætoriam (quod genus plus æquitatis recipit) per constitutum sit deducta. De constituta pecun.* Atq; his quidem modis agitur, dum per cōtractus rerum dominia creduntur. Vltus porrò non dominium rerum creditur tam in commodato, Vnde 6. *Commodati vel contra actio directa & cōtraria.* 7 quàm in *pignoratitia actioe* directa & cōtraria nascitur. Hæ autē actiones dantur non tantùm in eum qui cum contractum est, sed multò magis aduersus illum, cui res credita est: hoc est cuius fidem in contrahendo secuti simus.

Flt autem interdū vt cum alio contrahamus, alij verò credamus. Sic ex eo quod cum magistro navis contractum est, datur in exercitorem navis condictio. 1 *De exercitoria actioe:* qua in solidum tenetur exercitor navis ex contractu magistri quem navi imposuit. 2 Instituto verò de nautis sermone subiunctus est tit. *At legem Rhodiam de iactu.* quæ vult iacturam factam laborante nave sarciri omnium contributione quorum interfuit iacturam fieri. Legem nauticam Rhodiam dicit, quam Rhodij quorū disciplinam naualem admirabilem omnes populi libenter sequebantur, condiderunt. 3 *Institoria*

LIBRI XIII.

TIT. 6.

actio nomen habet, ab eo qui præpositus est alicui negotiationi: cuius gratia perinde obligatur in solidum is qui præposuit, atq; exercitor naus ex contractu magistri. 4 *Tributoria actio*, correctio est iniquæ tributionis mercium peculiariū à patre vel domino factæ dolo malo, inter eum & alios mercium creditores in quib. filiusfa. vel seruus negociabatur sciente eo. 5 Verbis edicti, *Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicetur*, ex contractu filii fa. tam agitur erga filium (6. Nisi contra *S. C. Macedonianum* mutuam pecuniā acceperit) quàm aduersus patrem.

LIBRI XV.

TIT. 4.

AC sicuti dominus ex contractu serui, ita pater ex conuentione filij quem in potestate habet, tenetur actione 1 *De peculio*: Quæ perpetua est quandiu peculium manet: 2 Annua verò (*Quando de pecul. act. ann.*) extincto peculio. 3 Huius actionis adiectio est *De in rem verso*, quum id quod filius fa. vel seruus gessit redactū est in patrimonium patris vel domini. 4 Item actio *Quod iussu*, siue de iussu. nam quod alicuius iussu contrahitur, mandantem obligat.

LIBRI XVI.

TIT. 2.

EXceptis mulieribus quæ ope *S. C. Velleiani* intercessione eximuntur. 1 *Ad Senatusconsultum Velleianū*. ne exemplo mandatorum conueniri possint. §. Atq; hæ sunt actiones quæ dantur ob res creditas, vel quoad dominiū vel quoad vsum. quas ordine in hac tertia parte explicatas licet inuenire. In his
autem,

autem, quia ratio compensationis plerunq; iniri solet. 2 ideo meritò *De compensationibus*, subiicitur quū Compensatio fit per æris sui cōputationē ab ære alieno liberatio. Custodiæ porrò caussa creduntur res per Depositum. 3 vnde *Depositi* actio directā & contraria existit: in qua compensationis rationē, quòd haberi fuerit periniquum, rectè atque ordine prius egit de Cōpensationibus, quàm de deposito tractetur.

His verò expositis, sequitur deinceps, vñ LIBRI XVII. TIT. 2.

cuiusmodi actiones ex his contractibus dentur, qui non ex re credita, sed per consensum obligationes introducunt, declaretur. Ex his prima est 1 *Mandati* actio, quæ ex mandato directā vel contraria existit. Directā, domino negotij datur: Contraria procuratori. Secunda 2 *Profocio* ex vtroque latere est directā: quia res cōmunis est omnium æquo iure & pari.

Tertia actio est, 1 *De contrahenda empt. & vend.* LIBRI XVIII. TIT. 7. quæ cōtrahitur consensu solo,

intercedente re & precio. At tit. 2 *De in diē additione* pactio vna est emptionis & vendit. quæ in auctionibus hastæ frequens est. 3 *Lege commissoria* id agitur, Si emptor in diem statutum pretium non soluerit, & venditor rem venissē nolit, res nec vendita nec alienata sit. *Lex* ideo dicitur communi nomine omnibus pactionibus quæ *Legem* contractui dant: & *Cōmissoria* quòd qui in eā cōmittit, in vniuersam venditionē committat.

4 Tit. *De hereditate vel actione vendita*, stipulationes emptæ ac venditæ rei incorporalis, vt hereditatis, vel nomina siue actiones explicat. 5 *De rescindenda venditione* aut sententia magistratus, aut etiam ipso iure, si postea contrario consensu ab ea discedatur. 6 Inde ostenditur cuius sit *Periculū & commodum rei venditæ*. 7 Leges autem *De seruis exportandis*, j. ne in ea vrbe morentur vbi venditi sunt, aut *manumittendis vel cōtra*, dicuntur magis seruis venditis quàm emptoribus.

LIBRI XIX. I
TIT. 5. **D**E actionibus empti quæ datur emptori: & venditi quæ venditori: & quid in vtranque deducitur, declarat 1. tit. Quarta actio quæ ex contractu per consensum inito competit, est 2. *Locati*, locatori: *conducti*, cōductori. 3 *Æstimatoria* proprium nomen non habet (quòd sit de re quæ æstimata, vendenda data est) sed actio præscriptis verbis. 4 Tam *De rerum permutatione*, quàm aliis cōventionibus. 5. nempe ex *Præscriptis verbis*. j. actione in actum ciuili, quæ vel traditione rei vel facto aliquo obligationem innotinatam inducunt.

DIGEST. PARS QUARTA.

LIBRI XX.
TIT. 6. **E**X accessionibus quoque contractuum, sæpenumero lites & iudicia existunt: vt. 1 *De pignoribus*, vel expresse vel tacitè conuentis. 2 *Ex quibus cau. pign. vel hypoth.* 3 Quo in genere quæri solet, *Quæ res pignori vel hypotheca data obligari non possunt*: 4 Et si possunt, *Qui potiores in pignore vel hypoth.*

hypoth. habeantur: vt scilicet antiquior posteriori præferatur, nisi sit priuilegiarius. 5 Tunc De distractione pignorum rectè agitur. 6 Et Quibus modis pignus vel hypoth. soluitur.

QUUM non impletur contractus fides. LIBRI XXI.
dantur emptori 1 *Ex Edificio edito* TIT. 3.
actiones arbitrariæ duæ, *Redhibitoria* quæ
venditionem prorsus rescindit: & *Estimatoria*
quæ in partem rescindit, ex precio scilicet
emptori reddito eo quo minoris res est.
qua de causâ ex formulæ verbis etiam dicitur
& *Quantiminoris*. 2 Quibus etiâ ædilitias
stipulationes ritè subnectit *De euictionibus*:
qua ex causâ regressum habet emptor
aduersus auctorem ex *dupla stipulatione*. Ac
3 *Exceptione* quoq; *rei venditæ & traditæ*.

ITEM quum de *usuris fructibus & mora* LIBRI XXII.
aliisq; contractuum accessionibus disputa- TIT. 6.
tur. 2. vt *De nautico fœnore*. j. maritimo. 3. *De
probationibus*. j. testimoniis vel instrumentis
quibus fides veri constat: & *presumptionibus*,
quæ sunt veluti anticipationes quædã de eo
quod plerunq; intelligitur & fit: quæ proba-
tionum onus in eum transferunt contra quæ
faciunt. 4 *De fide instrumentorum*, quæ ad
instruendum aliquem pertinent. 5 *De testi-
tib*. 6. Et *De Iuris & facti ignorantia*, qui tit.
superioribus multis applicari potest, in qui-
bus de scientia & ignorantia frequens distin-
ctio: & quæ loco probationis allegatur.

ET hæc quidem ex contractibus eorûmq; LIBRI XXIII
accessionibus oriuntur. quibus expositis, TIT. 5.

ad ea quæ ex reliquis humanarum inter viuos actionum controuersis constant rectè fit transitus: nempe 1. *De sponsalibus* quæ cõtrahebantur olim mutuis stipulationibus, (vnde sponsus & sponsa) hodie nudo cõsensu constituuntur: & pactiones potiùs quàm cõtractus sunt: retinet tamen vetus nomen, vt emancipationis nomen manet etiam sublati venditionib. imaginariis. 2. *De ritu nuptiarum*: pontificalia continet: (nam & quas fas esset duci, Pontificum Romanum notionem fuisse intelligimus ex Tacit. lib. 1.) in quibus hic titulus præcipuè consumitur, & solemnitatibus veluti deductione in domũ mariti, & aque ignisq; prælatione & acceptione. 3. *De iure dotium*, quæ est pecunia marito nuptiarũ causa data, vel dicta vel promissa. 4. *De pactis dotalibus*, quæ videlicet vtilia vel inutilia, quæq; licita vel illicita sint. 5. *De fundo dotali*, nempe inæstimato: nam æstimati alienatio interdicta non est.

LIBRI
XXIII.
TIT. 3.

Alienationi fundi dotalis, adiungit *Donationes inter virum & uxorem*. Subdit 2. *De diuortis*, quæ eo animo fiunt vt nunquam redintegretur matrimonium: & *Repudiis*, quæ inter sponfos vel etiam maritos fiunt. 3. Inde repetitio dotis. j. quibus diebus, annua, bima, trima die, an longiore, an citiore, an statim? nempe Tit. *Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur*.

LIBRI XXV.
TIT. 7.

Igitur quum soluto matrimonio quæstio est de repensationis aut retentionis causis, pri-

fis, prima est ob *Impensas in res dotales factas*.
 2. Altera, *Rerum amotarum*, scilicet diuortij
 causa. 3. *De agnoscendis & alendis liberis, &*
vice mutua vel parentibus. & proximitate rei
vel patronis vel liberis, causa est tertia reten-
 tionis. Quemadmodum autem maritus, cui
 vxor post diuortiū denuntiauit se esse ex eo
 pręgnantem, debet partum agnoscere: Sic si
 mulier post diuortium neget se ex viro esse
 pręgnantem, tit. 4. *De ventre inspiciendo, cu-*
stodiendoq; partu, ratio obseruabitur. 5. Qua
 omissa obseruatione interdum ante editum
 partum, *Si Ventris nomine mulier in possessio-*
nem missa sit, si fortè aliū in eam admisit *dolo*
malo, tenetur hoc edicto in id quod agentis
 interest. 6. Cui edicto sequens cohæret, *Si*
mulier ventris nomine in possessionem missa
fuisse dicatur. 7. Non eadem ratio est *De con-*
cubinis: etiam si concubina vxoris loco habi-
 ta sit, vt & vice coniux olim diceretur.

TRansit à contractibus, ad quasi contra- LIBRI XXVI.
 ctus. 1. *De tutelis*: Ordinatis aut testa- TIT. IO.
 mento. 2. *De testamentaria tutela*. 3. Vtiliter
 vel inutiliter (quo casu *De confirmando tuto-*
re agitur.) 4. Aut à lege, *De legitimis tutoribus*.
 Aut si deficient testamentarij & legitimi suc-
 cedunt honorarij. 5. Quos lex permittit da-
 ri, *Ab his qui ius dandi habent*: titul. de tut. &
 cur. dat. ab his, &c. 6. Cui subiungitur, *Qui*
petant tutores vel cur, & ubi petantur: alij sua
 sponte, vt cognati, affines, aut amici, &
 nonnunquam qui cum pupillis acturi sunt:

alij necessariò, vt mater, ne amittat ius legitima hereditatis, & liberti, ne pœna afficiantur. Inde efficitur. 7. vt Tutorum aut curatorum dationem sequatur *Administratio & periculum eorum*, &c. Ac 8 *De auctoritate & consensu tut.* id est, approbatione eius quod agitur cum pupillo. 9 Et *Quando ex facto tutoris vel curat. minores agere vel conueniri possint.* *Factum* vocat administratione contractum, fidem, diligentiam, dolum, culpam tutoris vel cur. *Minorum* nomen commune est pupillorum & adolescentum. 10. Sequitur demum suspecti postulatio, *De suspect. tut. & cur.*

LIBRI
XXVII.
TIT. IO.

A Reiectis à tutela, ad excusatos pergit, & aptè tres hi tituli cōnectuntur suspecti tut. 1 *De excusationibus*: & tit. 2 *Ubi pupillus educari debeat*, quòd in his caussis Prætorum vel Præsidiū cognitio sit. 3 *De tutelis & rationibus distrahendis*, actio dominis negotiorum competit ob rationes tutelę interuersas siue distractas dolo malo. 4 Sequens verò *De contraria tutela & utili actione*, tutori competit de his quæ ei propter tutelam absunt: & contraria utilis negotiorum gestorum, quæ curatori siquid ei absit 5. Tit. *De eo qui pro tutore, prouē curatore negotia gessit*, dat pupillo actionem pro tutelæ in falsum tutorem, ex edicto. 6. Ex edicto autem, *Quod falso tutore auctore gestum esse dicitur*, in eundem est actio in factum restitutoria ei qui cum pupillo eo auctore cōtraxit, falsum
eum

eum esse tutorem ignorans. 7 *De fideiussoribus & nominatoribus & heredibus tutorū & curatorum*, ostendit fideiussores qui rem saluam fore cauerunt, teneri ex stipulatu, sicut tutores finita tutela: & *nominatores tutorum*, laudatores, adfirmatores, vtili ex stipulatu, quia fideiussorū vicem obtinent. 8 Tenentur etiam magistratus municipales in factum actione qui iussu præsidis tutores vel curatores dederunt, titul. *De magistrat. conuen. 9.* Aliud S. C. sequitur *de rebus, nēpe prædiis eorum qui sub tutela vel cura sunt, sine decreto non alienandis vel supponendis. j. pignori obligandis.* 10 Restabat dicendum, *De curatorib. furioso & aliis extra minores dandis*, videlicet prodigo, fatuo, muto, furdo, ventri, & laborantibus morbo perpetuo: & generaliter aliis omnibus qui rebus suis superesse non possunt.

DIGEST. PARS QUINTA.

POST QUAM ergo dictum est de Iudiciis, quæ vel ex rebus vel ex contractibus, vel aliis hominum inter viuos actionibus existunt. transgrediuntur nostri ad ea iura & actiones, quæ ad vltimas morientium voluntates & successiones pertinent. Successio autem omnis aut ex vltima voluntate, aut ab intestato. Ex vltima voluntate quæ derogat aut antefertur successioni ab intestato, succeditur partim ex iure ciuili, partim prætorio. Successio ciuilis aut est vniuersitatis, aut rerum singularium. Vniuersitas defertur tum

Successio.

per testamentum, tum per codicillos. Testamentum, (id est, voluntas defuncti cōsignata iure legibúsq; ciuitatis, ait Quintilianus, vel si ita dicas, Datio hereditatis) aut est paganū aut militare: paganum vt valeat, multa concurrant oportet: in primis vt habeat factionem testamēti testator. propterea initio huius partis quintę declarat, *Qui testamenta facere possunt.* 2. Vt iustum sit, non satis est adhiberi solemnia tit. superiore exposita, nisi *Liberi. j. iam nati, & posthumi. j. nascendi instituantur vel exheredentur.* 3. Testamentorum vitia adduntur, tit. *De iniusto*, videlicet in quo solemnia iuris deficiūt: *Rupto*, si posthumi præteriti adgnascantur, aut mutatione: *Irrito facto test.* scilicet capitis minutione testatoris, vel deserta hereditate. Additur tit. 4. *De his quæ in testamento delentur*, (j. quę literis corrupta sunt) *Inducuntur* (quę cancelis) *Inscribuntur* (quæ aliis literis.) 5. Exequitur deinceps partes testamētorū: ac primū *De heredibus instituendis*, parte summa vel toto potiùs ipso agit. 6. Alia pars testamenti est heredis substitutio. *De vulgari* (nimirum delatæ non acquisitæ, quæ communi iure fit omnibus ex eadem lege xij. tab.) *& pupillari substitutione*, quæ proprio iure fit à parente liberis impuberibus. 7. Inde addit, *De conditionibus institutionum.* quū conditio modus sit qui suspendit id quod agitur, quoad ex pacto confirmetur. 8. Item *De iure deliberandi.* utrū expediat adire hereditatem nec ne.

IN *testamento militis*, solemnitates illæ nõ LIBRI XXXIX.
 requiruntur, quoniam nuda voluntas illi TIT. 7.
 est testamētum. 2. Et quum deliberationem
 sequatur aditio, subiecit tit. *De acquirenda*,
 (nempe cretione, aditione, geritione prohe-
 rede, miftione, agnitione) *vel ornittenda* (al.
amittenda poss.) nēpe repudiatione, absten-
 tione, reculatione, vel omissione. j. si intra
 præstituta tempora nõ adeatur. 3. Inde sequi-
 tur, *Quemadmodũ testaments aperiãtur, in-*
spiciantur, describantur. Ad ornittendã here-
 ditatē pertinet tit. 4. *Si quis omiffa caussa test.*
ab intestato vel alio modo possideat hereditatē.
 5. Ex S. (Silaniano & Claudiano, quorũ testa-
 ments ne aperiãtur: tractare incipit de here-
 ditate quæ indigno aufertur. 6. Et, *Si quis ali-*
quem testari prohibuerit, vel coegerit: de quo
 crimine in oratione Isai *ὡς τὸ κλειώμιον κλη-*
ρῶν. 7. Alia pars testamēti est *Ex Iure codicillo-*
rum: qui dicuntur Pugillares testati vel inte-
 stati voluntatē minus solemnem cōtinentes.

Legatis (quoq;) & *fideicommissis* tractatus LIBRI XXX.
 seu libros tres subiecit, motus vbertate TIT. I.
 materiæ: sunt enim vel testamentorum par- LIBRI XXXI.
 tes vel codicillorum. *Legatũ* est donatio te- TIT. I.
 stamento relicta quæ non aliũ onerat quàm LIBRI
 heredem. *Fideicommissum* est liberalitas quæ XXXII.
 verbis precariis, testamento, codicillis, vel e- TIT. I.
 pistola, vel quouis alio genere vltimi iudi-
 cij, confertur in aliquem. Res porrò sin-
 gulæ relinquũtur legatis vel fideicommissis:
 in quibus tum Res considerantur: *de leg. 1.*

tum Personæ, *de leg. 2.* tum Verborum & rerum significationes, *de leg. 3.*

LIBRI
XXXIII.
TIT. 10.

Res autem quæ legantur aut incorporales sunt, aut annui redditus. (1. *De ann. leg.*) Annuis legatis subiungitur 2. *De usu & usufructu*, &c. 3. *De servitute legata*, nempe servitute in rem. 4. *De dote prælegata* (al. relegata.) 5. *De optione vel electione leg.* 6. Aut corporales, tam rusticæ. *De tritico, vino, vel oleo legato.* 7. Aut *De instructo vel instrumento legato*, (& plenius quidē instructū est quàm instrumentum.) 8. Quàm urbanæ, *De peculio legato.* 9. Instructi alia pars est penus, *De penu legata.* 10. Et supellex & quæ sub eius appellationem cadunt, *De supel. leg.*

LIBRI
XXXIII.
TIT. 9.

ALIMENTA vel cibaria leg. 2. *De auro, argento, mundo, ornamentis, unguentis veste vel vestimentis & statuis legatis*, 3. *De liberatione legata.* 4. Hæc de dandis legatis & fideicom. Atq; hoc modo legata & fideicom. debentur: nisi pōst aut contraria voluntate adimantur, aut in alium transferantur: tit. *De adimēdis vel transfer. leg.* 5. Aut ex dubio scripturæ vitientur, *De rebus dubiis.* 6. Aut pænæ quid nomine relictum sit cōtrā veterum legum prohibitionem, *de His quæ pænæ causa relinq.* 7. Aut *Regula Catoniana* obstet secundum quam non ex apertis tabulis cedunt legata, vt voluerūt leges caducæ Iulia & Papia, sed à morte testatoris. 8. Aut *Quid pro non scripto* habeatur. 9. Aut legatario vt indigno fiscus legatum adimat, *de His quæ vt indign.*
quæ

quæ veteres dicebant ereptitia.

I **A** Ut conditiones legati causæq; deficient, *de Condit. & demonstr.* conditio enim causa est quæ suspendit legatū: Demonstratio est significatio accommodata rei legata. Quibus adiungit *& causas*, id est rationes legendi, *& modos*, nēpe adiectiones quæ ostendunt quid legatarium ex legato facere testator velit. 2. Itē nisi legata imminuta fuerint *per legem Falcidiam*. Lex Cincia modū imposuit donationibus: Dotibus lex Papia: Manumissionibus lex Caninia: Legatis & mortis causa donationib. lex Furia primū, deinde lex Voconia: & ad extremū *Lex Falcidia* legatis præscripsit modum dodrantis. 3. *Quum plus quàm per legem Falcidiam licuerit, legatum esse dicetur.*

LIBRI
XXXV.
TIT. 3.

I **V** El per *Senatusconsultū Trebellianum*. 2. Quibus cessantib. statim debentur legata, eiusq; debitionis dies mox à morte testatoris cedit, *Quando dies legat. aut fideic. ced.* 3. Ut & hoc *Legatorum seu fideicom. nomine caueri* debeat, quæ vulgatis & communis cautio dicitur l. filiusfam. §. hīdem Principes. de leg. 1. Heres autem qui non paret superiori edicto, coercetur hoc. 4. Missio scilicet Legatario aut Fideicom. *In possessionem legatorum vel fideicom. seruandorum causa, &c.*

LIBRI
XXXVI.
TIT. 4.

PAND. PARS SEXTA.

A BSOLVTIS Ciuilibus iudiciis sequuntur ordine Prætoria: quæ ad instar ciuiliū partim de rebus morientiu, partim de

viuorum actionibus sunt proposita. De illis prius agitur, ne à proximè explicato vltimarū voluntatum tractatu longior fiat digressio.

LIBRI
XXXVII.
TIT. 15.

Quibus igitur iure ciuili hereditas quantuis ex æquitate debita non defertur: eos Prætor etsi non faciat heredes, tamen ex iusta causa quasi heredes, hoc est, 1. *Bonorum possessores* constituit. Nam proprium est iurisdictionis prætoricæ, in possessionem mittere. Ita tamen, vt prius agnoscat, *Si tabula testamenti extant*, licet non proferantur. Quo cognito bonorū possessionis petitio ad certum tempus admittitur: & in certis personis de quibus ambigi poterat an admitterentur ad bonorum possess. agit tit. 3. *De bonorū possess. furioso, infanti, muto, surdo, cæco competente.* 4. Eamque possessionem probata petitionis causa prætor concedit contra tabulas. (*De bon. poss. con. tab.*) Ita tamen 5. vt legata in testamento relicta præstentur (*De legat. præstandis con. tab. bon. poss. petita.*) 6 Conferantur bona, *De collatione bon.* quæ est confusio bonorum propriorum cum paternis. 7. Et dotes (*De collat. dotis.*) 8. Item vt emancipati filij nati (*De coniungendis cum emancipato liberis eius.*) 9. & Ventris prægnantis, j. filij nondum nati (*De vent. in poss. mitt.*) 10. & Impuberum liberorū, (*Ex Carboniano edicto*) habeatur ratio. ¶ 11. Secunda est pars edicti, *De bonorū possessione secundum tabulas.* Cui subiecit duos titulos: prior, 12. *Si à parente quis manum. sit*, pertinet ad bonorum poss. cōtra tabulas:

tabulas: alter. 13. *De bonorū poss. ex testamento militis* secundum tabulas defertur. 14. Quia parte & patronis Prætor consulit, tit. *De iure patronatus*: 15. Cuius pars sunt obsequia iure naturali debita, *de obseq.* parentibus & patronis præstan.

1 **O** Peræ *libertorū* pars sunt etiã iuris patronatus: 2. Item *Bona libertorum*. 3. Etiam collegiorū seu vniuersitatis, *de libertis vniuersitatū*, al. *de libert. munic. & aliarū vniuersitatum*. 4. Adsignat libertū patronus qui significat cuius ex liberis suis libertum eum esse velit, *de adsig. libert.* 5. Alia portio iuris patronatus, *Si quid in fraud. patr. &c.* ¶ 6. Porro, *Si tabula testamenti nulle extent*, perinde vocat prætor ab intestato possessorem, atque lex ciuilis nullo facto testamento heredes: & primò quidem *Liberos*. 7. Secundò consanguineos seu agnatos, *Vnde legitimi*. 8. Tertiò cognatos. *Vnde cog.* 9. Eo tamen successorio ordine, vt intra certum tempus petant proximi: *De success. edict.*) & his cessantibus gradu proximo remotiores. 10. Nō possis autem scire quis sit proximus nisi cognitis *Gradibus & adfinibus & nominibus eorum*. Adfinitas autem ius est necessitudinis contractæ inter coniugem & alterius coniugis cognatos. 11. Post hos virum & vxorem admittit, *Vnde vir & vxor.* 12. Idemq; ordo etiam & priuilegium est *De militum & veteranorum* (qui videlicet militia honesta missione dimissi sunt) *successione*. 13. Nisi quis ex

LIBRI

XXXVIII.

TIT. 7.

prioribus aut tempore à petitione possessionis excludatur, *Quibus non competit bon.poss.* 14. Aut lege, aut S. C. in certis casib. aliud inueniatur constitutum, *Vt ex legibus Senatúsve consultis, bon.poss. detur.* 5. Quem ordinem Prætor seruare & tueri solet, *Quis ordo in poss. seruetur.* Nec multùm ab hac ratione recedit, quòd eodẽ modo ab intestato primò vocat liberos, secundò cõsanguineos, id est, parentes & fratres, tertiò proximos *de suis & legit. hered.* 7. Quem ad numerũ et si mater utpote cognata tantùm, nõ etiã agnata, lege XII. Tab. non aggregabatur, tamen postea S. C. ad legitimã filiorum successionem est admissa, *Ex S. C. Tertulliano & Orphitiano.*

L I B R I
X X X I X.
T I T. 5.

E Thac quidem Prætoriam edicta ad successiones mortuorum pertinent. Inter viuos ius dicit Prætor. 1. Aut de iuribus & proprietate rerum, *Vt De noui operis nunciatio- ne,* id est, ne fiat opus nouum quod nondum factum est: Ex illo, iuris nostri conseruandi causa ut discedatur ab opere. Ex sequenti. 2. *De damno infecto,* damni depellendi causa ut caueatur damni ex ruina vicinarũ ædium: & ex vtraque causa denuntiatio fit. 3. Et de damno nondum facto, actio quoque est, *De aqua, & aqua pluuiæ arcendæ.* 4. Etiam si per publicum ea interueniat, *De publ. & vect.* 5. An verò & ex *Donationibus* & causis earũ aliqua actiones dentur, disquirendum fuit. 6. *Mortis causa donationes,* non nisi morte donatoris confirmantur.

Tracta-

TRactaturus de præiudicialibus actionibus generalem tit. exponit *De manumissionibus*, quo declarat qui manumitti vel manumittere possint, & apud quos. 2. Inde ad species. *De manumissis vindicta*. 3. Quæ & in seruis municipiorum locū habet, *De manumissis. quæ seruis ad vniuersitatem pertinent*. 4. Directam libertatē tractat, *De manumissis. test.* 5. *De fideic. libert.* 6. Quæ libertates adimi possunt, *De adempt. lib.* 7. Sunt & *Statu liberi* qui statim liberi nō fiunt, sed ex die aut conditione. 8. *Sine manumissione* verò *ad libert. perueniunt*, qui ipso iure liberi fiunt. 9. Contrā *Qui & à quibus manum. liberi non fiunt*, lex Ælia Sentia declarat. 10. Vno casu etiam serui iura ingenuitatis consequuntur, impetrato *Iure aureorum annulorū* à principe. 11. Altero casu, *Natalibus restituti*. 12. Cognitio autem *De liberali causa* actio est de libertate aut seruitute, ingenuitate aut libertinitate. Inde tit. 13. *Quibus ad libert.* 14. *Si ingenuus esse dicetur*. 15. *Ne de statu defunct.* post quinquennium quærat. 16. *De collusionē deteg.*

AT quia plurimū interdicta de possessione sunt, declarat ante omnia. 1. *De acquirendo rerū dominio*, id est, proprietate. 2. *De adquir. vel amit. possessione*, quæ vsus rei est. 3. Ex qua nempe poss. adquiri dominium, tit. *De usurpationibus & usucap.* demonstrat. Sequuntur tituli. j. causæ possessionū. 4. *Pro soluto.* 5. *Pro emptore.* 6. *Pro herede.* 7. *Pro do-*

LIBRI XL.

TIT. 16.

LIBRI XLI.

TIT. 11.

nato. 8. Pro derelicto. 9. Pro legato. 10. Pro dote. 11. Pro suo, quo titulo possidemus ea quæ titulum non habent: vt quæ terra, cælo, mari, vel ab hostibus, & his similia, cepimus.

LIBRI XLII.

TIT. 9.

Missionum in possessionem caussis è re nata antè explicitis, persequitur eas hoc libro tantùm quæ restant. 1. Ac primùm quæ fit iudicati seruandi caussa (*De re iudicata.*) id est, de qua iudex sententiam dixit. & *de effectu sent.* j. emolumento & executione & *de interlocutionibus*, nempe sententiis quæ neq; condemnationem continent, neq; absolutionem. 2. Qui sua sponte *Confessi* sunt intentionem actoris, similes sunt iudicatis. 3. Et remedio *Cessionis bonorum* liberantur ignominia, quam in executione iudicati infert poss. & distractio bonorũ. 4. Sequuntur caussæ *Quibus in poss. eatur.* 5. Earũ ordo declarat tit. *De rebus auctoritate ius possid.* 6. Et quorum creditorum habeatur ratio, *de Priuil. credit.* 7. Tum etiam *De separationibus* & bonorum ac creditorum. 8. Missis creditoribus in posses. debitoris, *Curator bonis dari solet*, custodiendis, administrandis, exercendis & excipiendis actionibus vice latitantis debitoris. 9. Ad quam rem etiã tit. *Quæ in fraudem creditorum*, pertinet: nam vt probantur superiore tit. acta gesta à curatore bonorũ: ita hoc tit. improbantur à fraudatore.

LIBRI XLIII.

TIT. 32.

A Possessionibus transit ad *Interdicta*, seu formulas quibus Prætor vetat aut iubet aliquid fieri, seu *extraordinarias actiones quæ prohibis*

pro his competunt. 2. Explicationem inchoat ab interdicto de vniuersitate, *Quorum bonorum.* 3. Sequuntur quæ ad res singulas, *Quod legatorum.* 4. *Ne vis fiat ei qui in poss. missus est.* 5. Subdit interdictum exhibitorium, *de Tabulis exhibendis.* 6. Et prohibitoriũ, *Nequid in loco sacro fiat.* 7. Petitoriũ, *De Locis & itiner. publ.* 8. Rursus prohibitoria, *Nequid in loco publ.* 9. & *De loco publico fruẽdo.* 10. Addit de via rustica prohibet. & populare interdictum *de via publ. reficien.* 11. *De fluminib. ne quid in flumine pub. ripave eius fiat quo deterior statio vel nauigatio sit.* 12. *Ne quid in flumine publ. fiat quo aliter aqua fluat.* 13. *Ut in flumine publico nauigare liceat.* 14. *De Ripa munienda.* 15. Restitutoria interdicta *de vi.* scilicet particulari & quotidiana, & *vi armata,* quæ coactis armatisve hominib. fit. 16. Prohibitorium ad possessionem vindicandã seu retinendam. *Ut possidetis.* 17. De retinenda quasi possess. superficij. *de Superficiis.* 18. Ut reficiantur itinera, *de itinere actũq. pri.* 19. Ut ducatur *Aqua quotidiana & æstiuã.* 20. *De riuis.* 21. Aquæ hauustus, tit. *De fonte.* 22. Cloacæ immittendæ *De cloacis.* 23. De opere facto *Quod vi* aut clàm. clàm facit qui non denuntiãuit se facturum *Vi* autem cui denuntiãtum est ne faceret. 24. De abolitione verò nunciãtionis noui operis à Pratore facta agitur tit. *De remissionibus.* 25. Creditum seu concessio vtendi re aut iure alieno, *de Precario.* 26. *De arboribus,* si impendeant &

impediāt, *cadendis*. 27. Ne vis fiat *Legēti glandem* caducam. 28. Post multa prohibitoria interdicta, vnoq; solūm exhibitorio, addit *De homine libero exhibendo*, interdictum populare & pœnale. 29. Et, *De liberis exhibendis*. 30. & *Vtrubi*, exhibitoriū non de seruo tantūm, sed de omnibus rebus mobilibus. 31. Ut *De migrādo*, de rebus inquilini pignoris nomine illatis in habitationem. 32. & *De Saluiano interdicto*, de rebus coloni natis in agro conducto.

LIBRI
XLIIII.
TIT. 7.

ACTIONIBUS CIUILIBUS & PRÆTORIIS PROPOSITIS. 1. restabat agere *De exceptionibus*, quæ & actionum nomine nonnunquā continentur. Est enim *exceptio*, intentio siue defensio eius quo cum agitur, actione contraria. 2. A generali tit. ad species suo more descendit. *De exceptione rei iudicata*. 3. Præscriptiones vt temporales exceptiones addit, *De diuersis & temporalibus præscrip.* & de accessionibus possessionum. 4. Cui subiicit, *De doli mali & metus except.* *Doli mali*, generalis est: *metus*, specialis exceptio est. 5. Inde varias proponit exceptiones, *Quarum rerum actio non detur*. 6. *Rei litigiosæ* quæ obstat emptori vel creditori. 7. Tandem etiam communia *De obligationibus & actionib.* proponuntur.

DIGEST. PARS SEPTIMA

ET VLTIMA.

LIBRI XLV.
TIT. 3.

NON immeritò stipulationē ex qua nascuntur. 1. *Verborū obligationes* appellare solet D. Cuiacius *Pandecten*, quòd omnes obliga-

obligationes, actiones recipit, quæq; firmatur quælibet obligatio: rogante vno, respondente altero. 2. Verbis stipulationis *De duobus reis constituendis* agit consequenter: *Rei* enim nomen est commune debitoris & creditoris, à re nimirum quæ debetur. 3. Ex titul. *De stipulatione seruorum*, intelligimus quatenus per seruos nobis adquiratur obligatio.

Stipulatio aliàs accedit vt principalis obligatio, aliàs vt sequela principalis obligationis: 1. tit. *De fideiussoribus & mandatoribus*. Is est *Fideiussor* qui pro alio ab stipulatore interrogatus respondet, & qui *adpromissor* dicitur: *Mandator* qui fideiussorē fideiubere, vel creditorē alij credere rogat. 2. Soluendarum omnium obligationum duos modos exponit: imò etiã inducendarum, vt melius tit. sit *De nouatione & delegat.* tam præcedentibus titulis quàm sequentibus communis: *Nouationem*, scilicet, quæ est nouatio debitoris: *Delegationem*, quæ est nouatio creditoris simul ac debitoris. Sequentes tituli duo, 3. *De solutionibus & liberationibus*, & 4. *De acceptilatione*, non sunt misti, sed de soluendis tantùm quibuscunq; obligationibus: *Ex solutione* cõtingit *liberatio*: Debitor *soluit*, creditor *liberat*. Sed *Acceptilatio* est verborum cõceptio quibus absoluunt se duo vtrò cirroque. 5. Separatim datur tit. *de stipulationibus prætoris* quæ edicto Præt. interponi iubentur. 6. Qualis est *Rem pupilli saluam fore*, quæ est de tutela & curatione: & 7. *Indicatum solui*:

LIBRI XLVI.

TIT. 8.

quam stipulatur actor à reo de lite antequam ea contestetur, in casum quo ea res iudicetur vel nō defendatur. 8. *Rem ratā haberi*, quam de procuratore actoris stipulatur reus ante litem contestatam: quæ & rati habitio dicitur, cui retractatio contraria est.

LIBRI
XLVII.
TIT. 23.

Hic nouus est actionum seueriorum & atrociorum tam priuatarū quàm publicarum ex delictis & quasi delictis tractatus: vt veluti noua quædam hæc videri possint actionum Digesta. quia verò ex delictis siue criminibus actiones aliæ sunt priuatæ, aliæ extraordinariæ, aliæ populares, aliæ publicæ, de singulis ordine tractat. 1. Ac primò *De priuatis delictis*. Dicuntur autē *priuata delicta*, quatenus ex eis agunt forensi actione hi ad quos ea res potissimum pertinet, & rectè *delictis*, nō criminibus: nam *delicta* propriè sunt priuata, crimina publica. l. 131. in fi. de verb. sig. 2. *De furtis*, nempe interuersione possessionis rei mobilis. 3. Actio alia est furti specialis, *De tigno iuncto* ædibus aut vineæ. 4. Sequuntur aliæ actiones iure Prætorio comparatæ ad similitudinem actionis ciuilis, furti, *Si quis qui testamēto liber esse iussus erit*, post mortem domini ante aditam hereditatem surripuisse aut corrupisse quid dicitur. 5. *Furti aduersus nautas, caupones stabul*. 6. *Si familia furtum fecisse* dicatur, vt sit *Familia* cœtus seruorum vni domino subiectorum. 7. *Arborum furtim cesarum*. 8. *Vi bonorum raptorum*, hominibus coactis, & *de turba*. 9. De his

his quæ ex *Incendio, ruina, naufragio*, &c. aut rata expugnata rapuisse aut ex his damnum dedisse dicuntur. 10. Et, *De iniuriis* publicum iudicium & *famosis libellis* ex Senatus. 11. Post ordinarias actiones, *De extraordinariis criminibus*. j. quæ nunquam ordinaria fuerunt. cœpit enim ordo agendi primùm esse extraordinarius, deinde etiam pœnalis. 12. *Ut de sepulcro violato*, quæ popularis actio est.

13. *De cõussione*, id est, de terrore iniecto pecuniæ vel rei alicuius extorquendæ causâ.

14. *De Abigeis*, qui aliena pecora aut armenta aut ex stabulo, aut ex sylua abigunt ac deprædantur. 15. *De prauaricatione*, quæ est collusio accusatoris cum reo. Publicum crimen est in accusatorem qui iudicio publico non ex animo egit. Extraordinarium in Aduocatum qui prodidit causam aduersario. 16. *De receptatoribus* seu latronum occultatoribus.

17. *De furibus balneariis*, qui vestimenta furantur. 18. Adiunguntur furibus *Effractores*, qui effringunt fores carcerũ vel domorum, & *Expilatores*, seu sacularij, qui ex aliis sacculis suppilant pecunias, similes Sectoribus zonariis, & Apertulariis quibus nihil est tam obleratum quod non aperiant. 19. *Expilata hereditatis*, nondũ aditę vel possessæ. 20. *Stellionatus*, Impostura & dolus omnis dicitur quicũq; proprio nomine vacat: Stellio enim lacerti genus est versutissimum. 21. *De termino*, qui finiũ causâ positus est, *moto dolo malo* extra gradum suum, id est, extra quinq; pe-

des lege Manilia definitos. 22. Est etiã crimen extraordinarium, *de collegiis & corporibus*, in eos qui illicitum collegiũ vel quodcunq; corpus celebrant, sine auctoritate Senatus vel principis. 23. Subiicit *De popularibus actionibus*, quę iudicia forensia sunt, non criminalia, & ex his causis qui publicã tutelam merentur, & cuilibet agere volenti competunt.

LIBRI
XLVIII.
TIT. 24.

IN vsũ popularia plerunq; dicimus ciuilia siue forẽsia, publica criminalia: quę ex populo quilibet subscribens in crimen iure ordinario intendere potest in pœnam certam & legitimam. 1. Vnde tit. *De publicis iudiciis*: in quo proponuntur enumeratio & diuisio eorum iudiciorum. 2. *De accusationibus*. j. dilatiõib. criminis publici aut extraordinarij: & *Inscriptionibus*, in quibus accusator profitetur se reum deferre lege Iulia, de vi vel qua alia. 3. *Custodia & exhibitio reorum* proponitur pro meritis causarũ adhibenda. ¶ Institutorum iudiciorum publicorum ordine proposito, nunc incipit per singulas species de quæstione & pœna eorum legitima causisq; tractare. 4. Primò, *Ad legem Iuliam maiestatis*, scilicet læsæ. 5. *Ad legem Iuliam de adulterijs coercendis*: adulterij nomine Augustus intellexit etiam stuprum. 6. *Ad legem Iuliam de vi publica*. scilicet quam contra ius fasq; infert publica persona, id est, qui imperium & potestatem habet. 7. Priuata quam priuati homines inferunt, *Ad legem Iuliam de vi priuata* & qui sine armis vim fecisset. 8. *Le-*
ge Cor-

ge Cornelia de sicariis & veneficis, comprehenduntur homicidæ qualescunq; , etiam si non sicis clandestinam cædem fecerint, qui venenum dederunt aut parauerunt: sed & incendiarij etiam. 9. *Lege Pompeia de parricidiis*, coercentur qui parentes, liberos, cognatos, coniuges, patronos occiderint. 10. *Lex Cornelia de falsis, & de S.C. Liboniano*, de testamētis falsis præcipuè lata est: & testamentarium qui sibi sua manu hereditatem aut legatum adscripsit, coercet. 11. *Lege Iulia repetundarum* coercentur rapinæ & furta magistratum vel eorum qui munus publicum gerunt. 12. *Lege Iulia de annonâ* tenetur cuius dolo malo factum est ut arctior annona. minus abundans, vel carior sit. 13. *Lege Iulia peculatus* furtum pecuniæ publicæ vel fiscalis declaratur. 14. *Lege Iulia ambitus*, Qui populum, inquit Varro, candidatus circumit, ambit. qui aliter facit, ex ambitu causam dicit. 15. *Ex Lege Fabia de plagiariis*, Plagium est suppressio liberi hominis vel serui alieni. 16. *Ex S.C. Turpiliano, & de abolitionibus criminum*, tenentur hi tantum qui iudicij publici questionem deseruerunt, non qui priuati vel extraordinarij criminis: *Abolitio* criminis est exemptio reorum à crimine: vel, accusationis omittendæ licentia. 17. *De requirendis vel absentibus damnandis*, ostenditur absentem & profugum criminis capitalis reum non damnari, sed adnotari eum debere inter reos quasi persequendum & requirendum. 18. Si

capitalia & atrociora sint crimina, veritas inuestigetur. *Questionibus*. j. interrogationib. quæ fiunt per tormenta. 19. Generalis est tit. *De pœnis*, nō solūm infligendis, sed etiam remittendis vel augēdis pro qualitate reorum & criminum. 20. *De bonis damnatorū*, vt discrimen est criminū, ita non omnia bona adimuntur reis nisi damnati sint ex crimine capitali. 21. Est & hoc tit. aliud criminum inter se discrimen, *De bonis eorum qui ante sententiam, mortē sibi conscīuerūt, vel accusatorem corruperunt*. nam hi pro confessis & cōiuctis habentur. 22. Titulus exponit pœnarū duarū inter se discrimen, vnus ex capitali crimine, alterius ex nō capitali, *De interdictis* honore scilicet, vel ordine, vel negotiatione vel qua alia re, *relegatis*, qui ciuitatem, patriam potestātē & omnia iura sua retinēt, & *deportatis*, qui omnia illa amittunt. 23. *Deportatorū & relegatorū* communis est tit. *De sententiam passis & restitutis*. 24. Tit. *De cadauerib. punitorum* etiam eorundē communis est, ne post mortē inconsulto Principe sepeliantur alibi, quā quo loco pœna fungebātur sua: sed proprius magis est adfectōrū vltimo supplicio.

LIBRI XLIX.
TIT. 18.

DAmnati sententia rei capitalis vel nō capitalis criminis i. *Appellationibus & Relationibus*, veluti communi auxilio iuuantur. Est autem *Appellatio* querela eius qui nō adquiescit sententiæ minoris iudicis: *Relatio* verò est actorum & opinionis suæ à iudice ad Principem facta perscriptio, ante sentētiam vel

vel post sententiam, non recepta appellatione. ¶ Post generalem tit. varias de appellationibus questiones explicat, *A quibus appellare nō licet*, vt à Principe, à Senatu, &c. 3. *Quis à quo appelletur*: nā à iudice dato appellatur is qui dedit. 4. *Quando appellandum sit*, & *intra quæ tempora*, l. 27. π. de re iud. aliqua definiuit. 5. *De appellationibus recipiendis vel non*, vt eorum quos damnatos statim puniri publicè interest. 6. *De libellis dimissorius qui apostoli dicuntur*, qui dantur ab eo à quo appellatum est, ad eum qui appellatur. 7. *Nihil nouari appellatione interposita*: rescindit enim ea iudicatū siue recepta sit siue non. 8. *Quæ sententia sine appel. rescindantur*: rebus enim nō iure. j. nō ritè iudicatis, iudicati nulla actio est. 9. *An per alium causæ appellationū reddi possint*, variæ causæ distinguuntur. 10. *Si tutor vel curator vel magistratus creatus appellauerit*, scz. redditurus causas immunitatis & excusationis suæ. 11. *Eū qui appellauerit, in prouincia defendi*: non idem dari Romam profecto appellationis causā, quod profecto Reip. causā. 12. *Apud eum à quo appellatur aliam causam agere compellendum*, non iure accusatur iudex in vna causā hoc solo prætextu quòd in alia ab eo appellatū sit quasi in quo iudice. 13. *Si pendente appellatione mors interuenerit*, de eo iudicio agit quod morte solui solet: alioqui in heredē transit. ¶ 14. *Expositis iudiciis ex delictis & criminibus addit De iure fisci actiones & priuilegia*. 15. *Ad quæ*

ſpectant tit. (*De captiuis & poſtliminio, & redemptis ab hoſtibus.*) nempe iura captiuitatum & poſtliminiorum. 16. *De re militari*, proxima tractatio, eſt de diſciplina militum. 17. *De caſtrenſi peculio*, id eſt, quod militans in caſtris vel occasione militiae adquiſiuit. 18. *Veterani*, qui honeſtè militia dimiſſi ſunt, ſeparantur à cæteris in pœnis.

L. LIBRI.

TIT. 17.

Actum extremum iuri publico deſtinatum continuat tit. 1. *Ad municipale & de incolis*, docens qui ad magiſtratus municipales vocentur inuiti. *Municipes* ſunt qui in eadem ciuitate nati ſunt, *Incole* autem ſunt municipes voluntarij. 2. Subdit *De Decurionibus*, nempe ſenatoribus municipalibus: & priuilegijs eorum in pœnis. 3. *De ſcribendo albo*, id eſt, numero ſiue matricula decurionũ. 4. Hinc *de Muneribus & honoribus*: ad quos vocari diximus Municipes & Incolas: vt *Honor* ſit adminiſtratio Reip. cum dignitate, *Munus* a. adminiſtratio Reip. ſine dignitate. 5. Tit. *De uocatione & excuſatione numerũ*, multas excuſationum cauſſas à munerib. recenſet. *Excusatio* cauſſam habet & legitima eſt, *Vacatio* aliam cauſſam non habet quàm indulgẽtiam Principis. ¶ Poſt cauſſas immunitatis, agit *De iure immunit.* 7. Inde ſpecialẽ tit. dat *De legationis munere*. 8. & *De adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium*: vel etiam pecuniarũ: & hi Curatores Reip. vel Magiſtri vniuerſitatis dicuntur. 9. *De decretis ab ordine faciendis*, Decurionum munus

nus continet. Et duę quidem partes decurionum Curiam seu *ordinem* faciunt, quodq; eę decreuerint, ratum est, non autę quod decurionũ minor numerus. 10. Sequitur de munere eius quem Resp. prestituit *Operibus publicis*. 11. Pertinent etiam *Nundinae* ad iura publica municipiorũ. 12. Inter ea iura & priuilegia municipiorũ hoc etiam est vt ex *Pollitationibus*, eis debeatur: si modò iustè recusari non possit. l. 6. §. planè, de mun. & bon. Tit. 13. de *Variis & extraordinariis* cognitionibus, non ea tantũ declarantur, quę Resp. debet liberalium artium professorib. & medicis, sed & quęcunq; à quocunq; salaria debentur. & quia inter munera publica, Iudicis dati munus numeratur. l. vlt. §. iudicandi. Sup. de mun. & hon. ordinaria actio quasi ex maleficio aduersus iudicem concipitur, *si Iudex litem suam fecisse dicetur*, quum perperã per imprudentiam iudicauit. Ex hac enim causa iudex *litem suam facit*, ad eò vt is cuius interest relicto aduersario, in iudicem vertere totam litem possit. 14. Species est cognitionis extraordinarię *de Proxenetis*, præmiã enim tractat proxenetica, quę debentur parariis & interpretibus quorũ beneficio inter duos pluresve negotia contrahuntur, vel nomina, vel nuptiæ. 15. Restabat hoc tantũ de iure publico, vt census rationem explicaret tit. *de censibus*: Censum vocat publicas tabulas territorij, ciuitatis & agrorũ cuiusque. ¶ ATQVE hæc quidem sunt membra & partes LIBRO-

RVM & TITVLORVM totius corporis Digestorum, serie methodica explicatorum. Quæ omnia vt in longiorib. tractationibus ac disputationibus vsitatum est, perspicuo compendio, Tit. 16. *De verborum sign.* & tit. 7. *De diuersis regulis iuris* (quos sigillatim hoc ipso Enchiridio expositos dedimus) velut breui enumeratione concluduntur.

Ex D. I. Cu.

*Difficultas
ordinis titu-
lorum.*

Vnus quidem est & certus ac perpetuus ordo, quo catenati inuicem tituli sunt, ita vt alius ex alio necti videatur: sed rerum de quibus agitur ea est inter se cognatio, vt nõ possit non qui tractat vnã attingere vel coniungere etiam alteram, vel mutuari ex vna quod in præsens conducatur in alia.

HÆC DESCRIBEBAT I. CRISPINVS. I. P.

CODICIS IUSTINIANEI

quæ titulorum series dari possit, ex sententia D. I. Hoperi. I. C.

CODEX Iustinianeus, in plerisq; quidem omnibus deficit à summa illa Pandectarum & expleta nihilq; requirente perfectione, sed exsuperat tamen & antecedit in nonnullis. Nam perpetuus ille contextus rerum, & continuata series, qua extrema primis, & media vtrisque, admirabiliter respondent in Digestis, abest quidẽ à constitutionibus principum, nisi quod in ordine rescriptorum à priorib. principibus, ad posteriores fiat progressio

gressio, sed hoc tamen est, quòd habent eximium, quod derelictam in veteri prudentia Iuris publici descriptionem, quæ religionum sanctitate, & magistratuū autoritate continetur, nobis exhibeant: quodque nonnullas Pandectarum rubricas singulares, veluti de Minoribus, de Iudiciis, de Usucapionibus, & alias similes in plures tractatus ac titulos minutatim distribuant ac diffindant. Hisce verò duobus exceptis, tantum porrò est inter Codicem Iustinianicum, & Pandectas iuris discriminis, quantum inter id quod accessionis tantum vicem subit, & id quod principè locum obtinens, numeros omnes perfectionis habet, discriminis esse solet.

QUÆ IN CVIVSQUE TITULI LEGUMQUE ELUCIDATIONE OBSERVANDA EX M. G. I. C.

NON alienū ab instituto existimaui Ordinem quoque in explicandis legibus observandum superioribus adscribere ne quid studio I. C. desit: etiam si ea methodus scholis doctorum iura interpretantiū magis necessaria esse videri possit. Ad plenā igitur legum interpretationē, octo maximè desiderantur, quæ antiquitas sequenti disticho perstrinxit.

*Premitto, Scindo, Summo, Casumque, figuro,
Perlego, Do causas, Connoto, & Obucio.*

I. PRÆMITTO.

In primis, ut intelligantur ea quæ ad subiectæ materiæ declarationem respiciunt, ali-

batur *verf.*
 quib. *itapra*
 missis. *de*
 castr. *pecul.*
^b l. i. *ficer. pe.*
 l. i. *de do.*
except.

^c *In l. i. de o-*
rig. iur.

^d *In proœ.*

Instr. §. 1. gi-
tur. in verbo
partiri.

^e *In §. alio In*
str. quibus
modis test.

inf. §. in §.
si d. ne in pri-
mis. de leg.

^f *l. Caius. §.*
Titius. de
legat. ij.

^g *l. si non*
sint. §. perue-
niamus de

aur. §. arg.
legit. Im. in
rub. de stip.

Verf. ij. est
descendēdū.

^h *l. sed si plu-*
res. §. filio.
de vulg.

ⁱ *In rep. l. po-*
tes. C. de pa-
rtis. §. rexr.

in leg. ij. §. si
quid. a. C.
de Ver. iur.
onucl.

quid præmittendū est^a: veluti connexarum
 materiarum distinctiones verborumq; defi-
 nitiones^b, & generalis & compendiosa to-
 tius materiæ de qua agitur declaratio. Præfa-
 tiones enim (vt eleganter vult Caius^c) ad le-
 ctionem propositæ materiæ feliciter perdu-
 cunt: & eò perductis euidentiorem præstant
 intellectum.

II. SCINDO.

PARTITIO (teste Accursio^d) animum le-
 gentis incitat, mentem intelligentis præpa-
 rat, memoriam artificiosè informat, &, vt ait
 Iustinianus^e difficultates ex permista traditio-
 ne procedentes, per separationē explicat. Et
 quemadmodum agrorū diuisio vberiore
 culturā reddit, sic lex ipsa in partes congruas
 diuisa. ita tamen ne diuidantur ea quæ simul
 cohærent, & ad vnus perfectionē tendunt^f,
 vel ad eundem finem concurrunt: velut di-
 ctum à sua causa, vel responsum à quæstione
 proposita. Talia enim, cùm sint ratione & fi-
 ne indiuidua, pro vno haberi debent^g: quæ si
 in partes scinderentur, nō diuidi quidem, sed
 (vt Baldus aliquando sensit^h) potiùs destrui
 viderentur. Diuisionem autem commodam
 recipiunt, quæ separatam habent rationem,
 & diuerso fine clauduntur: veluti cùm plura
 dicta in eadem lege æquè principalia cumu-
 lantur, vel plures diuersa facti species termi-
 nantur: vt in Vlpiani legibusⁱ plerunq; vide-
 mus, qui inter ceteros Iurisconsultos eo po-
 tissimum nomine commendatur quòd ad

varios

varios casus, & quàm breuissimè soleat eadē lege decidere. Proinde tunc solūm utilis *dimissio* censetur, cū separabilium confusio euitatur^a.

III. SVMMO.

Ac quoniam breuitas^b plurimūm delectat: & quæ compendiosè traduntur^c cū addiscuntur facilius, tum diutius retinentur, vniuersā legis sententia in epitomen siue summam^d redigenda est.

IIII. CASVMQVE FIGVRO.

VERVM, ne ex tali compendio, vel breuiori narratione^e obscuritas insurgat, neve legis interpretationi detrahat, nec leue aliquādo discrimen^e adferat, vniuersā facti species ad vnguem recensenda casusq; (vt vocāt) totius legis planius exponendus erit^f.

V. PERLEGO.

LEGENDVS est legis contextus & verbo tenus percurrentus, cū vt facti narratio verbis legis adaptetur, tum verò, si quid fortè in emendatum, vel librariorū incuria deprauatum inueniatur, iudicio castigetur.

VI. DO CAVSAS.

NE vel in casu indubitato,^h vel sine ratione lex facta videatur, causæ tum dubitandi, tū decidendi diligenter peruestigari debent.

VII. CONNOTO.

AT, ne verbisⁱ potiùs, quàm menti inhærentes (quod à iuris ratione omnino alienū est) legis definitionem ad propositā tantūm speciem restringamus, generales regulas, ac

^a *Inl. illicitas. de off. prasid.*

^b *l. i. & bigl. quod met. cau.*

^c *l. i. de reg. iur.*

^d *l. in summa. de cond. indeb. & l. in summa. de aqua plu.*

^e *§. illud a. in proem. Digestorum.*

^f *l. si responsum. C. de transact. l. precibus. C. de impub.*

^g *l. quod constitutum. de milit. testa.*

^h *l. 4. §. testes. de dam. infect.*

ⁱ *l. Domitius. De test. l. quod Labeo.*

de Carbon. edit. l. ancil

la. C. de fur. l. i. ad muni-

nicip. l. scire legas. de leg. & l. 2.

C. comu. de leg. 3. C. de li. praterit.

notabilia dicta ex omni eius parte colligenda erunt, casumq; decisum ad omnes alios ex similitudine facti, vel rationis protendenda,

^a *l. nō solum.* & similiter adaptanda^a.

*§. qui primi
pulum. de
excus. tutor.*

VIII. ET OBIICIO.

ET vt perfecta omnino legis explicatio habeatur, & prorsus nihil dubitationis superfit, contraria & oppositiones tam Accursianæ quàm ex doctoribus, in verba & sententiam ipsius legis excitare operæpretium erit, quibus tandem ingeniosè, ac subtiliter, cum ex varietate facti, tum ex rationis diuersitate sublatis^b, lex ipsa cum vniuersa materia quam tractat, perfectissimè enucleata atque intellecta remaneat.

^b *l. 2. §. contrarium. C. de vet. iur. enucl.*

PAUCOS ET IDONEOS DOCTORES ELIGENDOS.

SVADEMVS in hac legali disciplina constantùm doctores eligendos esse, de quibus vir ille magni nominis Alciatus iudicium elegantissimum tulit:

In iure primas comparatus ceteris

Partes habebit Bartolus.

Decisiones ob frequenteis actio

Baldum forensis sustinet.

Non negligenda maximè est tyronibus

Castrensis explanatio.

Opinionum tutius symplegadas

Superabis Alexandro duce.

Ordinis Iason, atque lucis nomine,

Videndus est properantibus.

His si quis alios addiderit interpretes,

Onerat quàm honorat verius.

Huic M.G. hanc sententiam subiunxit.

Iuris doctorum (si quis mea vota requirat)

Ex tota hic numerus classe legendus erit.

Bartolus, & Baldus, Paulus, Tartagnus, Iason,

Et gemini referans Immola iuris opes.

Præterea his alios si quis superaddere tentet,

Officiet studiis verius ille suis.

De his figillatim hoc extat iudicium M.G.

BARTOLVS.

Militiæ vexilla sacra fert Bartolus: errat

Qui sibi vult alium præposuisse ducem.

BALDVS.

Nemo, q̄ hunc latuit, sciuit: si iura monarchæ

Ferre queunt, tanto hic nomine dignus erat.

PAVLVS Castrensis.

Accipe Castrensis commenta fidelia Pauli:

Nemo tibi leges explicat utilius.

IOANNES ab Immola.

Corneli lux prima fori sibi vendicat omnis

Censura ingenio, fruge, labore, decus.

ALEXANDER ab Immola.

Quàm belli Macedo clarus fuit ille triūphis,

Tantum hic Romane splendet honore toga.

IASON Maynus.

Quis Maynum ignoret? quò nō peruenit Iason

Theſſalus haud tantum cognitus ille fuit.

FINIS.



